M. TULLI CICERONIS
AD
MARCUM BRUTUM
ORATOR

RECENSUIT ET ILLUSTRAVIT

FRANCISCUS GOELLER
DR. PH. PROF. GYMN. COLON. AD RHEN. CATHOL.

ACCESSIT
DISCREPANTIA SCRIPTURAE
IN
EDITIONE ROMANA PRINCIPE ET TRIBUS MSS.
GUELFERBYTANIS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA CAROLI CNOBLOCH.
MDCCCXXXVIII.

DE
LIBRIS SCRIPTIS ET EDITIS
M. TULLII CICERONIS
ORATORIS.

Oratoris exemplum primum integrum inventum est a Gerardo Landriano, Laudis Pompeiae [1]) episcopo [2]).

„Rem narrat Blondus Foroliviensis in *Italia illustrata* p. 346. ed. Basil. 1559.: Gasparinus (Barzizius) Bergomensis, grammaticus rhetorque celeberrimus, Venetiis meliori solito doctrina nonnullos erudivit, plurimos ad ea imitanda studia incitavit — quum Philippus, Mediolanensium dux tertius, Gasparinum Bergomo subditum hominem invitum Mediolanensibus edocendis Padua et Venetia evocavit, ubi id maxime adiumenti studiis eloquentiae adtulit, quod repertus Laudae a summo viro Gerardo Landriano, tunc ibi episcopo [3]), multis maximisque in ruderibus codex Ciceronis pervetustus et cuius literas vetustiores paucissimi scirent legere, ad eius perveniens manus interitum evasit. Continebat is Codex praeter Rhetoricorum novos et veteres, qui habebantur, tres quoque de Oratore integerrimos, Brutum de oratoribus claris et Oratorem ad Brutum M. Tullii Ciceronis. Unde liberatus est bonus ipse vir Gasparinus ingenti, quem assumpserat, labore supplendi, quoad poterat, librorum de Oratore defectus, sicut diu ante in Quintiliani Institutionibus multo labore suppleverat. Et quum nullus Mediolani esset repertus, qui eius vetusti codicis literam sciret

---

1) Quae urbs etiam *Lauda* — *Laudum* latine, in lingua vulgari *Lodi* appellatur.

2) v. Fabric. Bibl. Lat. Vol. 1. p. 151. et I. A. Ernest. Praef. ad Ciceronis Rhetorica Vol. 1. p. 43 sq. in Praefationibus et Notis ad M. T. Ciceronis operum omnium editionem maiorem, Halis 1806. Voll. 2. 8.

3) „Gessit Laudensem episcopatum Landrianus auctore Ughellio, ab anno 1419 ad 1437."

legere, Cosmus quidam egregii ingenii Cremonensis tres de Oratore libros primus transscripsit, multiplicataque inde exempla omnem Italiam desideratissimo codice repleverunt. Nos vero, quum publicis patriae tractandis negotiis adolescentes Mediolanum adissemus, Brutum — primi omnium mirabili ardore ac celeritate transscripsimus, ex quo primum Veronam Guarino, post Leonardo Iustiniano Venetias misso omnis Italia exemplis pariter est repleta [4]).“

Ex illo igitur exemplo Gerardi Landriani fluxerunt alia omnia integra et scripta et typographicis formis expressa exempla. Typis primum integer orator exscriptus est per Sweinhemium et Pannartium Romae 1467 sqq. 4. [5]) una cum libris de Oratore et Bruto et aliis. Insecutae sunt editiones Veneta prima, Norimbergensis Ant. Kobergeri, Mediolanensis, Veneta altera et reliquae, quas Index Editionum Oratori praemissus habet, in his editio Herm. Tulichii Lipsiensis 1515. 4 [6]).

Librorum scriptorum Oratoris duplex genus est, alterum mutilorum, alterum integrorum. Integri quidem, qui ante saeculum XV. scripti viderentur, nulli nec a P. Victorio, nec a Lagomarsinio reperti sunt. Etenim eo ipso saeculo integrum Oratorem demum inventum esse, paulo superius dictum est. Mutilos autem codices, qui adhuc innotuerunt, ultra saeculum XIII. non ascendere, observavit I. C. Orelli [7]). Cui qui libri scripti mutili cogniti sunt, eorum antiquissimi Mediceus Plut. L. Cod. I. saec. XIII., Gudianus 2 Eberti 201 (Guelferbytanus 3 Schützii) saeculi XIV., Ambrosianus Part. infer. E. 81. item saeculi 14. Duo alii mutili Ambrosiani Part. super. E. 127. et O. 158. sunt saeculi XV. Mutilis autem codicibus desunt omnia inde a §. 1 — 91 ad verba usque: *aliquantoque robustius*, pro quibus habent: *multoque robustius*. Erlangensis habet haec eadem duo verba, sed post haec pergit inde a §. 100 extremis verbis: *subtiliter et magna*, pro quibus hi codices habent *subtiliter et alta*. Hinc quae sequuntur, habent omnia usque ad

---

[4]) Lagomarsinius in Bandinii Catalogo Codicum Latt. Bibl. Med. Laur. Vol. 2. p. 494. apud I. C. Orellium praef. ad Orat. p. CIX., qui adiecit p. CX. constare, Oratorem integrum repertum esse (paulo) ante a. 1423. G. Barziza obiit a. 1431.

[5]) v. I. A. Ernest. praef. ad Cic. Rhetorica p. 40.

[6]) v. Ioh. Fried. Eckhard, *Einige Nachricht von einer seltenen Ausgabe des Redners von dem Cicero. Eisenach* 1780. 4. Conf. I. A. Ernest. l. c. p. 45. De editionibus Oratoris praeter I. A. Ernestium egerunt F. Hand. in Encyclop. LL. et AA. Erschii et Gruberi, H. Meyer in editione Oratoris (Lipsiae 1827. 8.) p. XX. et I. C. Orelli praef. ad Orat. p. CXVII sqq. alii.

[7]) Praef. ad Orat. p. CX., cui hanc totam notitiam librorum scriptorum acceptam refero. Conf. eundem in edit. maiori Cic. Tusc. Dispp. p. 438 sqq.

§. 191. ad verba usque: *quod enim.* Haec sine ullo indicio defectus excipiuntur statim verbis §. 231. *in eodem semper versetur* usque ad finem, unde cum Orellio colligendum est, ex uno eodemque libro antiquissimo, sic mutilato, eos omnes, quos modo dixi, libros manasse.

Idem monuit ex Laudensi codice duplex alterum genus librorum scriptorum ortum esse, quum alii integra apographa scholae Barzizianae facerent, alii satis haberent, defectus librorum mutilorum ex integris supplere. Cuius generis est codex Mediceus Plut. L. Cod. 1., partim ille saeculi XIII., partim, in capitibus Laudae repertis, saeculo XV. exaratus. Quin etiam mature iam e mutilis lectiones receptae esse videntur in apographa integri codicis.

I. Codices mutili, Laudensi iam deperdito antiquiores et collati.

1. Vetus Caroli Stephani in editione eius Parisiis 1555.
2. Erlangensis. Excerpta dedit I. C. Orelli ad calcem Oratoris p. 176. sqq. et in adnotatione.
3. Gudianus 2. Eberti 201. (Guelferbytanus 3 Schützii). In capitibus 1 — 4 Schützius insigni errore aliquot lectiones attulit tanquam ex Guelferbytano 3., in quo illa capita non sunt, ut animadversum est ab Orellio. Ibi igitur legendum est *Gu.* 1. 2. pro: *Gu.* 2. 3.
4. 5. 6. Excerpta admodum pauca codicis Pithoeani, qui Orellio idem videtur ac vetus cod. C. Stephani, et Palatinorum primi et secundi apud Gruterum, et aliquot librorum Lambini. Is enim, quamquam unum alterumve integrum habuerit, tamen plura ex interpolatis Orellio sumsisse videtur.

II. Codices integri, quibus Criticis inde a Grutero uti licuit.

1. Einsiedlensis, scriptus intra annos 1440 et 1450 ab Alberto de Bonstetten, decano eius monasterii, descriptus ab I. C. Orellio praef. p. CXII., qui eo primus usus omnium adhuc collatorum optimum esse diuturno usu comperit. Eum putat e scholae Barzizianae exemplari aliquo sincero ab aliquo eiusdem alumno non sine cura ductum esse. Excerpta dedit Orellius ad calcem Oratoris p. 183 sqq. et in adnotatione.
2. Vitebergensis, bonitate ab Einsiedlensi proximus, in nonnullis vel melior, scriptus Romae anno 1432 i. e. decem circiter annis post inventum exemplar Laudense.
3. Monacensis saeculi XVI., negligenter ac vitiose scriptus, in usum, ut perhibent, P. Victorii.
4. Oxoniensis, negligentissime collatus.

5. Dresdensis, qui est ex genere mixto, in multis, ut Orellio videtur, e codicibus mutilis immutatus.
6. 7. Excerpta Gudiani 38. Eberti 200. (Guelferbytani 1 Schützii) et codicis 12. 13. Augustani, Eberti 199 (Guelferbytani 2 Schützii). Haec excerpta non excurrunt ultra cap. 27. Quod enim apud Schützium p. 198. (ad. c. 33, 117 Oratoris) citatur Gu. 2., id typographis deberi adnotavit Orellius. In reliqua Oratoris parte perpaucas lectiones Gudiani 38 exhibet G. Schneiderus Saxo in Epistola ad Langerum, Bruti editioni Wetzelianae praefixa. Alia ex literis Schoemanni ad C. Beierum Orellius publici iuris fecit ad calcem Oratoris p. 192 sqq.
8. 9. 10. 11. 12. Excerpta pauca codicum Memmiani et Palatinorum quatuor (3. 4. 5. 6.) apud Gruterum. Memmianum Orellius coniicit unum eorum esse, quos aliquoties Lambinus citat.
13. Codex Borromaei, memoratus a Manutio.
14. Lovaniensis, memoratus ab I. Lipsio V. L. 2, 7.[8]) et Carrione 2, 12. extr. in Gruteri Face crit. Vol. 3, 2. p. 46.
15. Codex Alexandri Glorierii apud Muretum V. L. 12, 20.
16. Codex Harleianus apud Pearcium Oliveti ad Orat. p. 80.
17. Codices Goerenzii in adn. ad Fin. B. et M. 3, 1, 4. p. 311. et alibi memorati, de quibus ita I. C. Orellius ad Orat. §. 73. p. 52 sq. loquitur: „Mirum, ab uno duntaxat cod. Goerenzii elegantiam istam praeberi, dummodo eius rei auctor fidem mereatur. Saepenumero enim equidem dubitavi non minus de illis innumerabilibus Goerenzii codicibus, quam de codicibus Ursini. Iniuria fortasse; sed filii nostri, spero, aut nepotes scient aliquando, illis quid tribuendum sit. Ego certe scio, quas lectiones Cratandro tribuerit vir doctus, in Cratandrina saepe a me non repertas.“
18. Codices aliquot Regii apud Leclercquium.
19. Codex Caroli Langii memoratus ad Orat. §. 6. et 134. ex A. Schotti Observationibus Humanis (Hanov. 1615. 4.) p. 442. apud Meyerum p. 5.
20. Codex Ioh. Rivii Castigatt. in Cic. Oratorem (Basil. 1541.) p. 917., memoratus ad Or. 9, 32.
21. Codices Ferrarii Emendatt. ad Philipp. 11. pr. (Lugd. 1552.) p. 128. memorati ibidem.
22. Codex in adnotationibus Ioach. Camerarii in ed. Herva-

---

[8]) Ubi haec Lipsii verba sunt: „Illud tantum testificor, si cui fides mea dubia est, librum hunc, cuius testimonio in hanc rem usus sum, hodieque asservari in publica bibliotheca gymnasii Lovaniensis, cuius saepius inspi-

giana altera ad Orat. 16, 51. Conf. Appendix Var. LL. in ed. Hervag. a. 1534. apud Meyerum p. 38. ad §. 67.

23. Codex Pithoei: citantur mss. Palatt. et Pith. a Schützio ad Orat. 30, 107. et ab Orellio ad 38, 130. p. 90. ed. mai. lin. penult. Et Orellio quidem ad Orat. §. 143. p. 102. codicem Pith. eundem cum Vet. Steph. esse, probabile videtur.

24. Codex Strebaei, memoratus a Schützio ad c. 42, 146., quem nullum fuisse, Orellius ed. 1. p. 480 (Vol. 1 Operum Cic.) adn. 7. suspicatur. At tamen scriptura tanquam ex hoc codice prolata, sive vere sive ficta, repudiari nequit: est enim probabilissima.

25. Codex Latini Latinii, memoratus ad Orat. c. 44, 150.

26. Libri Veneti Ioach. Camerarii in adnotationibus Hervagianae alterius nihil sunt, nisi ed. P. Victorii, si fides C. Beiero apud Orellium p. 159. med.

De horum viginti sex et quod excedit codicum virtute, propter exiguitatem excerptorum, satis certo iudicari nequit. Ceterorum virtutes et vitia I. C. Orellius exposuit in praef. p. CXV sqq.

III. Codices nondum collati.

1. Mediceus Plut. 2. Cod. I. antiquissimus.
2. Mediceus Plut. L. cod. XXXI. apud Bandinium p. 516., a Poggio scriptus.
3. Mediceus Plut. L. cod. XVIII. anni 1423., exaratus a Iac. Ant. Curlio.

Hos praeter ceteros, qui conferantur dignos existimat I. C. Orellius in praef. ad Oratorem p. CXX sq.

---

ciendi mihi copia a praefecto humaniter facta est." Eius nunc Lovanii nec vola nec vestigium.

INDEX
LIBRORUM SCRIPTORUM
QUOS
EDITORES TURICENSES VEL CONTULERUNT VEL ADHIBUERUNT.

(Eins.) Einsiedlensis et

(Erl.) Erlangensis, I. C. Orellii in editione, cui titulus est: M. Tull. Ciceronis Orator, Brutus, Topica, de opt. gen. oratt. cum adnott. C. Beieri et editoris. Turici 1830. 8. Goell.

(Vit.) *) Codex Vitebergensis, membranaceus, forma quadrata. Continet Topica, de Partitione, Oratorem, de optimo genere dicendi. In fine legitur: Ego Milo De Carraria Patavus ex Magnatum genere scripsi Romae anno a nativitate Domini 1432.

(Dr.) Codex Dresdensis, membranaceus, forma maxima. Continet rhetoricos Ciceronis libros omnes.

(Mon.) Codex Monacensis, membranaceus, seculi ut fertur XVI. forma maxima. In fine Oratoris sequitur Brutus ab eadem manu scriptus sed mutilus. In Oratore lineae sunt ductae ad regendam scilicet scribae manum. In margine autem notae variae sunt adscriptae. Magnam habet cum hoc codice similitudinem Veneta 2.

(Gu. 1.) Guelferbytanus primus.

(Gu. 2.) Guelferbytanus secundus.

(Gu. 3.) Guelferbytanus tertius. — De his tribus codd. vide Schützium in Prolegomenis ad edit. maiorem.

(Vet.) Vetus codex Caroli Stephani, cuius lectiones in edit. Paris. 1555. adiectae sunt. Mutilus est ab initio, incipit demum inde a verbis cap. 26. — *multoque robustius quam hoc humile* etc. Postea transilit sine ulla nota a cap. 57. ad cap. 69. extr. Haec eadem observatio in Guelferbytanum tertium cadit, qui eodem loco et incipit et desinit, in plurimisque lectionibus illi simillimus est. Scatet autem uterque adeo vitiis et interpolationibus, ut nullum prope fructum ex iis percipias. Mey.

---

*) Hic et sqq. tres Henr. Meyeri in editione, cui titulus: M. Tullii Ciceronis ad M. Brutum Orator ex tribus codd. denuo recensuit H. Meyerus. Lips. 1827. 8. Goell.

INDEX
LIBRORUM EDITORUM
QUOS EDD. TURICENSES ADHIBUERUNT A SE COLLATOS.

(Ven. 1.) M. T. Ciceronis De Oratore. De Perfecto Oratore. Topica. Partitiones. De claris Oratoribus. De Petitione consulatus. De optimo genere Oratorum. Universi operis finis per Bartholomeum Alexadrinu et Andream Asulanu impressi Venetis a. MCCCCLXXXV. II. Nonas Martias fol.

(Kob.) Eadem editio, ab Antonio Koberger repetita Norimbergae MCCCCLXXXXVII. Utramque contuli editionem, ne praetermitterem aliquid ex hac longe omnium praestantissima editione. Ac vidi has editiones non ubique ut vulgo putatur consentire, sed hic et illic diversas continere lectiones, nec casu solum ac temere sed consilio. Sic ut uno utar exemplo §. 148. Ven. 1. *deducebantur* praebet, Kob. *dicebantur*.

(Med.) Ciceronis Opera Mediolani MCCCCLXXXX.

(Ven. 2.) Orator. De fato. Topica et de Universitate per Bonetum Locatellum Venetiis MCCCCLXXXXII. fol.

(Asc. 1.) Opera Ciceronis Venundantur cum caeteris ab Ioanne Parvo et Iodoco Badio Paris. 1511. In aliis libris editioni Mediolanensi est simillima: in aliis ut in Somnio Scipionis valde est dissimilis. Huius ego editionis mentionem feci raro, quia cum Mediolanensi in plerisque locis Oratoris consentit.

(Ald. 1.) *) Aldina 1514.

(Iu. 1.) Iuntina 1514.

(Tul.) Orator ad M. Brutum ed. Hermannus Tulichius Lipsiae 1515. 4.

(Asc. 2.) Opera Ciceronis Lutetiae Parisiorum apud Iodocum Badium Ascensium 1522. Hoc vero signum *Asc.* interdum posui, et prima et secunda simul Ascensiana intellecta: fit enim hoc ubi consentit utraque. — Hanc imitatur Cratandrina maxime.

---

*) Quam corruptae sint Aldinae Romanorum scriptorum editiones, exposuit L. Spengel. praef. ad Varr. L. L. p. XXXI sq. et comprobatur hac et altera ed. Ald. GOELL.

(Iu. 2.) Iuntina 1526. Ubi consentit utraque, et Iuntina 1. et Iuntina 2., *Iuntt.* vel simpliciter *Iu.* posui.
(Crat.) Cratandrina Basil. 1528.
(Ald. 2.) Aldina 1533. Prior Aldina multo est praestantior, haec interpolationibus est insignis. — Ubi utraque consentit in lectione, *Aldd.* posui.
(Gryph. 1.) Orator cum Victoris Pisani commentario. Lugduni apud Seb. Gryphium 1536. 4.
(Vict.) Ciceronis Opera ed. P. Victorii Venetiis 1537.
(Gryph. 2.) Orator Parisiis apud Franciscum Gryphium 1542. 4.
(Man.) Manutiana Venetiis 1550.
(Steph.) ed. Car. Stephani Paris. 1555.
(L.) ed. D. Lambini Paris. 1566.
(mg. 1578.) Ciceronis Opera cura D. Lambini. Lugduni apud Petrum Santandreanum 1578.
(mg. 1584.) repetitio eiusdem editionis anni 1584. (qua usus est Orelli).
(mg. Gothofr.) Ciceronis opera cura Gothofredi, Coloniae Allobrogum 1617.
(Grut.) Gruteriana Hamburgi 1618.
(Ern.) ed. I. A. Ernesti 1777.
(Schir.) Orator ed. Schirach. Halae 1766.
(Sch. 1.) Rhetorica ed. Schütz Lips. ap. Goeschen. 1807.
(Sch. 2.) Opera omnia ed. Schütz. Lips. ap. G. Fleischer. 1815.
(Or.) Opera ed. I. C. Orelli. Turici 1826. Multa sane debemus huic viro, praeceptori meo dilectissimo, quem utilissimam et commodissimam Ciceronis instituisse editionem omnes fatentur. Mey.

(Qut.) Quintilianus.
(Ruf.) Rufinus, grammaticus, de metris comicorum, quem vide in collectione Putschiana.
(Pomp. C. A. D.) Pompeii Commentum Artis Donati, Eiusdem in librum Donati de Barbarismis et Metaplasmis Commentariolum. acced. Ars grammatica Servii. Nunc primum edidit F. Lindemann. Lips. 1820.
(I. Vict.) Iuris Civilis et Symmachi Orationum Partes. *C. Julii Victoris* Ars Rhetorica (Hermagorae. Ciceronis, Quintiliani, Aquili, Marcomanni, Taciani). L. Caecilii Minutiani Apuleii Fragmenta de Orthographia curante Ang. Maio. Romae 1823. Mey.

PROLEGOMENA

AD

M. TULLII CICERONIS

ORATOREM.

PARS PRIOR.

DE AUCTORIS STUDIIS LITERARUM, LIBRISQUE RHETORICIS ET ORATORIIS.

1. M. Tullii Ciceronis studia literarum.

M. Tullius Cicero d. 3. Nonas Ianuarias (d. 3. Ian.) anno Urbis 648 aerae Varronis (106 ante Chr.), quo anno Marius in Numidia bellum contra Iugurtham gessit, eodem igitur anno, quo Cn. Pompeius M., in villa Arpinati natus, et a. U. 663 (91), aetatis 16, quo anno M. Livius Drusus, tribunus plebis, manu Q. Vadii a foro rediens in atrio domus suae interiit, toga virili indutus est. Eodem anno poema Pontium Glaucum composuit, et Arati Phaenomena versibus latinis reddidit [1]).

Is quamprimum sibi proposuerat ad rem publicam accedere, continuo viam et rationem excolendi ingenii, quae una praescripta erat, tenuit: nihil enim eo tempore virum administrandae reipublicae cupidum ad honores ac dignitatem evehere poterat, nisi aut virtus bellica aut eloquentiae vis. Ad hanc igitur admodum adolescentulum parari videmus.

Atqui primum Romae Graeci tantum magistri artem rhetoricam profitebantur. Hi M. Valerio Messala, C. Fannio Strabone Coss. [2]) senatusconsulto Urbe expulsi sunt.

---

[1]) Cic. de N. D. 2, 41, 104. *Διοσημεῖα* (prognostica) quoque eiusdem poetae convertit, de Divin. 1, 8, 13. 2, 20, 46. ad Attic. 2, 1, 11. Vol. 1. p. 136. 15, 16. b. Vol. 6. p. 110. coll. Mureto V. L. 1, 20. Vol. 2. opp. p. 29. Ruhnk. et F. Hand. s. v. Cicero p. 240. Pontium Glaucum, tetrametris scriptum, memorat Plutarch. Vit. Cic. c. 2. Conf. Fr. Th. Welcker. in Museo Rhen. Vol. 5. p. 238. adn. 66. De reliquis poematis Ciceronis v. Hand. l. c.

[2]) a. U. 593 (161) S. C. extat apud Suetonium clar. rhett. c. 1. et apud A. Gellium N. A. 15, 11.

Latini autem dicendi praeceptores extremis demum L. Crassi oratoris temporibus [3]) extiterunt, doctissimis viris novum morem improbantibus, et Graecis exercitationibus melius ingenia ali existimantibus, quorum auctoritate Cicero puer retinebatur, quominus apud L. Plotium Gallum [4]), principem rhetorum Romanorum, ad quem concursus undique fiebat, artem exerceret. Quo factum est, ut modo Graecis magistris operam daret [5]). Graecorum magistrorum, quibus utebatur, praeter unum Archiam poetam, nomina deperdita sunt.

Brevi autem latini rhetores censorio edicto Cn. Domitii Ahenobarbi et L. Licinii Crassi [6]) venia docendi privati sunt [7]).

Nihilominus ab eo ipso inde tempore acerrimum studium artis oratoriae in nobilissimo quoque Romanorum exarsit. Etenim post illud S. C. graeci rhetores rursus Romae docere coeperant, quanquam motibus bellorum civilium interrupti [8]). Verum magis etiam illud studium inflammatum est Aristotelis libris Sullae opera Romam perlatis [9]). Quo amore literarum etiam M. Tullius captus, post sumtam togam virilem i. e. post annum sextum decimum peractum, coepto iam prius usui forensi privata artis studia adiunxit [10]), ut et graecos de arte oratoria libros latine converteret, et ex artibus prius conscriptis utilissima quaeque excerperet [11]), et simul iuri civili atque philosophiae operam navaret.

---

[3]) Circa a. U. 662 (92) v. Cic. de Or. 3, 24, 93.

[4]) Hic, iudice Fr. A. Wolfio ad Sueton. cl. rhett. c. 2, idem L. Plotius erat, qui a Cicerone pro Archia poeta c. 9. memoratur.

[5]) Sueton. l. c. Spalding ad Quintil. I. O. 2, 4, 42. Vol. 1. p. 288 E. Bonnell. de mutata sub primis Caesaribus eloquentiae Romanae conditione (Berolin. 1836. 4.) p. 14 sq.

[6]) a. U. 662 (92). „Vide de hoc anno Leop. Roeder. de scholastica Romanorum institutione (Bonn. 1828) p. 41.“ E. Bonnell. l. c. p. 15.

[7]) v. Cic. de Or. 3, 24, 93. Dialog. de Oratt. c. 35. Censorium edictum extat apud Suetonium cl. rhett. c. 1. et apud A. Gell. N. A. 15, 11. Conf. Fr. Ellendt prolegg. historiam eloquentiae Romanae usque ad Caesares adumbrantia, eiusdem editioni Bruti praefixa p. XIV sq. Hand. s. v. Cicero in Encyclop. AA. et LL. Erschii et Grub. Vol. 17. p. 207 sqq. Bonnell. l. c. p. 13 sqq.

[8]) Cic. Brut. c. 90, 308. Augusti demum saeculo Graeci rhetores ius artem oratoriam publice profitendi nacti sunt: Vespasiano imperatore hoc impetraverunt, ut eodem, quo latini rhetores, loco censerentur. v. Sueton. Vespas. c. 18. Fr. Ellendt l. c. p. LXXXVI sq. E. Bonnell. l. c. Maercker. de Theodect. Phaselita (Vratisl. 1835. 8.) p. 42. adn. 1., qui Graecorum Latinorumque rhetorum fata ac S. C. et Edictum Censorium non satis accurate distinxit. Vid. interpretes ad Dialog. de Oratt. c. 35. Vol. 4. p. 367. editionis Taciti Waltherianae.

[9]) Plutarch. V. Sull. c. 26.

[10]) Inde ab a. U. 664 (90).

[11]) Cic. Brut. 89, 305. *Reliquos* (praeter Cottam in exilium profectum

Haec studia optimarum artium paulisper interrupta sunt, quum in bello Marsico Sulla duce militaret [12].

Paulo post Cicero a patre Q. Mucio Scaevolae auguri traditus est, post cuius mortem brevi consecutam [13] Q. Mucium Scaevolam pontificem sectatus est [14]. Eodemque tempore, ut videtur, ad Pupium Pisonem, item iureconsultum, virum antiquae strenuitatis et maximae doctrinae, deductus est [15], atque ex consuetudine M. Antonii, celeberrimi oratoris, nonnullum fructum percepit [16].

Oratorum autem, quorum tum maxime florentium publicas actiones cum assidua industria audiebat, non una de natura eloquentiae opinio erat. Nam alii ex reconditiori doctrina fundamentum eius artis naeti disciplinam oratoriam cum cognitione historiae et inprimis philosophiae paene infinita coniunctam ab oratoribus ad forensem usum afferri volebant; alii iidemque plures numero veterem quandam opinionem sequebantur, usu oratorem fieri, et facultatem oratoriam ingenio negotiis subacto sine studiis humanitatis parari. In his erat Hortensius, quem Cicero illis annis, quibus orationes publice habitas audire solebat, ut oratorem eloquentissimum sequebatur [17], donec ad studia philosophiae per Philonem, Academicum, clarum Clitomachi discipulum [18], incitabatur. Ante Philonem Phaedro Epicureo operam dederat [19].

---

oratores, qui eo tempore in foro versabantur), *frequenter audiens acerrimo studio tenebar, quotidieque et scribens et legens et commentans oratoriis tantum exercitationibus contentus non eram*, i. e. ich war nicht zufrieden mit nur rednerischen Uebungen, sondern legte mich auch auf Rechtsstudium, dann auf Philosophie. Hoc ipsum addit in proximis, postquam verbis: *Iam consequente anno* (a. U. 665) *Q. Varius sua lege damnatus excesserat* absentiam Q. Varii memoravit, quem assidue in foro audire consuevisset.

12) v. Plutarch. V. Cic. c. 3.

13) Q. Mucius Scaevola augur obiit non ita multo post bellum Marsicum sive post a. U. 664 (90) et proinde post annum Ciceronis 17. De eo vid. Ang. Mai. Prosopograph. Cic. de Rep. p. XLVII. ed. Stuttg. (Vol. 16, 3. p. 220. Sch.)

14) v. Cic. Lael. c. 1. Brut. 89, 306. or. Philipp. 8, 10.

15) Asconius ad Cic. or. in Pisonem c. 27. (operum Ciceronis vol. 8, 1. p. 522. ed. Schütz.) Vid. interpp. ad Cic. Lael. l. c. et ad Dialog. de Oratt. c. 34. p. 362.

16) Cic. de orat. 2, 1, 3.

17) Brut. 90, 307.

18) Philonem audivit a. U. 666 (88), anno aetatis 19. Vid. Plutarch. Vit. Cic. 3. Conf. Cic. Acad. 2, 6, 17. Brut. 89, 306. de N. D. 1, 3. Philo etiam rhetorum praecepta tradebat, teste Cic. Tusc. Dispp. 2, 3, 9.

19) Ipso teste in Epistt. Famil. 13, 1, 3. (Vol. 3. p. 34. ed. Schütz.) Conf. de Fin. B. et M. 5, 1, 3. de N. D. 1, 33, 93.

Tum igitur M. Tullius ab usitata ratione artis oratoriae discessisse et totum se subtilioribus studiis linguae, philosophiae et artis oratoriae tradidisse videtur. Itaque mox [20]) Romae apud Stoicum quoque Diodotum [21]) quum in aliis, tum studiosissime in dialectica arte exercebatur, simul per plures annos una cum M. Pisone et Q. Pompeio latine, saepius graece declamitare pergens [22]). Eodemque tempore Xenophontis Oeconomicum [23]) et aliquot Platonis dialogos in latinum sermonem convertit, et omnino praestantissima opera omnemque doctrinam Graecorum, acerrimo deinde studio aemulaturus [24]), penitius cognovit.

Hac ratione institutus publice ad dicendum prodiit, et, ut ait ipse [25]), *ad causas et privatas et publicas adire coepit, non ut in foro disceret, quod plerique fecerunt, sed ut, quantum efficere potuisset, doctus in forum veniret.* Quare se idem plus Academiae spatiis, quam rhetorum officinis debere ait [26]).

Primam illustriorem orationem in comitio habuit pro P. Quintio [27]), postquam iam alios defenderat.

Anno uno post primam causam publicam oravit pro S. Roscio Amerino, parricidii reo [28]). Via enim et ratione progrediebatur a facilioribus ad difficiliora [29]).

Sub idem tempus, certe intra illud temporis spatium, quo Sulla dictaturam gerebat [30]), in arte oratoria Romae Apollonium Molonem, Rhodium, qui dictatore Sulla legatus ad senatum de Rhodiorum praemiis venerat, audivit [31]). Quo magistro quod prius etiam [32]) usus esse dicitur [33]), id Handio [34]) neque cum temporibus vitae Molonis, nec Romanis, nec vero cum cursu studiorum artium, quem Cicero eo tempore tene-

---

[20]) a. U. 669 (85) et 670 (84).

[21]) Cic. Brut. 90, 309. Conf. Epistt. Famil. 13, 16. ad Attic. 2, 20, 6. Acad. 2, 36, 115. Diodotus domi Ciceronis mortuus est a. U. 695 (59) anno Ciceronis 48.

[22]) Brut. 90, 310.

[23]) Cic. de Offic. 2, 24. 87.

[24]) De Ciceronis imitatione Graecorum v. Quintil. 10, 1, 109.

[25]) Brut. 90, 311.

[26]) Orat. 4, 12. Conf. Quintil. 12, 2, 28. ibique Spalding.

[27]) a. U. 673 (81) anno aetatis 26.

[28]) a. U. 674 (80) a. aet. 27. At conf. Quintil. 12, 6, 4.

[29]) Quintil. 12, 6.

[30]) Intra a. U. 672 (82) — 675 (79).

[31]) Brut. 90, 312.

[32]) a. U. 667 (87) a. aet. 20.

[33]) Brut. 89, 307.

[34]) s. v. Cicero apud Ersch. et Grub. Vol. 17. p. 212 sq.

bat, convenire videtur. Arbitratur igitur, eam quidem mentionem Molonis ex interpolatione librariorum ortam esse [35]).

Per biennium [36]) Cicero in tuendis causis versatus, et postremum ipsi Hortensio adversatus multo magis inclaruerat [37]), quum valetudine per plurimos labores affecta commotus est ad iter in Graeciam Asiamque faciendum, ubi celeberrimos philosophos, oratores et oratoriae artis magistros audivit, Athenis Antiochum Ascalonitam [38]), Zenonem [39]) Epicureum [40]); simul ibidem apud Demetrium Syrum [41]), dicendi magistrum, declamavit. In Asia operam dedit Menippo Stratonicensi, Xenocli Adramytteno, Aeschylo Cnidio, Dionysio Magneti rhetoribus. Rhodi apud Apollonium Molonem Graece declamavit [42]), et Posidonium, philosophum Stoicum [43]) audivit [44]).

Proximo anno [45]) Romam reversus Terentiam uxorem duxit.

Anno deinde altero [46]) cum causas complures alias in

---

35) Argumenta haec mihi quidem parum idonea videntur. Intervallum temporis inter priorem et alteram mentionem non ita magnum est; studia philosophiae iam anno uno prius, quam Molonem primum audivisse dicitur, instituerat, nec vero Molo philosophus, sed rhetor erat. Nec quidquam Romana tempora impedimento sunt, quominus Molonem Cicero eo tempore audiverit, quo eius rei in Bruto prima mentio fit. Magis moveor hoc, quod in altera mentione occasio commorationis Molonis Romanae adiicitur; in priori non item, quamquam ibi adiici magis ex re erat. Suspicetur aliquis, duos Molones discernendos esse, antiquiorem priori, iuniorem altera mentione. Verum non minus mirum est, quod nullum, discernendi causa, verbum ab auctore adiectum est, sed utroque loco vir nude Molo dicitur. Neque vero Strabo 14. p. 968 sq. (655 ed. Paris.) et p. 976. A. (661) Alm. tres Apollonios discernit, (quae esse videtur opinio Spaldingii ad Quintil. 3, 1, 16. Vol. 1. p. 430.), non igitur tres discernit: *Apollonium*, *Molonis* filium, Apollonium *Molonem* sive nude Molonem, et Apollonium *Mollem*, sed duos modo: Apollonium Molonem et Apollonium Mollem. Uterque Alabandensis fuit, uterque Rhodum migravit; Molo iunior, Apollonius Mollis antiquior fuit.

36) a. U. 673 (81) et 674 (80).

37) Brut. 91, 314.

38) Hic fuit Academicus, Philonis auditor, v. Cic. Acad. 1, 4, 13. 2, 2, 4. 2, 4, 11. 22, 69. 70.

39) Cic. de N. D. 1, 21.

40) a. U. 675 (79).

41) v. Maercker de Theodecte p. 42. adn. 5.

42) Conf. Quintilian. 12, 6, 7.

43) Cic. de offic. 3, 1, 8. Fin. B. et M. 1, 2, 6.

44) a. U. 676 (78). v. Cic. Brut. c. 91. I. G. Walch. Parerg. p. 177. Hand. s. v. Cicero p. 212 sq.

45) a. U. 677 (77) a. aet. 30.

46) a. U. 678 (76).

verba Ciceronis profert, quae, cum in libris superstitibus non reperiantur, falso inde collectum est, ea in libris Rhetoricorum deperditis fuisse. At Quintilianus cum alias in afferendis locis scriptorum parum diligens est, tum eo ipso loco, quo Spaldingius usus est[65]), prolata tanquam ex Oratore de quinque partibus orationis non ibi, sed in libris de Oratore[66]) extant. Quin tota loci illius Quintilianei sententia valde controversa est.

Quando qui extant libri de Inventione scripti sint, certo definiri nequit. Schützius quidem[67]) conscriptos esse putabat intra annos U. 664 (90) et 667 (87), sive intra annos aetatis scriptoris 17 et 20; at Purgoldus[68]) affirmat eos scriptos esse intra annos U. 670 (84) et 672 (82), sive intra annos aetatis 23 et 25. Quas opiniones Handius[69]) negat alia quaquam ratione niti, nisi verborum *pueris aut adolescentulis*[70]), quibus Cicero utitur, scribens: *quae pueris aut adolescentulis nobis ex commentariolis nostris inchoata ac rudia exciderunt*, et libros, de quibus quaeritur, significans. Quod autem Quintilianus[71]) libros Rhetoricos sive de Inventione velut regestas in commentarios, quos adolescens deduxisset, scholas dixit, Schützius[72]) has scholas intelligit Gniphonis fuisse. Quem si Cicero non ante praeturam audivit, ut supra dictum est, Rhetoricis eius nullo modo scholae Gniphonis subesse credi possunt[73]). Certius habetur, auctorem inprimis Aristotelem et Theophrastum, praeter ea quae ab ipsis praeceptoribus audiverat, secutum esse[74]), et veteres scri-

---

65) §. 7, ubi vid. Spalding. in notis criticis.

66) 1, 31, 143.

67) In prioribus prolegomenis p. 54. Idem in Memorabilibus vitae Ciceronis per annos digestis (pone opera Vol. 20. p. 357.) scriptionem Rhetoricorum refert ad a. U. 668 (86) a. aetatis 21.

68) Obss. critt. p. 305.

69) s. v. Cicero p. 207.

70) Cic. de Orat. 1, 2, 5.

71) I. O. 3, 6, 59.

72) In prooemio in scriptorem ad Herennium p. LXII. prope finem (ed. 2.).

73) Ceterum huic Gniphoni Schützius l. c. p. LVIII sqq. tribuit libros ad Herennium. Conf. Hand. s. v. Cicero p. 208. Cornificio tribuit Spalding ad Quintil. 3, 1, 21. Vol. 1. p. 435. Adde eundem ad 9, 3, 89. 98. Vol. 3. p. 511 sq. et p. 520.

74) Hoc patere ex Cic. de Divin. 2, 1, 4, de Fin. B. et M. 5, 4, 10. de Inv. 2, 10, 43. 38, 160. scripsit Maercker. de Theodect. p. 43 sq. adn. 7. Verum id inde minime patet, et locis de Inventione falso indicatis ne memorantur quidem illi scriptores. Quanquam ipsa res extra dubitationem posita est. Praeterea in doctrina de iudicialibus controversiis usus est

ptores artis unum in librum ab Aristotele conductos cognovisse [75]).

B.

Libri tres de Oratore.

Rhetoricis primis M. Tullius pulcherrimos libros de Oratore substituit [76]), quos composuit annis novem ante Oratorem, quo tempore eos *diu multumque in manibus fuisse* ad Atticum scribit [77]). Quaedam eorum, quae in libris de Oratore posuerat, Quintiliano [78]) videtur ipse auctor damnasse, velut multas figuras, de quibus in tertio de Oratore dixerat. Ac quum iam in Rhetoricis quaedam sciens omisisset [79]), in Oratore multo contractius disserit; sed ita disserit, ut per rem et veritatem ei ad Leptam [80]) scribere liceret: *mihi quidem sic persuadeo, me, quidquid habuerim iudicii de dicendo, in illum* (in Oratorem) *contulisse. Qui si est talis, qualem tibi videri scribis, ego quoque aliquid sum: sin aliter, non recuso, quin, quantum de illo libro, tantundem de mei iudicii fama detrahatur.* Ac quum multum ipse auctor suis de Oratore libris tribuisset [81]), Oratorem tamen ex oratoriis rhetoricisque libris eius habere putandi sumus per-

---

Hermagora praecipue, quod patet etiam ex Quintilian. 3, 6, 59. 11, 18 et al. De quo rhetore agit Spalding. ad 2, 15, 14. Vol. 1. p. 349 sq.

75) de Inv. 2, 2, 5. 6. *nobis omnium, quicunque fuerunt, ab ultimo principio huius praeceptionis* (rhetoricae) *usque ad hoc tempus expositis copiis, quodcunque placeret, eligendi potestas fuit. Ac veteres quidem scriptores artis, usque a principe illo atque inventore Tisia* (v. Quintil. 2, 17, 7. 3, 1, 8.) *repetitos unum in locum conduxit Aristoteles et nominatim cuiusque praecepta magna conquisita cura perspicue conscripsit, atque enodata diligenter exposuit.* Conf. Brut. 12, 46. Significat Aristotelis *συναγωγὴν τεχνῶν*, quae dicebatur, de qua vid. adn. ad Orat. 27, 94.

76) Quintil. 3, 6, 59. 60.

77) 4, 13, Vol. 2. p. 163. Schütz. Haec epistola data est ex Tusculano exeunte Novembri a. U. 699 (55) et documento est, iam tum perscriptos fuisse libros de Oratore. Addit enim: *describas licet* et *in manibus sibi fuisse*, nimirum ut vitia librariorum corrigeret. His accedit epistola ad P. Lentulum inter Epist. Famil. 1, 9, 8. Vol. 2. p. 260. Schütz. Conradi Quaestura p. 363 libros de Oratore falso perhibet a. U. 700 (54) scriptos esse.

78) I. O. 9, 3, 90. Conf. 3, 6, 64. 11, 18. 2, 15, 6. Adde Cic. de Orat. 3, 54. ibique Schütz. Vol. 2. operum Cic. p. 325. adn. 2. et adnotationem meam ad Orat. 40, 139 extr.

79) Quintil. 3, 1, 20.

80) Epist. Famil. 6, 18. Vol. 5. p. 66. ed. Schütz. Adde ibidem 12, 17. ad Cornificium, coll. Spalding. ad Quintil. Vol. 1. p. 435.

81) Testis ipse auctor est in epist. ad Attic. 13, 19 Vol. 5. p. 239. *Sunt etiam de Oratore nostri tres, mihi vehementer probati.*

fectissimum, atque in eo *divine omnia exsequi* praedicatur a Quintiliano, iudice maxime idoneo [82]. Ut in philosophicis, ita in rhetoricis eclecticam quandam rationem secutus *omnibus*, ut ait ipse [83]), *unum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissime praecipere videbatur, excerpsit et ex variis ingeniis excellentissima quaeque libavit.* De libris autem de Oratore ad P. Lentulum ita scripsit [84]): *scripsi Aristoteleo more, quemadmodum quidem volui, tres libros in disputatione ac dialogo de oratore, quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles. Abhorrent enim a communibus praeceptis, et omnem antiquorum, et Aristoteleam et Isocrateam, rationem oratoriam complectuntur.* Quibus verbis secutum se dicit maxime Aristotelem, Theophrastum, Isocratem et Isocratis discipulos: Ephorum, Naucratem, denique discipulum utriusque illorum (Aristotelis et Isocratis) Theodectem, quos omnes, etiam in Oratore, saepius nominat. Horum qui libri de arte oratoria extiterint, suis locis in adnotatione explicatum est.

C.

Orator ad M. Brutum.

Oratorem [85]) exploratum est scriptum esse C. Iulio Caesare tertium, M. Aemilio Lepido coss. [86]), quo anno Caesar

---

[82]) I. O. 1, 6, 18.

[83]) de Inv. 2, 2, 4. Adde 2, 2, 6. 7. 2, 3, 8. coll. Quintil. 3, 1. Cic. de Orat. 2, 38, 160.

[84]) inter Epist. Famil. 1, 9, 8., Vol. 2. p. 260.

[85]) *Orator* inscribitur ab ipso auctore, velut Epist. Famil. 6, 18, 4. de Divin. 2, 1. „itidemque a Quintiliano et Grammaticis, nisi quod Priscianus 12. p. 949 ed. Putsch. semel inscriptione: *Cicero de oratore* utitur, et Nonius Marcellus (in v. *ingressus*) hac: *Cicero in oratore perfecto.*“ MEY. Atque ipse auctor Epistt. Famil. 12, 17. Vol. 5. p. 300. librum *de optimo genere dicendi* appellat. „In libris scriptis promiscue inscribitur *Orator ad Brutum — Orator vel de optimo genere dicendi ad Brutum — de optimo genere dicendi ad M. Brutum — de perfecto oratore ad M. Brutum — de optimo oratore ad M. Brutum.*“ MEY.

[86]) A. U. 708 (46), anno aet. 61. Sic statuunt Norisius ad Cenotaphium Pisanum (Inscriptt. Orellii nr. 642), F. Hand., Schützius alii. Atque id patet luculentissime ex Epistt. ad Attic. 12, 6, 3. Vol. 4. p. 381. Haec epistola data est a. U. 708 mense Quintili (i. e. mense Maio), ibique Orator legitur iam perscriptus: *librum, si me amas, mitte. Tuus est enim profecto, quoniam quidem est missus ad te.*

Chreme, tantumne ab re tua est oti tibi, — ut etiam Oratorem legas? Scriptus igitur Orator est proximo mense post Catonem, de quo infra. At Schützius in verbis modo adscriptis initium arbitratur esse novae epistolae, ad extremum annum 708 referendae. Vix enim hoc mense

initio mensis Aprilis (i. e. initio mensis Februarii) Scipionem et Iubam vicit. Paucis diebus post M. Cato Uticae sibi mortem conscivit. Caesar, Africano bello confecto, Idibus Iuniis (i. e. die 14. Aprilis) classe conscensa intra diem tertium in Sardiniam venit. Inde III. Kalendas Quintiles (i. e. die 29 Aprilis) profectus Romam venit ante diem VII. Kalendas sextiles (i. e. ante diem 26 Maii)[87]. Ibi quatuor triumphis actis rempublicam, summam potestatem nactus, constituit. Extremo anno ad bellum Hispaniense adversus Pompeii liberos profectus post viginti septem dies in Hispaniam venit[88].

De Oratore F. Handii[89]) hoc iudicium est: „Non potuit quidem Cicero totum plene et aequabiliter perficere; in singulis autem apparet ingenium, vinculis umbraticae doctrinae solutum, sana ratio et acumen, atque ampla rei literariae cognitio. Priorum iudiciorum nonnulla invenimus emendata esse, alia magis distincta et definita. Ubique argumenta apparent viri

Oratorem absolvi potuisse, nedum ut iam exempla eius libri in complurium manus venerint. Haec opinio eo videri possit confirmari, quod demum mense Ianuar. a. 709. de Oratore loquitur in epistola ad Leptam inter Epistt. Famil. 6, 18, 4, Vol. 5. p. 66., quod demum mense Octobr. anni 709. Cornificii de eo libro iudicium exspectat inter Epistt. Famil. 12, 17. 2. Vol. 5. p. 300., et quod demum mense Maio anni 710 exemplum ad Trebonium mittit in Epistt. Famil. 15, 20. Vol. 6. p. 78. Nihilominus Schützii ratio vana est. Quidni enim scriptor, qui Topica, materiam tam spinosam, navigans pertractasset, uno mense librum non longum de arte sibi tam trita et familiari scriberet? Oratorem profecto a. U. 708 scriptum esse, apparet certissime ex epistola Caecinae ad Ciceronem inter Epistt. Famil. 6, 7, 3. Vol. 4. p. 445. Caecinatum in Sicilia agens exul dictam modo epistolam dedit versus finem anni 708, locum Oratoris 10, 35. tangens, quod argumento est, Oratorem non solum iam eo anno perscriptum, sed etiam exempla eius iam in provinciam perlata fuisse. — Obiter hic moneo, rationem temporum, quam Schützius sequitur in Memorabilibus vitae Ciceronis per annos digestis, quae sunt pone editionem Epistolarum sex voluminibus (Hal. 1812. 8.) editam, ita abire ab iisdem Memorabilibus pone eiusdem Schützii editionem operum omnium Ciceronis (Vol. 20 fin.), ut in illis sequatur aeram Catonis (752), in his aeram Varronis (753). Porro Memorabilia priori loco dicta ita abeunt ab alteris et a communi ratione, ut in annis Christianis computandis non minus tribus annis recedant, ponentia, ut hoc utar, annum Urbis 648 (642) esse annum aerae Christianae 103, qui vulgo annus 106 numeratur. Hoc utrumque (et aeram Catonis et falsam computationem annorum Christianorum) suum fecit A. Matthiae in M. Tullii Ciceronis Epistolis selectis (Lips. 1816. 8.) inde a p. 314.

[87]) Annus 708 confusionis erat, quo Caesar per Sosigenem duos menses praeter Mercedonium intercalavit. Quare mensium civilium notae solares addidi. Vid. Schütz. ad Ciceron. Epistt. Vol. 4. p. 335.

[88]) Auctor B. Afr. c. 98.

[89]) s. v. Cicero p. 211.

studiis literarum et arte maturi. Ab elocutione et elegantia dictionis hic praestantissimus liber Ciceronis dici potest, quippe in quo sint et perspicuitas et gravitas. Oratio et subtilitate et ubertate magis, quam in ullo alio libro eiusdem auctoris insignis, ambitus verborum et numerus plane perfecti. I. Lipsius hoc opus M. Tullii comparat cum clypeo Minervae, in quo Phidias summam vim artis exhibuisset [90]).“

D.

Partitiones Oratoriae.

Praeter Oratorem M. Tullius eodem anno etiam Partitiones Oratorias scripserat [91]): deinde Laudem Catonis, cui Caesar Anticatonem scribendo adversatus est [92]).

E.

Brutus de claris oratoribus.

M. Tullius Oratorem partem rhetoricorum suorum quintam appellat [93]): quare qui reliqui sunt eorum librorum, eos breviter recenseamus.

---

[90]) Verba I. Lipsii V. L. 2, 7. haec sunt: „De cuius libri (Oratoris) elegantia ita iudicare soleo, ut artifex ille Phidias in clypeum Minervae ita Ciceronem nostrum quidquid haberet artis, ingenii, eloquentiae, iudicii, in unum hunc librum contulisse.“ Fatendum est, Lipsium aptissima apud Ciceronem Orat. c. 71 princ. similitudine inepte usum in totum opus viri Romani transtulisse, quod ipse de ambitu et *orbe* orationis adhibuerat. Clypei orbes sunt. Orator cur orbis dicatur, nihil est. Neque is propterea cum clypeo Minervae comparari poterat, quia perfectissimum operum oratoriorum sit: neque enim in clypeo illo Graecus artifex summam artem, sed singulorum operum venustatem, primarii operis, signi Minervae, ornamenta incluserat.

[91]) Secundum Schützium et E. Renschium in Disquisitione de M. Tullii Ciceronis Partitionibus Oratoriis (Helmstadt 1723), item secundum Conradium Quaestura p. 363. Unus F. Handius s. v. Cicero p. 211^{b}, a communi opinione recedens, Partitiones assignat anno U. 704 (50), anno aetatis auctoris 57.

[92]) Cic. Orat. 10, 35. De Catone scribendo prima mentio iniicitur Epist. ad Attic. 12, 4. Vol. 4. p. 347., quae scripta est mense Iunio (i. e. mense April.) anni 708 (46). Initio autem mensis Quintilis (i. e. initio mensis Maii) auctorem iam scripto, ex parte quidem, libello delectari discimus ex Epist. ad Attic. 9, 6, 2. Vol. 4. p. 357.

[93]) de Divinat. 2, 1. extr. *Quumque Aristoteles, itemque Theophrastus, excellentes viri tum subtilitate, tum copia, cum philosophia dicendi etiam praecepta coniunxerint, nostri quoque oratorii libri in eundem numerum referendi videntur. Ita tres erunt de Oratore; quartus Brutus; quintus Orator. Adhuc haec erant.*

Ac Brutum quidem scriptum esse credere licet a. U. 706 (48), anno aetatis 59 [94]). In hoc libro auctor, post prooemium de obitu Hortensii oratoris, repetit memoriam superiorum oratorum, simul breve de iis ferens iudicium. Hoc quoque in libro multa in transcursu de arte oratoria acute disputata sunt: *desiderabat enim*, ut ait ipse [95]), *omnis hic sermo*, (qui in Bruto instituitur), *non solum enumerationem oratorum, verum etiam praecepta quaedam* et illustrationem eorum, quae in libris de Oratore docuerat. Hic quoque oratori pretium statuit non ex ornatu et elegantia, sed ex gravitate sententiarum, quapropter Catonis tenuem quidem, sed eandem acutam orationem laudibus extollit. Interpositis singularum rerum expositionibus agit de iudiciis, quae populus de oratoribus ferre soleat [96]); de dicendi genere Attico [97]); de sermonis elegantia per consuetudinem excolenda [98]) etc. etc. Liber, qualis quidem nunc extat, finitur mutilata sententia: nec tamen credibile est, multum periisse [99]).

F.

Topica.

Post Brutum Cicero scripsit Topica. C. Trebatius Testa, vir iuris prudentissimus [100]), significaverat se optare Aristotelis Topica ab aliquo rei perito explanari. Rhetor quidam, cui id operae mandare vellet, ignorantiam libri Aristotelis excusaverat. Cicero, Trebatio sese devinctum sentiens, memor benevolentiae, quum in Graeciam iter faceret, memoriter et inter navigationem scripsit Topica, quibus librum Stagiritae illustraret [101]). Hunc librum auctor ad Trebatium misit Rhegio una cum epistola, quae etiamnunc extat [102]), in qua fatetur, obscuritatem rerum abstrusarum indigere explicationibus, quas se coram post reditum redditurum.

---

[94]) Temere Schützius ad Ciceron. Epistt. Vol. 4. p. 362. Brutum ad initium anni 707 (47) reiicit.

[95]) Brut. 93, 319.

[96]) Ibidem 50, 186.

[97]) 82, 284.

[98]) 58, 210.

[99]) Handius sub v. Cicero apud Erschium et Grub. in Encyclop. AA. et LL. Vol. 17. p. 210[b].

[100]) v. Heindorf. ad Horat. satir. 2, 1. in prooem.

[101]) a. U. 710 (44), anno aetatis 63.

[102]) Epistt. Famil. 7, 19. Vol. 6. p. 173. ed. Schütz.

G.

De optimo genere oratorum.

Versioni Aeschinis et Demosthenis orationum in causa Ctesiphontis habitarum Cicero praefationem praemiserat, in qua de natura et virtutibus Attici dicendi generis agit, et errorem eorum exagitat, qui illud in acuta quidem, sed arida et exsangui oratione positum esse crederent. Quo se ipsum tuebatur contra multas sui ipsius generis dicendi reprehensiones. Haec praefatio superest: versio quidem ipsa orationum illarum periit. Praefatio extat sub inscriptione: De optimo genere oratorum, qua eam Asconius in commentario ad orationem pro Milone appellavit [103]).

---

103) HAND. l. c. p. 211 sq.

SUMMARIUM.

Quum saepius Cicero a M. Bruto rogatus esset, ut quale ei videretur eloquentiae genus, cui nihil addi posset, exponeret, hoc libro id quod ille rogaverat efficiendum suscepit, quamquam, ut in prooemio dicit, verendum erat, ne perfecti oratoris imagine retardaret studia multorum, qui desperatione debilitati experiri nollent, quod se assequi posse diffiderent; ac ne in summo oratore fingendo talem informaret, qualis fortasse nemo fuisset. Sed utramque dubitationem sic tollit, ut doceat, primum nec quod sit optimum in artibus desperandum esse, et in praestantibus rebus magna esse ea quae sint optimis proxima; deinde hic non quaeri, quis fuerit orator, sed quid sit illud in arte dicendi, quo nihil possit esse praestantius. Et quoniam haec ingressio videri poterat e media philosophia repetita, fatetur, se oratorem non ex rhetorum officinis, sed ex philosophiae spatiis exstitisse, omninoque sine philosophia negat effici posse, quem quaerat, eloquentem. c. 1—5. Summa autem totius disputationis huc redit, ut doceatur, oratorem perfectum eum esse, qui trium illorum generum dicendi vim consecutus sit, ut parva summisse, modica temperate, magna graviter dicere possit. Peraeque autem in his omnibus floruisse perpaucos, multosque fuisse, qui Atticum dicendi genus in tenuitate et ieiunitate quadam ponerent, quum potius Attice dicere nihil aliud sit, quam in omni genere dicendi id quod insolens aut ineptum sit, vitare. c. 6—9.

Praemissa igitur brevi generis epidictici descriptione cum Isocratis laudibus coniuncta (c. 11. 12.) tria potissimum videnda oratori docet, quid, et quo quidque loco, et quomodo dicat. Ac duo prima breviter perstringit c. 13—15. De modo autem dicendi fusius disserit, eumque actione c. 17. 18. et elocutione contineri docet. Hanc elocutionem oratoris primum seiungit ab oratione philosophorum, sophistarum (c. 19.), historicorum et poetarum (c. 20.); deinde eloquentem esse docet eum, qui in foro causisque civilibus ita dicat, ut probet, ut delectet, ut flectat. Huius eloquentiae fundamentum esse sapientiam, sine qua orator, quid deceat in sententiis et in verbis, quo nihil sit maius ac difficilius, intelligere non possit; c. 21. 22. Tum trium illorum dicendi generum notam et formulam constituit, et quomodo orator in genere tenui c. 23—26. in medio c. 27. et in gravi c. 28. decore versetur, exponit. Hanc autem varie-

tatem saepe in eadem oratione temperandam esse docet, quidque ipse in ea re assecutus sit, enarrat c. 29—31. *Neque vero perfecte eloquentis esse eam tantum facultatem habere, quae sit eius propria, sed potius eum dialecticis instructum omniumque philosophiae partium gnarum esse debere, ac ne iuris quidem civilis et historiae ignarum. c.* 32—34.

Sic instructum venturum ad causas, quarum generibus cognitis semper ad id quod deceat accommodaturum orationem; inprimis autem quum in universi generis quaestione, tum in amplificatione recte tractanda versaturum c. 35—37. *Duo autem esse, quae bene tractata admirabilem eloquentiam faciant; alterum quod Graeci ἠθικὸν vocent, alterum παθητικόν; c.*38. *Praeterea magnum orationi ornamentum afferre figuras verborum et sententiarum; c.* 39. 40.

Sed haec nisi collocata et structa satis placere non posse. Qua de re dicturus primum non indignum esse sua persona ista docere demonstrat. Deinde recta collocatio verborum quae sit ostendit; in qua primum esse curandum, ut inter se quam aptissime cohaereant extrema cum primis, eaque sint quam suavissimis vocibus c. 44—48.; *deinde ut forma ipsa concinnitasque verborum orbem suum conficiat c.* 49; *denique ut comprehensio, h. e. periodus, apte et numerose cadat; c.* 50 *sqq. Hic primum universe disputatur adversus eos, qui numerum oratorium reprehendebant. c.* 50. 51. *Tum de numeri oratorii origine c.* 52. *causa* 53. *natura* 54. *et usu* 61 *sqq. disseritur. Ac natura quidem eius fusius explicatur c.* 54—60. *ubi primum demonstratur, esse in oratione numerum quendam c.* 55. *deinde hi numeri poeticine sint an ex alio quodam genere, quaeritur c.* 56. *tum qui maxime cadant in orationem aptam numeri c.* 57. *deinde qui numeri cum quibus miscendi sint, et quibus generibus sint quique accommodatissimi c.* 58. *denique totone in ambitu verborum numeri tenendi sint, an in primis partibus atque in extremis. c.* 59. *Postremo illa capita, quae pertinent ad naturam numeri oratorii intelligendam, brevius repetuntur. c.* 60. *Usus autem numeri oratorii sic explicatur, ut primum in causis forensibus non semper, ut in epidictico genere, eo utendum esse doceatur c.* 62; *deinde, quo loco sit adhibenda numerosa oratio et quamdiu retinenda c.* 63; *tum quot modis mutentur comprehensiones et clausulae c.* 64; *deinde qui numerus ex compositione et genere concinnitatis consequatur c.* 65. *et quomodo partim in incisis, partim in membris eluceat c.* 66. 67. *Ultimo loco utilitas numeri oratorii exponitur c.* 68—71.

Brevis epilogus totam disputationem Bruti iudicio submittit. c. 72.

SCHUTZIUS.

M. TULLII CICERONIS

AD

MARCUM BRUTUM ORATOR.

I. Utrum difficilius aut maius esset negare tibi
saepius idem roganti, an efficere id quod rogares diu 1
multumque, Brute, dubitavi. Nam et negare ei, quem
unice diligerem, cuique me carissimum esse sentirem,
praesertim et iusta petenti et praeclara cupienti, durum
admodum mihi videbatur, et suscipere tantam rem, quantam non modo facultate consequi difficile esset, sed etiam
cogitatione complecti, vix arbitrabar esse eius, qui vereretur reprehensionem doctorum atque prudentium. Quid 2
enim est maius, quam, cum tanta sit inter oratores bonos
dissimilitudo, iudicare, quae sit optima species et quasi
figura dicendi? Quod quoniam me saepius rogas, aggrediar, non tam perficiundi spe quam experiundi voluntate.
Malo enim, cum studio tuo sim obsecutus, desiderari a te
prudentiam meam quam, si id non fecerim, benivolentiam.

II. Quaeris igitur idque iam saepius, quod elo- 3
quentiae genus probem maxime, et quale mihi videatur
illud, cui nihil addi possit, quod ego summum et perfectissimum iudicem. In quo vereor, ne, si id quod vis
effecero, eumque oratorem quem quaeris expressero, tardem studia multorum, qui desperatione debilitati experiri

4 id nolent, quod se assequi posse diffidant. Sed par est
omnis omnia experiri, qui res magnas et magno opere
expetendas concupiverunt. Quod si quem aut natura sua
aut illa praestantis ingeni vis forte deficiet, aut minus
instructus erit magnarum artium disciplinis: teneat tamen
eum cursum, quem poterit. Prima enim sequentem ho-
nestum est in secundis tertiisque consistere. Nam in
poëtis non Homero soli locus est (ut de Graecis loquar)
aut Archilocho aut Sophocli aut Pindaro, sed horum vel
5 secundis vel etiam infra secundos. Nec vero Aristotelem
in philosophia deterruit a scribendo amplitudo Platonis,
nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia et copia
ceterorum studia restinxit. Nec solum ab optimis studiis
excellentes viri deterriti non sunt, sed ne opifices quidem
se artibus suis removerunt, qui aut Ialysi, quem Rhodi
vidimus, non potuerunt aut Coae Veneris pulchritudinem
imitari. Nec simulacro Iovis Olympii aut Doryphori
statua deterriti, reliqui minus experti sunt, quid efficere
aut quo progredi possent: quorum tanta multitudo fuit,
tanta in suo cuiusque genere laus, ut, cum summa mira-
6 remur, inferiora tamen probaremus. In oratoribus vero,
Graecis quidem, admirabile est, quantum inter omnis
unus excellat. Ac tamen, cum esset Demosthenes, multi
oratores magni et clari fuerunt, et antea fuerant, nec
postea defecerunt. Quare non est, cur eorum, qui se
studio eloquentiae dediderunt, spes infringatur aut lan-
guescat industria. Nam neque illud ipsum, quod est
optimum, desperandum est, et in praestantibus rebus
magna sunt ea, quae sunt optimis proxima.

7 III. Atque ego in summo oratore fingendo talem
informabo, qualis fortasse nemo fuit. Non enim quaero,
quis fuerit, sed quid sit illud, quo nihil possit esse prae-
stantius, quod in perpetuitate dicendi non saepe, atque
haud scio an nunquam, in aliqua autem parte eluceat
aliquando, idem apud alios densius, apud alios fortasse
8 rarius. Sed ego sic statuo, nihil esse in ullo genere tam
pulchrum, quo non pulchrius id sit, unde illud ut ex ore

aliquo quasi imago exprimatur, quod neque oculis neque auribus neque ullo sensu percipi potest, cogitatione tantum et mente complectimur. Itaque et Phidiae simulacris, quibus nihil in illo genere perfectius videmus, et his picturis, quas nominavi, cogitare tamen possumus pulchriora. Nec vero ille artifex, cum faceret Iovis formam 9
aut Minervae, contemplabatur aliquem, e quo similitudinem duceret, sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quaedam, quam intuens in eaque defixus ad illius similitudinem artem et manum dirigebat. Ut igitur in formis et figuris est aliquid perfectum et excellens, cuius ad cogitatam speciem imitando referuntur ea, quae sub oculos ipsa cadunt: sic perfectae eloquentiae speciem animo videmus, effigiem auribus quaerimus. Has rerum formas appellat ἰδέας ille non intelligendi 10
solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor et magister, Plato: easque gigni negat, et ait semper esse ac ratione et intelligentia contineri: cetera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse uno et eodem statu. Quidquid est igitur, de quo ratione et via disputetur, id est ad ultimam sui generis formam speciemque redigendum.

IV. Ac video, hanc primam ingressionem meam 11
non ex oratoriis disputationibus ductam, sed e media philosophia repetitam, et eam quidem tum antiquam tum subobscuram aut reprehensionis aliquid aut certe admirationis habituram. Nam aut mirabuntur, quid haec pertineant ad ea, quae quaerimus, quibus satisfaciet res ipsa cognita, ut non sine causa alte repetita videatur; aut reprehendent, quod inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus. Ego autem et me saepe nova videri dicere 12
intelligo, cum pervetera dicam, sed inaudita plerisque: et fateor, me oratorem, si modo sim aut etiam quicunque sim, non ex rhetorum officinis sed ex Academiae spatiis extitisse: illa enim sunt curricula multiplicium variorumque sermonum, in quibus Platonis primum sunt impressa vestigia. Sed et huius et aliorum philosophorum disputationibus et exagitatus maxime orator est et adiutus.

Omnis enim ubertas et quasi silva dicendi ducta ab illis
est, nec satis tamen instructa ad forensis causas: quas,
ut illi ipsi dicere solebant, agrestioribus Musis relique-
13 runt. Sic eloquentia haec forensis spreta a philosophis
et repudiata multis quidem illa adiumentis magnisque
caruit, sed tamen ornata verbis atque sententiis iactatio-
nem habuit in populo, nec paucorum iudicium reprehen-
sionemque pertimuit. Ita et doctis eloquentia popularis
et disertis elegans doctrina defuit.
14 V. Positum sit igitur inprimis, (quod post magis in-
telligetur) sine philosophia non posse effici, quem quaeri-
mus, eloquentem: non ut in ea tamen omnia sint, sed ut
sic adiuvet ut palaestra histrionem; parva enim magnis
saepe rectissime conferuntur; nam nec latius nec copio-
sius de magnis variisque rebus sine philosophia potest
15 quisquam dicere, siquidem etiam in Phaedro Platonis
hoc Periclem praestitisse ceteris dicit oratoribus Socra-
tes, quod is Anaxagorae physici fuerit auditor: a quo
censet eum, cum alia praeclara quaedam et magnifica di-
dicisset, uberem et fecundum fuisse, narumque (quod
est eloquentiae maximum) quibus orationis modis quae-
que animorum partes pellerentur. Quod idem de Demo-
sthene existimari potest, cuius ex epistolis intelligi licet,
16 quam frequens fuerit Platonis auditor. Nec vero sine
philosophorum disciplina genus et speciem cuiusque rei
cernere, neque eam definiendo explicare, nec tribuere in
partis possumus; nec iudicare, quae vera, quae falsa sint;
neque cernere consequentia, repugnantia videre, ambigua
distinguere. Quid dicam de natura rerum, cuius cogni-
tio magnam orationis suppeditat copiam, de vita, de offi-
ciis, de virtute, de moribus sine multa earum ipsarum
17 rerum disciplina aut dici aut intelligi posse? Ad has tot
tantasque res adhibenda sunt ornamenta innumerabilia,
quae sola tum quidem tradebantur ab iis, qui dicendi
numerabantur magistri. Quo fit, ut veram illam et abso-
lutam eloquentiam nemo consequatur, quod alia intelli-
gendi alia dicendi disciplina est, et ab aliis rerum ab aliis

verborum doctrina quaeritur. Itaque M. Antonius, cui 18
vel primas eloquentiae patrum nostrorum tribuebat aetas, vir natura peracutus et prudens, in eo libro, quem unum reliquit, disertos ait se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. Insidebat videlicet in eius mente species eloquentiae, quam cernebat animo, re ipsa non videbat. Vir autem acerrimo ingenio (sic enim fuit) multa et in se et in aliis desiderans, neminem plane, qui recte appellari
eloquens posset, videbat. Quod si ille nec se nec L. Cras- 19
sum eloquentem putavit: habuit profecto comprehensam animo quandam formam eloquentiae, cui quoniam nihil deerat, eos, quibus aliquid aut plura deerant, in eam formam non poterat includere. Investigemus hunc igitur, Brute, si possumus, quem nunquam vidit Antonius, aut qui omnino nullus unquam fuit: quem si imitari atque exprimere non possumus, quod idem ille vix deo concessum esse dicebat, at qualis esse debeat, poterimus fortasse dicere.

VI. Tria sunt omnino genera dicendi, quibus in 20
singulis quidam floruerunt: peraeque autem (id quod volumus) perpauci in omnibus. Nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla et sententiarum gravitate et maiestate verborum, vehementes, varii, copiosi, graves, ad permovendos et convertendos animos instructi et parati; quod ipsum alii aspera, tristi, horrida oratione, neque perfecta atque conclusa; alii levi, et structa, et terminata: et contra tenues, acuti, omnia docentes et dilucidiora non ampliora facientes, subtili quadam et pressa oratione limati; in eodemque genere alii callidi, sed impoliti et consulto rudium similes et imperitorum; alii in eadem ieiunitate concinniores, id est, faceti, florentes etiam et
leviter ornati. Est autem quidam interiectus inter hos, 21
medius et quasi temperatus, nec acumine posteriorum nec fulmine utens superiorum, vicinus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps, vel utriusque (si verum quaerimus) potius expers. Isque uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit, nihil afferens praeter facilitatem et aequa-

bilitatem, aut addit aliquos ut in corona toros, omnemque
orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque
distinguit.

VII. Horum singulorum generum quicumque vim
22 in singulis consecuti sunt, magnum in oratoribus nomen
habuerunt. Sed quaerendum est, satisne id quod volu-
mus effecerint.

Videmus enim fuisse quosdam, qui iidem ornate et
graviter, iidem versute et subtiliter dicerent. Atque uti-
nam in Latinis talis oratoris simulacrum reperire posse-
mus! esset egregium non quaerere externa, domesticis
23 esse contentos. Sed ego idem, qui in illo sermone nostro,
qui est expositus in Bruto, multum tribuerim Latinis, vel
ut hortarer alios, vel quod amarem meos, recordor longe
omnibus unum anteferre Demosthenem, qui vim accommo-
darit ad eam, quam sentiam, eloquentiam, non ad eam,
quam in aliquo ipse cognoverim. Hoc nec gravior extitit
quisquam, nec callidior, nec temperatior. Itaque nobis
monendi sunt ii, quorum sermo imperitus increbuit, qui
aut dici se desiderant Atticos, aut ipsi Attice volunt di-
cere, ut mirentur hunc maxime, quo ne Athenas quidem
ipsas magis credo fuisse Atticas: quid enim sit Atticum,
discant, eloquentiamque ipsius viribus, non imbecillitate
24 sua metiantur. Nunc enim tantum quisque laudat, quan-
tum se posse sperat imitari. Sed tamen eos studio opti-
mo, iudicio minus firmo praeditos, docere, quae sit pro-
pria laus Atticorum, non alienum puto.

VIII. Semper oratorum eloquentiae moderatrix
fuit auditorum prudentia. Omnes enim, qui probari
volunt, voluntatem eorum qui audiunt intuentur, ad eam-
que et ad eorum arbitrium et nutum totos se fingunt et
25 accommodant. Itaque Caria et Phrygia et Mysia, quod
minime politae minimeque elegantes sunt, asciverunt
aptum suis auribus opimum quoddam et tanquam adipale
dictionis genus, quod eorum vicini non ita lato interiecto
mari Rhodii nunquam probaverunt, Graecia autem multo
minus, Athenienses vero funditus repudiaverunt: quorum

semper fuit prudens sincerumque iudicium, nihil ut possent nisi incorruptum audire et elegans; eorum religioni cum serviret orator, nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. Itaque hic, quem praestitisse 26
diximus ceteris, in illa pro Ctesiphonte oratione longe optima summissius a primo, deinde, dum de legibus disputat, pressius, post sensim incendens iudices ut vidit ardentis, in reliquis exsultavit audacius. Ac tamen in hoc ipso diligenter examinante verborum omnium pondera reprehendit Aeschines quaedam et exagitat, illudensque dira, odiosa, intolerabilia esse dicit. Quin etiam quaerit ab ipso, cum quidem eum belluam appellat, utrum illa verba an portenta sint: ut Aeschini ne Demosthenes quidem videatur Attice dicere. Facile est enim verbum aliquod 27
ardens (ut ita dicam) notare, idque restinctis iam animorum incendiis irridere. Itaque se purgans iocatur Demosthenes, negat in eo positas esse fortunas Graeciae, hoc an illo verbo usus sit, huc an illuc manum porrexerit. Quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus? Cum vero inclinata ululantique voce more Asiatico canere coepisset, quis eum ferret? aut quis potius non iuberet auferri?

IX. Ad Atticorum igitur auris teretes et religiosas qui se accommodant, ii sunt existimandi Attice dicere. Quorum genera plura sunt; hi unum modo quale sit suspi- 28
cantur. Putant enim qui horride inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere. Errant, quod solum: quod Attice, non falluntur. Isto- 29
rum enim iudicio si solum illud est Atticum, ne Pericles quidem dixit Attice, cui primae sine controversia deferebantur; qui si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane poëta

fulgere, tonare, permiscere Graeciam

dictus esset. Dicat igitur Attice venustissimus ille scriptor ac politissimus Lysias, (quis enim id possit negare?) dum intelligamus hoc esse Atticum in Lysia, non quod

tenuis sit atque inornatus, sed quod nihil habeat insolens aut ineptum. Ornate vero et graviter et copiose dicere aut Atticorum sit, aut ne sit Aeschines néve Demosthenes
30 Atticus. Ecce autem aliqui se Thucydidios esse profitentur, novum quoddam imperitorum et inauditum genus. Nam qui Lysiam sequuntur, causidicum quendam sequuntur, non illum quidem amplum atque grandem, subtilem et elegantem tamen et qui in forensibus causis possit praeclare consistere. Thucydides autem res gestas et bella narrat et praelia graviter sane et probe, sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publicum. Ipsae illae conciones ita multas habent obscuras abditasque sententias, vix ut intelligantur: quod est in oratione
31 civili vitium vel maximum. Quae est autem in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur? An victus hominum Atheniensium beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Quis porro unquam Graecorum rhetorum a Thucydide quidquam duxit? At laudatus est ab omnibus. Fateor: sed ita ut rerum explicator prudens, severus, gravis: non ut in iudiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret. Itaque nunquam est numera-
32 tus orator. Nec vero, si historiam non scripsisset, nomen eius non extaret, cum praesertim fuisset honoratus et nobilis. Huius tamen nemo neque verborum neque sententiarum gravitatem imitatur: sed, cum mutila quaedam et hiantia locuti sunt, quae vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidas. Nactus sum etiam qui Xenophontis similem esse se cuperet: cuius sermo est ille quidem melle dulcior, sed a forensi strepitu remotissimus.

33 X. Referamus nos igitur ad eum quem volumus inchoandum et eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognovit Antonius. Magnum opus omnino et arduum, Brute, conamur: sed nihil difficile amanti puto. Amo autem et semper amavi ingenium, studia, mores tuos. Incendor porro quotidie magis, non desiderio solum (quo quidem conficior) congressus nostros, consuetudinem

victus, doctissimos sermones requirens tuos, sed etiam
incredibili fama virtutum admirabilium, quae specie dispa-
res prudentia coniunguntur. Quid enim tam distans quam 34
a severitate comitas? Quis tamen unquam te aut san-
ctior est habitus aut dulcior? Quid tam difficile, quam
in plurimorum controversiis diiudicandis ab omnibus di-
ligi? consequeris tamen, ut eos ipsos, quos contra statuas,
aequos placatosque dimittas; itaque efficis, ut, cum gra-
tiae causa nihil facias, omnia tamen sint grata, quae facis.
Ergo omnibus terris una Gallia communi non ardet incen-
dio: in qua frueris ipse te, cum in Italiae luce cognosce-
ris, versarisque in optimorum civium vel flore vel robore.
Iam quantum illud est, quod in maximis occupationibus
nunquam intermittis studia doctrinae! semper aut ipse
scribis aliquid, aut me vocas ad scribendum! Itaque hoc 35
sum aggressus statim Catone absoluto: quem ipsum nun-
quam attigissem tempora timens inimica virtuti, nisi tibi
hortanti et illius memoriam mihi caram excitanti non pa-
rere nefas esse duxissem. Sed testificor, me a te roga-
tum et recusantem haec scribere esse ausum. Volo enim
mihi tecum commune esse crimen, ut, si sustinere tantam
quaestionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa
sit, mea recepti; in quo tamen iudici nostri errorem laus
tibi dati muneris compensabit.

XI. Sed in omni re difficillimum est, formam (qui 36
χαρακτὴρ Graece dicitur) exponere optimi: quod aliud
aliis videtur optimum. Ennio delector, ait quispiam,
quod non discedit a communi more verborum: Pacuvio,
inquit alius; omnes apud hunc ornati elaboratique sunt
versus, multa apud alterum negligentius. Fac alium
Attio; varia enim sunt iudicia ut in Graecis, nec facilis
explicatio, quae forma maxime excellat. In picturis
alios horrida, inculta, abdita et opaca: contra alios nitida,
laeta, collustrata delectant. Quid est, quo praescriptum
aliquod aut formulam exprimas, cum in suo quodque ge-
nere praestet, et genera plura sint? Hac ego religione
non sum ab hoc conatu repulsus, existimavique in omni-

bus rebus aliquid optimum, etiam si lateret, idque ab eo posse, qui eius rei narus esset, iudicari.

37 XII. Sed quoniam plura sunt orationum genera eaque diversa, neque in unam formam cadunt omnia: laudationum, suasionum, et historiarum, et talium scriptionum, qualem Isocrates fecit Panegyricum multique alii, qui sunt nominati sophistae, reliquarumque rerum formam, quae absunt a forensi contentione, eiusque totius generis, quod Graece ἐπιδεικτικὸν nominatur, quia quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est, non complectar hoc tempore: non quo negligenda sit; est enim illa quasi nutrix eius oratoris, quem informare volumus, et de quo molimur aliquid exquisitius dicere. Ab hac et verborum copia alitur et eorum constructio, et
38 numerus liberiore quadam fruitur licentia. Datur etiam venia concinnitati sententiarum: et arguti certique et circumscripti verborum ambitus conceduntur: de industriaque non ex insidiis sed aperte ac palam elaboratur, ut verba verbis quasi dimensa et paria respondeant, ut crebro conferantur pugnantia comparenturque contraria: et ut pariter extrema terminentur eundemque referant in cadendo sonum: quae in veritate causarum et rarius multo facimus et certe occultius. In Panathenaico autem Isocrates ea studio se consectatum fatetur; non enim ad iudiciorum certamen, sed ad voluptatem aurium scripserat.
39 Haec tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum et Leontinum ferunt Gorgiam, Theodorum inde Byzantium multosque alios, quos λογοδαιδάλους appellat in Phaedro Socrates: quorum satis arguta multa, sed ut modo primumque nascentia minuta et versiculorum similia quaedam nimiumque depicta. Quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles: quorum aetas cum in eorum tempora quos nominavi incidisset, longissime tamen ipsi a talibus deliciis vel potius ineptiis abfuerunt; alter enim sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitatior fertur et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum: primisque ab his (ut ait Theophrastus) historia

commota est, ut auderet uberius quam superiores et ornatius dicere. Horum aetati successit Isocrates, qui prae- 40
ter ceteros eiusdem generis laudatur semper a nobis,
nonnunquam, Brute, leniter et erudite repugnante te;
sed cedas mihi fortasse, si, quid in eo laudem, cognoveris.
Nam cum concisus ei Thrasymachus minutis numeris videretur et Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam
verba vinxisse; Theodorus autem praefractior nec satis
(ut ita dicam) rotundus: primus instituit dilatare verbis
et mollioribus numeris explere sententias. In quo cum
doceret eos, qui partim in dicendo, partim in scribendo
principes extiterunt, domus eius officina habita eloquentiae est. Itaque ut ego, cum a nostro Catone laudabar, 41
vel reprehendi me a ceteris facile patiebar, sic Isocrates
videtur testimonio Platonis aliorum iudicia debere contemnere. Est enim (ut scis) quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis loquens Socrates. *Adolescens etiam
nunc, o Phaedre, Isocrates est: sed quid de illo
augurer, lubet dicere. Quid tandem? inquit ille.
Maiore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum
orationibus Lysiae comparetur. Praeterea ad virtutem maior indoles, ut minime mirum futurum
sit, si, cum aetate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum, quantum
pueris, reliquis praestet omnibus, qui unquam orationes attigerunt; aut, si contentus his non fuerit,
divino aliquo animi motu maiora concupiscat.
Inest enim natura philosophia in huius viri mente
quaedam.* Haec de adolescente Socrates augurratur. 42
At ea de seniore scribit Plato et scribit aequalis, et quidem exagitator omnium rhetorum hunc miratur unum.
Me autem, qui Isocratem non diligunt, una cum Socrate
et cum Platone errare patiantur. Dulce igitur orationis
genus et solutum et affluens, sententiis argutum, verbis
sonans est in illo ἐπιδεικτικῷ genere, quod diximus, proprium sophistarum, pompae quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae dicatum, spretum et pulsum foro. Sed

quod educata huius nutrimentis eloquentia ipsa se postea colorat et roborat, non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. Verum haec ludorum atque pompae: nos autem iam in aciem dimicationemque veniamus.

XIII. Quoniam tria videnda sunt oratori, quid
43 dicat, et quo quidque loco, et quomodo; dicendum omnino est, quid sit optimum in singulis, sed aliquanto secus, atque in tradenda arte dici solet. Nulla praecepta ponemus, (neque enim id suscepimus) sed excellentis eloquentiae speciem et formam adumbrabimus: nec, quibus rebus ea paretur, exponemus, sed qualis nobis esse videatur.
44 Ac duo breviter prima. Sunt enim non tam insignia ad maximam laudem quam necessaria et tamen cum multis paene communia.

Nam et invenire et iudicare, quid dicas, magna illa quidem sunt et tanquam animi instar in corpore, sed propria magis prudentiae quam eloquentiae: qua tamen in causa est vacua prudentia? Noverit igitur hic quidem orator, quem summum esse volumus, argumentorum et
45 rationum locos. Nam quoniam, quidquid est quod in controversia aut in contentione versetur, in eo aut, sitne, aut, quid sit, aut, quale sit, quaeritur; sitne, signis; quid sit, definitionibus; quale sit, recti pravique partibus: quibus ut uti possit orator, non ille volgaris sed hic excellens, a propriis personis et temporibus semper, si potest, avocat controversiam. Latius enim de genere quam de parte disceptare licet: ut, quod in universo sit probatum, id in parte sit probari necesse.

XIV. Haec igitur quaestio a propriis personis et
46 temporibus ad universi generis orationem traducta appellatur θέσις. In hac Aristoteles adolescentis non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in utramque partem ut ornatius et uberius dici posset, exercuit: idemque locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas tradidit, unde omnis in utramque
47 partem traheretur oratio. Facile igitur hic noster, (non enim declamatorem aliquem de ludo aut rabulam de foro,

sed doctissimum et perfectissimum quaerimus) quoniam loci certi traduntur, percurret omnis, utetur aptis, generatim dicet: ex quo emanant etiam, qui communes appellantur loci. Nec vero utetur imprudenter hac copia, sed omnia expendet et seliget. Non enim semper, nec in omnibus causis ex iisdem eadem argumentorum momenta sunt. Iudicium igitur adhibebit, nec inveniet solum quid 48
dicat, sed etiam expendet. Nihil est enim feracius ingeniis, iis praesertim, quae disciplinis exculta sunt. Sed ut segetes fecundae et uberes non solum fruges verum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus, sic interdum ex illis locis aut levia quaedam, aut causis aliena, aut non utilia gignuntur; quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. Alioqui quonam modo ille 49
in bonis haerebit et habitabit suis? aut molliet dura, aut occultabit quae dilui non poterunt atque omnino opprimet, si licebit, aut abducet animos, aut aliud afferet, quod oppositum probabilius sit quam illud quod obstabit?

XV. Iam vero ea, quae invenerit, qua diligentia 50
collocabit? quoniam id secundum erat de tribus. Vestibula nimirum honesta aditusque ad causam faciet illustris: cumque animos prima aggressione occupaverit, infirmabit excludetque contraria; de firmissimis alia prima ponet alia postrema, inculcabitque leviora. Atque in primis duabus dicendi partibus qualis esset, summatim breviterque descripsimus. Sed, ut ante dictum est, in his partibus (etsi graves atque magnae sunt) minus et artis est et laboris.

XVI. Cum autem, et quid et quo loco dicat, inve- 51
nerit, illud est longe maximum, videre quonam modo. Scitum est enim, quod Carneades noster dicere solebat, Clitomachum eadem dicere, Charmadam autem eodem etiam modo dicere. Quod si in philosophia tantum interest, quemadmodum dicas, ubi res spectatur, non verba penduntur: quid tandem in causis existimandum est, quibus totis moderatur oratio? Quod quidem ego, Brute, 52
ex tuis literis sentiebam, non te id sciscitari qualem ego in inveniendo et in collocando summum esse oratorem vel-

lem, sed id mihi quaerere videbare, quod genus ipsius ora-
tionis optimum iudicarem. Rem difficilem, dii immorta-
les! atque omnium difficillimam. Nam cum est oratio
mollis et tenera et ita flexibilis, ut sequatur quocumque
torqueas: tum et naturae variae et voluntates multum in-
53 ter se distantia effecerunt genera dicendi. Flumen aliis
verborum volubilitasque cordi est, qui ponunt in orationis
celeritate eloquentiam. Distincta alios et interpuncta,
intervalla, morae, respirationesque delectant. Quid po-
test esse tam diversum? Tamen est in utroque aliquid
excellens. Elaborant alii in lenitate et aequabilitate et
puro quasi quodam et candido genere dicendi. Ecce ali-
qui duritatem et severitatem quandam verbis et orationis
quasi moestitiam sequuntur; quodque paulo ante divisi-
mus, ut alii graves, alii tenues, alii temperati vellent vi-
deri: quot orationum genera esse diximus, totidem orato-
rum reperiuntur.

XVII. Et quoniam coepi iam cumulatius hoc mu-
54 nus augere, quam a te postulatum est, (tibi enim tantum
de orationis genere quaerenti respondi etiam breviter de
inveniendo et collocando) ne nunc quidem solum de ora-
tionis modo dicam, sed etiam de actionis: ita praetermissa
pars nulla erit; quandoquidem de memoria nihil est hoc
loco dicendum, quae communis est multarum artium.
55 Quo modo autem dicatur, id est in duobus, in agendo et
in eloquendo. Est enim actio quasi corporis quaedam
eloquentia, cum constet e voce atque motu. Vocis muta-
tiones totidem sunt, quot animorum qui maxime voce com-
moventur. Itaque ille perfectus, quem iamdudum nostra
indicat oratio, utcumque se affectum videri et animum au-
dientis moveri volet, ita certum vocis admovebit sonum:
de quo plura dicerem, si hoc praecipiendi tempus esset,
aut si tu hoc quaereres. Dicerem etiam de gestu, cum
quo iunctus est voltus. Quibus omnibus dici vix potest
56 quantum intersit quemadmodum utatur orator. Nam et
infantes actionis dignitate eloquentiae saepe fructum tule-
runt, et diserti deformitate agendi multi infantes putati

sunt, ut iam non sine causa Demosthenes tribuerit et primas et secundas et tertias actioni. Si enim eloquentia nulla sine hac, haec autem sine eloquentia tanta est; certe plurimum in dicendo potest.

XVIII. Volet igitur ille, qui eloquentiae princi-
patum petet, et contenta voce atrociter dicere, et summis-
sa leniter, et inclinata videri gravis, et flexa miserabilis.
Mira est enim quaedam natura vocis, cuius quidem e tri- 57
bus omnino sonis, inflexo, acuto, gravi, tanta sit et tam
suavis varietas perfecta in cantibus. Est autem etiam in
dicendo quidam cantus obscurior, non hic e Phrygia et
Caria rhetorum epilogus, paene canticum, sed ille, quem
significat Demosthenes et Aeschines, cum alter alteri ob-
iicit vocis flexiones. Dicit plura etiam Demosthenes, il-
lumque saepe dicit voce dulci et clara fuisse. In quo il- 58
lud etiam notandum mihi videtur ad studium persequendae
suavitatis in vocibus. Ipsa enim natura, quasi modula-
retur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam
vocem, nec una plus, nec a postrema syllaba citra ter-
tiam: quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem se-
quatur industria. Ac vocis bonitas quidem optanda est: 59
non est enim in nobis, sed tractatio atque usus in nobis.
Ergo ille princeps variabit et mutabit, omnis sonorum tum
intendens tum remittens persequetur gradus, idemque mo-
tu sic utetur, nihil ut supersit in gestu. Status erectus
et celsus: rarus incessus nec ita longus: excursio mode-
rata eaque rara: nulla mollitia cervicum, nullae argutiae
digitorum, non ad numerum articulus cadens: trunco ma-
gis toto se ipse moderans et virili laterum flexione, bra-
chii proiectione in contentionibus, contractione in remis-
sis. Voltus vero, qui secundum vocem plurimum potest, 60
quantam afferet tum dignitatem tum venustatem? in quo
cum effeceris, ne quid ineptum aut voltuosum sit, tum
oculorum est quaedam magna moderatio. Nam ut imago
est animi voltus, sic indices oculi: quorum et hilaritatis et
vicissim tristitiae modum res ipsae, de quibus agetur, tem-
perabunt.

61 XIX. Sed iam illius perfecti oratoris et summae
eloquentiae species exprimenda est: quem hoc uno excel-
lere, id est oratione, cetera in eo latere, indicat nomen
ipsum. Non enim inventor aut compositor aut actor
haec complexus est omnia, sed et Graece ab eloquendo
ῥήτωρ et Latine *eloquens* dictus est. Ceterarum enim
rerum, quae sunt in oratore, partem aliquam sibi quisque
vindicat: dicendi autem, id est eloquendi maxima vis soli
huic conceditur.

62 Quanquam enim et philosophi quidam ornate locuti
sunt, (siquidem et Theophrastus divinitate loquendi no-
men invenit, et Aristoteles Isocratem ipsum lacessivit, et
Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt, et longe
omnium, quicumque scripserunt aut locuti sunt, extitit et
suavitate et gravitate princeps Plato) tamen horum oratio
neque nervos neque aculeos oratorios ac forensis habet.
63 Loquuntur cum doctis, quorum sedare animos malunt
quam incitare; sic de rebus placatis ac minime turbulen-
tis docendi causa, non capiendi loquuntur, ut in eo ipso,
quod delectationem aliquam dicendo aucupentur, plus non-
nullis quam necesse sit facere videantur. Ergo ab hoc
genere non difficile est hanc eloquentiam, de qua nunc
64 agitur, secernere. Mollis est enim oratio philosophorum
et umbratilis, nec sententiis nec verbis instructa populari-
bus, nec vincta numeris, sed soluta liberius. Nihil ira-
tum habet, nihil invidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil
astutum: casta verecunda, virgo incorrupta quodammodo.
Itaque sermo potius quam oratio dicitur. Quanquam
enim omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locu-
tio hoc proprio signata nomine est.

65 Sophistarum, de quibus supra dixi, magis distin-
guenda similitudo videtur, qui omnis eosdem volunt flores,
quos adhibet orator in causis, persequi. Sed hoc diffe-
runt, quod, cum sit iis propositum non perturbare animos,
sed placare potius nec tam persuadere quam delectare, et
apertius id faciunt quam nos et crebrius, concinnas magis
sententias exquirunt quam probabilis, a re saepe disce-

dunt, intexunt fabulas, verba apertius transferunt, eaque
ita disponunt ut pictores varietatem colorum, paria pari-
bus referunt, adversa contrariis, saepissimeque similiter
extrema definiunt.

XX. Huic generi historia finitima est, in qua et
narratur ornate et regio saepe aut pugna describitur: in- 66
terponuntur etiam conciones et hortationes, sed in his
tracta quaedam et fluens expetitur, non haec contorta et
acris oratio.

Ab his non multo secus quam a poëtis haec eloquen-
tia quam quaerimus sevocanda est. Nam etiam poëtae
quaestionem attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi dif-
ferrent ab oratoribus. Numero maxime videbantur antea
et versu: nunc apud oratores iam ipse numerus increbuit.
Quidquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam 67
cadit, etiamsi abest a versu, (nam id quidem orationis est
vitium) numerus vocatur, qui Graece ῥυθμὸς dicitur.
Itaque video visum esse nonnullis, Platonis et Democriti
locutionem, etsi absit a versu, tamen, quod incitatius fe-
ratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius
poëma putandum quam comicorum poëtarum: apud quos,
nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissi-
mile sermonis. Nec tamen id est poëtae maximum, etsi
est eo laudabilior, quod virtutes oratoris persequitur, cum
versu sit astrictior. Ego autem etiamsi quorundam gran- 68
dis et ornata vox est poëtarum, tamen in ea cum licen-
tiam statuo maiorem esse quam in nobis faciendorum iun-
gendorumque verborum, tum etiam nonnulli aurium vo-
luptati vocibus magis quam rebus inserviunt. Nec vero,
si quid est unum inter eos simile, (id autem est iudicium
electioque verborum) propterea ceterarum rerum dissimi-
litudo intelligi non potest: sed id nec dubium est et, si
quid habet quaestionis, hoc tamen ipsum ad id quod pro-
positum est non est necessarium. Seiunctus igitur ora-
tor a philosophorum eloquentia, a sophistarum, ab histo-
ricorum, a poëtarum explicandus est nobis qualis futu-
rus sit.

69 XXI. Erit igitur eloquens (hunc enim auctore
Antonio quaerimus) is, qui in foro causisque civilibus ita
dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat. Probare necessi-
tatis est: delectare suavitatis: flectere victoriae. Nam id
unum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum.
Sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi. Sub-
tile in probando, modicum in delectando, vehemens in
70 flectendo: in quo uno vis omnis oratoris est. Magni igi-
tur iudici, summae etiam facultatis esse debebit modera-
tor ille et quasi temperator huius tripartitae varietatis.
Nam et iudicabit, quid cuique opus sit, et poterit, quo-
cumque modo postulabit causa, dicere. Sed est eloquen-
tiae sicut reliquarum rerum fundamentum sapientia. Ut
enim in vita sic in oratione nihil est difficilius quam quid
deceat videre. *Πρέπον* appellant hoc Graeci: nos dica-
mus sane *decorum*. De quo praeclare et multa praeci-
piuntur, et res est cognitione dignissima. Huius ignora-
tione non modo in vita sed saepissime et in poëmatis et in
71 oratione peccatur. Est autem, quid deceat, oratori vi-
dendum non in sententiis solum sed etiam in verbis. Non
enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctori-
tas, non omnis aetas, nec vero locus aut tempus aut audi-
tor omnis eodem aut verborum genere tractandus est aut
sententiarum, semperque in omni parte orationis ut vitae,
quid deceat, est considerandum: quod et in re, de qua
agitur, positum est, et in personis et eorum qui dicunt, et
72 eorum qui audiunt. Itaque hunc locum longe et late pa-
tentem philosophi solent in officiis tractare, (non cum de
recto ipso disputant: nam id quidem unum est;) gramma-
tici in poëtis, eloquentes in omni et genere et parte cau-
sarum. Quam enim indecorum est, de stillicidiis cum
apud unum iudicem dicas, amplissimis verbis et locis uti
communibus, de maiestate populi Romani summisse et
subtiliter? Hic genere toto, at persona alii peccant aut
sua aut iudicum aut etiam adversariorum, nec re solum
sed saepe verbo; etsi sine re nulla vis verbi est. Tamen
eadem res saepe aut probatur aut reiicitur alio atque alio

elata verbo, in omnibusque rebus videndum est quatenus. Etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit 73 nimium quam parum. In quo Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non sentirent, quid esset satis.

XXII. Magnus [esset] locus [hic], Brute, quod te non fugit, et magnum volumen aliud desiderat: sed ad id, quod agitur, illud satis. Cum hoc decere, (quod semper usurpamus in omnibus dictis et factis minimis et maximis) cum hoc, inquam, decere dicamus, illud non decere, et id usquequaque, quantum sit, appareat; in alioque ponatur, aliudque totum sit, utrum *decere* an *oportere* dicas; (oportere enim perfectionem declarat officii, 74 quo et semper utendum est et omnibus: decere quasi aptum esse consentaneumque tempori et personae; quod cum in factis saepissime tum in dictis valet, in voltu denique et gestu et incessu; contraque item dedecere; quod si poëta fugit ut maximum vitium, qui peccat etiam, cum probam orationem affingit improbo stultove sapientis; si denique pictor ille vidit, cum in immolanda Iphigenia tristis Calchas esset, moestior Ulixes, moereret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari; si denique histrio, quid deceat, quaerit: quid faciendum oratori putemus?) — sed cum hoc tantum sit: quid in causis earumque quasi membris faciat, orator viderit. Illud quidem perspicuum est, non modo partis orationis sed etiam causas totas alias alia forma dicendi esse tractandas.

XXIII. Sequitur, ut cuiusque generis nota quae- 75 ratur et formula. Magnum opus et arduum, ut saepe iam diximus: sed ingredientibus considerandum fuit, quid ageremus, nunc quidem iam, quocumque feremur, danda nimirum vela sunt. Ac primum informandus est ille nobis, quem solum quidam vocant Atticum. Summissus est 76 et humilis, consuetudinem imitans, ab indisertis re plus quam opinione differens. Itaque eum qui audiunt, quamvis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere. Nam orationis subtilitas imitabilis illa quidem

videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus.
Etsi enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen suc-
cum aliquem oportet, ut, etiam si illis maximis viribus ca-
77 reat, sit (ut ita dicam) integra valetudine. Primum igi-
tur eum tanquam e vinculis numerorum eximamus. Sunt
enim quidam, ut scis, oratori numeri (de quibus mox age-
mus) observandi ratione quadam, sed alio in genere ora-
tionis, in hoc omnino relinquendi. Solutum quiddam sit
nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videa-
tur errare. Verba etiam verbis quasi coagmentare negli-
gat. Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium
molle quiddam et quod indicet non ingratam negligentiam
78 de re hominis magis quam de verbis laborantis. Sed erit
videndum de reliquis, cum haec duo ei liberiora fuerint,
circuitus conglutinatioque verborum. Illa enim ipsa con-
tracta et minuta non negligenter tractanda sunt, sed
quaedam etiam negligentia est diligens. Nam ut mulie-
res esse dicuntur nonnullae inornatae, quas id ipsum de-
ceat: sic haec subtilis oratio etiam incomta delectat. Fit
enim quiddam in utroque, quo sit venustius, sed non ut
appareat. Tum removebitur omnis insignis ornatus qua-
si margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur.
79 Fucati vero medicamenta candoris et ruboris omnia re-
pellentur: elegantia modo et munditia remanebit. Sermo
purus erit et Latinus: dilucide planeque dicetur: quid de-
ceat, circumspicietur.

XXIV. Unum aberit (quod quartum numerat
Theophrastus in orationis laudibus) ornatum illud suave
et affluens. Acutae crebraeque sententiae ponentur et
nescio unde ex abdito erutae, atque in hoc oratore domi-
nabuntur; verecundus erit usus oratoriae quasi supellecti-
80 lis. Supellex est enim quodammodo nostra, quae est in
ornamentis, alia rerum, alia verborum. Ornatus autem
verborum duplex: unus simplicium, alter collocatorum.
Simplicium probatur in propriis usitatisque verbis, quod
aut optime sonat aut rem maxime explanat. In alienis
aut translatum et sumtum aliunde ut mutuo, aut factum

ab ipso et novum, aut priscum et inusitatum. Sed etiam inusitata ac prisca sunt in propriis, nisi quod raro utimur. Collocata autem verba habent ornatum, si aliquid concin- 81 nitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat manente sententia. Nam sententiarum ornamenta, quae permanent, etiamsi verba mutaveris, sunt illa quidem permulta, sed, quae emineant, pauciora.

Ergo ille tenuis orator, modo sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, et in transferendis verecundus et parcus in priscis, reliquisque ornamentis et verborum et sententiarum demissior; translatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis utitur non modo urbanorum sed etiam rusticorum. Siquidem est eorum, *gemmare vitis*, *sitire agros*, *laetas esse segetes*, *luxuriosa frumenta*. Nihil horum parum audacter, sed aut 82 simile est illi unde transferas, aut, si res suum nullum habet nomen, docendi causa sumtum, non ludendi videtur. Hoc ornamento liberius paulo quam ceteris utetur hic summissus: nec tam licenter tamen, quam si genere dicendi uteretur amplissimo.

XXV. Itaque illud indecorum (quod quale sit, ex decoro debet intelligi) hic quoque apparet, cum verbum aliquod altius transfertur, idque in oratione humili ponitur, quod idem in alia deceret. Illam autem concinnita- 83 tem, quae verborum collocationem illuminat his luminibus, quae Graeci quasi aliquos gestus orationis σχήματα appellant, (quod idem verbum ab his etiam in sententiarum ornamenta transfertur) adhibet quidem hic subtilis, (quem, nisi quod solum, ceteroquin recte quidam vocant Atticum,) sed paulo parcius. Nam, sicut in epularum apparatu a magnificentia recedens non se parcum solum sed etiam elegantem videri volet, eliget quibus utatur. Sunt enim pleraque aeque apta huius ipsius oratoris, de 84 quo loquor, parsimoniae. Nam illa, de quibus ante dixi, huic acuto fugienda sunt, paria paribus relata et similiter conclusa eodemque pacto cadentia, et immutatione literae quasi quaesitae venustates, ne elaborata concinnitas et

quoddam aucupium delectationis manifesto deprehensum
85 appareat. Itemque si quae verborum iterationes contentionem aliquam et clamorem requirent, erunt ab hac summissione orationis alienae: ceteris promiscue poterit uti, continuationem verborum modo relaxet et dividat, utaturque verbis quam usitatissimis, translationibus quam mollissimis: etiam illa sententiarum lumina assumet, quae non erunt vehementer illustria. Non faciet rempublicam loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec acervatim multa frequentans una complexione devinciet. Valentiorum haec laterum sunt, nec ab hoc, quem informamus, aut expectanda aut postulanda. Erit enim ut voce sic
86 etiam oratione suppressior. Sed pleraque ex illis convenient etiam huic tenuitati, quamquam iisdem ornamentis utetur horridius: talem enim inducimus. Accedet actio non tragica nec scenae, sed modica iactatione corporis, voltu tamen multa conficiens: non hoc, quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significant ingenue, quo sensu quidque pronuntient.

XXVI. Huic generi orationis aspergentur etiam
87 sales, qui in dicendo nimium quantum valent: quorum duo genera sunt, unum facetiarum alterum dicacitatis. Utetur utroque: sed altero in narrando aliquid venuste, altero in iaciendo mittendoque ridiculo, cuius genera plura sunt:
88 sed nunc aliud agimus. Illud admonemus tamen, ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit: nec subobscoeno, ne mimicum: nec petulanti ne improbum: nec in calamitatem, ne inhumanum: nec in facinus, ne odi locum risus occupet: neque aut sua persona, aut iudicum, aut tempore alienum. Haec enim ad illud
89 indecorum referuntur. Vitabit etiam quaesita nec ex tempore ficta, sed domo allata, quae plerumque sunt frigida. Parcet et amicitiis et dignitatibus, vitabit insanabilis contumelias, tantummodo adversarios figet, nec eos tamen semper nec omnis nec omni modo. Quibus exceptis sic utetur sale et facetiis, ut ego ex istis novis Atticis talem cognoverim neminem, cum id certe sit vel ma-

xime Atticum. Hanc ego iudico formam summissi ora- 90
toris, sed magni tamen et germani Attici: quoniam quidquid est salsum aut salubre in oratione, id proprium Atticorum est, e quibus tamen non omnes faceti. Lysias satis et Hyperides, Demades praeter ceteros fertur, Demosthenes minus habetur, quo quidem mihi nihil videtur urbanius, sed non tam dicax fuit quam facetus. Est autem illud acrioris ingeni, hoc maioris artis.

XXVII. Uberius est aliud aliquantoque robustius 91
quam hoc humile, de quo dictum est, summissius autem quam illud, de quo iam dicetur, amplissimum. Hoc in genere nervorum vel minimum, suavitatis autem est vel plurimum. Est enim plenius quam hoc enucleatum; quam autem illud ornatum copiosumque summissius. Huic omnia [fere] dicendi ornamenta conveniunt, plurimumque est in hac orationis forma suavitatis. In qua multi flo- 92
ruerunt apud Graecos, sed Phalereus Demetrius meo iudicio praestitit ceteris; cuius oratio cum sedate placideque labitur, tum illustrant eam quasi stellae quaedam translata verba atque immutata. Translata ea dico, ut saepe iam, quae per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut inopiae causa transferuntur. Immutata, in quibus pro verbo proprio [proprium] subiicitur aliud, quod idem significet suntum ex re aliqua consequenti. Quod quanquam 93
transferendo fit, tamen alio modo transtulit cum dicit Ennius, *arce et urbe orba sum:* alio modo, [si pro patria arcem dixisset; et] *horridam Africam terribili tremere tumultu* cum dicit, pro *Afris* immutate *Africam*. Hanc ὑπαλλαγὴν rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis: μετωνυμίαν grammatici vocant, quod nomina transferuntur. Aristoteles autem translationi et 94
haec ipsa subiungit et abusionem, quam κατάχρησιν vocant, ut cum *minutum* dicimus *animum* pro *parvo*, et abutimur verbis propinquis, si opus est vel quod delectat vel quod decet. Iam cum fluxerunt continuae plures translationes, alia plane fit oratio. Itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte, genere melius ille, qui

ista omnia translationes vocat. Haec frequentat Phalereus maxime suntque dulcissima, et quanquam translatio
est apud eum multa, tamen immutationes nusquam cre-
95 briores. In idem genus orationis (loquor enim de illa
modica ac temperata) verborum cadunt lumina omnia,
multa etiam sententiarum: latae eruditaeque disputationes
ab eodem explicabuntur, et loci communes sine contentione dicentur. Quid multa? e philosophorum scholis
tales fere evadunt: et nisi coram erit comparatus ille
96 fortior, per se hic, quem dico, probabitur. Est enim
quoddam etiam insigne et florens orationis pictum et
expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. Hoc totum e sophistarum fontibus defluxit in forum, sed spretum a subtilibus repulsum
a gravibus in ea, de qua loquor, mediocritate consedit.

XXVIII. Tertius est ille amplus, copiosus, gra-
97 vis, ornatus, in quo profecto vis maxima est. Hic est
enim, cuius ornatum dicendi et copiam admiratae gentes
eloquentiam in civitatibus plurimum valere passae sunt,
sed hanc eloquentiam, quae cursu magno sonituque ferretur, quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam
se assequi posse diffiderent. Huius eloquentiae est tractare animos, huius omni modo permovere. Haec modo
perfringit, modo irrepit in sensus; inserit novas opiniones,
98 evellit insitas. Sed multum interest inter hoc dicendi
genus et superiora. Qui in illo subtili et acuto elaboravit, ut callide arguteque diceret, nec quidquam altius
cogitaret: hoc uno perfecto magnus orator est, si non
maximus; minimeque in lubrico versabitur, et si semel
constiterit, nunquam cadet. Medius ille autem, quem
modicum et temperatum voco, si modo suum illud satis
instruxerit, non extimescet ancipites dicendi incertosque
casus: etiamsi quando minus succedet, ut saepe fit,
magnum tamen periculum non adibit. Alte enim cadere
99 non potest. At vero hic noster, quem principem ponimus,
gravis, acer, ardens, si ad hoc unum est natus aut in hoc
solo se exercuit aut huic generi studet uni, nec suam copiam

cum illis duobus generibus temperavit, maxime est contemnendus. Ille enim summissus, quod acute et veteratorie dicit, sapiens iam; medius suavis; hic autem copiosissimus, si nihil est aliud, vix satis sanus videri solet. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, distincte, facete dicere, praesertim cum causae partim totae sint eo modo, partim aliqua ex parte tractandae: si is non praeparatis auribus inflammare rem coepit, furere apud sanos et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur.

XXIX. Tenemus igitur, Brute, quem quaerimus, 100
sed animo. Nam manu si prehendissem, ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, ut se dimitterem. Sed inventus profecto est ille eloquens, quem nunquam vidit Antonius. Quis est igitur is? Complectar brevi, disseram pluribus. Is est enim eloquens, qui et humilia subtiliter et magna graviter et mediocria temperate potest
dicere. Nemo is, inquies, unquam fuit. Ne fuerit. Ego 101
enim, quid desiderem, non, quid viderim, disputo, redeoque ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam et speciem, quam etsi non cernimus tamen animo tenere possumus. Non enim eloquentem quaero neque quidquam mortale et caducum, sed illud ipsum, cuius qui sit compos, sit eloquens: quod nihil est aliud nisi eloquentia ipsa, quam nullis nisi mentis oculis videre possumus.

XXX. Is erit igitur eloquens, (ut idem illud iteremus) qui poterit parva summisse, modica temperate,
magna graviter dicere. Tota mihi causa pro Caecina de 102
verbis interdicti fuit: res involutas definiendo explicavimus, ius civile laudavimus, verba ambigua distinximus. Fuit ornandus in Manilia lege Pompeius: temperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. Ius omne retinendae maiestatis Rabiri causa continebatur: ergo in omni
genere amplificationis exarsimus. At haec interdum tem- 103
peranda et varianda sunt. Quod igitur in Accusationis septem libris non reperitur genus? quod in Aviti? quod in Corneli? quod in plurimis nostris defensionibus? quae exempla selegissem, nisi vel nota esse arbitrarer vel posse

eligere qui quaererent. Nulla est enim ullo in genere laus oratoria, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio.
104 Non assequimur, at quid deceat videmus. Nec enim nunc de nobis sed de re dicimus: in quo tantum abest, ut nostra miremur, ut usque eo difficiles ac morosi simus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes; qui quamquam unus eminet inter omnis in omni genere dicendi, tamen non semper implet auris meas: Ita sunt avidae et capaces, et semper aliquid immensum infinitumque desiderant.
105 Sed tamen, quoniam et hunc tu oratorem cum eius studiosissimo Pammene, cum esses Athenis, totum diligentissime cognovisti neque eum dimittis e manibus, et tamen nostra etiam lectitas, vides profecto illum multa perficere, nos multa conari: illum posse, nos velle, quocumque modo causa postulet, dicere. Sed ille magnus: nam et successit ipse magnis et maximos oratores habuit aequalis. Nos magnum fecissemus, si quidem potuissemus quo contendimus pervenire in ea urbe, in qua (ut ait
106 Antonius) auditus eloquens nemo erat. Atqui si Antonio Crassus eloquens visus non est aut sibi ipse; nunquam Cotta visus esset, nunquam Sulpicius, nunquam Hortensius. Nihil enim ample Cotta, nihil leniter Sulpicius, non multa graviter Hortensius. Superiores magis ad omne genus apti, Crassum dico et Antonium. Ieiunas igitur huius multiplicis et aequabiliter in omnia genera fusae orationis auris civitatis accepimus, easque nos primi, quicumque eramus et quantulumcumque dicebamus, ad huius generis dicendi [audiendi] incredibilia studia
107 convertimus. Quantis illa clamoribus adolescentuli diximus de supplicio parricidarum? quae nequaquam satis defervisse post aliquanto sentire coepimus. *Quid enim tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, ut nunquam alluantur;*

ita postremo eiiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant, et quae sequuntur. Sunt enim omnia sicut adolescentis non tam re et maturitate quam spe et expectatione laudati. Ab hac indole iam illa 108
matura: *Uxor generi, noverca fili, filiae pellex.* Nec vero hic unus erat ardor in nobis, ut hoc modo omnia diceremus. Ipsa enim illa pro Roscio iuvenilis redundantia multa habet attenuata, quaedam etiam paulo hilariora ut pro Avito, pro Cornelio compluresque aliae. Nemo enim tam multa orator ne in Graeco quidem otio scripsit quam multa sunt nostra, eaque hanc ipsam habent, quam probo, varietatem.

XXXI. An ego Homero, Ennio, reliquis poëtis 109
et maxime tragicis concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur crebroque mutarent, nonnumquam etiam ad quotidiani genus sermonis accederent: ipse nunquam ab illa acerrima contentione discederem? Sed quid poëtas divino ingenio profero? Histriones eos vidimus, quibus nihil posset in suo genere esse praestantius, qui non solum in dissimillimis personis satisfaciebant, cum tamen in suis versarentur, sed et comoedum in tragoediis et tragoedum in comoediis admodum placere vidimus. Ego non elaborem? Cum dico me; te, Brute, 110
dico. Nam in me quidem iampridem effectum est, quod futurum fuit. Tu autem eodem modo omnis causas ages? aut aliquod causarum genus repudiabis? aut in iisdem causis perpetuum et eundem spiritum sine ulla commutatione obtinebis? Demosthenes quidem, cuius nuper inter imagines tuas ac tuorum, (quod cum credo amares) cum ad te in Tusculanum venissem, imaginem ex aere vidi, nihil Lysiae subtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil levitate Aeschini et splendore verborum. Multae sunt eius totae orationes subtiles ut contra Lepti- 111
nem: multae totae graves ut quaedam Philippicae: multae variae ut contra Aeschinem falsae legationis, ut contra eundem pro causa Ctesiphontis. Iam illud medium quoties volt arripit, et a gravissimo discedens eo potissimum

delabitur. Clamores tamen tum movet, et tum in dicendo
112 plurimum efficit, cum gravitatis locis utitur. Sed ab hoc parumper abeamus quandoquidem de genere non de homine quaerimus. Rei potius, id est, eloquentiae vim et naturam explicemus. Illud tamen, quod iam ante diximus, meminerimus, nihil nos praecipiendi causa esse dicturos, atque ita potius acturos, ut existimatores videamur loqui non magistri. In quo tamen longius progredimur, quod videmus non te haec solum esse lecturum, qui ea multo quam nos, qui quasi docere videamur, habeas notiora: sed hunc librum etiamsi minus nostra commendatione tuo tamen nomine divulgari necesse est.

113 XXXII. Esse igitur perfecte eloquentis puto, non eam solum facultatem habere, quae sit eius propria, fuse lateque dicendi, sed etiam vicinam eius atque finitimam dialecticorum scientiam assumere; quanquam aliud videtur oratio esse aliud disputatio, nec idem loqui esse, quod dicere. Attamen utrumque in disserendo est. Disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit: oratorum autem dicendi et ornandi. Zeno quidem ille, a quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artis interesset. Nam cum compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse: cum autem diduxerat et manum dilataverat, palmae illius similem
114 eloquentiam esse dicebat. Atque etiam ante hunc Aristoteles principio artis rhetoricae dicit, illam artem quasi ex altera parte respondere dialecticae, ut hoc videlicet differant inter se, quod haec ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. Volo igitur huic summo omnem, quae ad dicendum trahi possit, loquendi rationem esse notam: quae quidem res (quod te his artibus eruditum minime fallit) duplicem habuit docendi viam. Nam et ipse Aristoteles tradidit praecepta plurima disserendi, et postea qui dialectici dicuntur spinosiora multa pepererunt.
115 Ergo eum censeo, qui eloquentiae laude ducatur, non esse earum rerum omnino rudem, sed vel illa antiqua vel hac Chrysippi disciplina institutum. Noverit primum vim

naturam genera verborum et simplicium et copulatorum: deinde quot modis quidque dicatur: qua ratione verum falsumne sit iudicetur: quid efficiatur e quoque, quid cuique consequens sit, quidque contrarium: cumque ambigue multa dicantur, quomodo quidque eorum dividi explanarique oporteat. Haec tenenda sunt oratori, (saepe enim occurrunt) sed quod sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.

XXXIII. Et quoniam in omnibus, quae ratione 116
docentur et via, primum constituendum est, quid quidque sit (nisi enim inter eos qui disceptant convenit, quid sit illud de quo ambigitur, nec recte disseri nec unquam ad exitum perveniri potest): explicanda est saepe verbis mens nostra de quaque re, atque involuta rei notitia definiendo aperienda est, siquidem definitio est oratio, quae, quid sit id, de quo agitur, ostendit quam brevissime. Tum, ut scis, explicato genere cuiusque rei videndum est, quae sint eius generis sive formae sive partes, ut in eas tribuatur omnis oratio. Erit igitur haec facultas in eo, quem 117
volumus esse eloquentem, ut definire rem possit, neque id faciat tam presse et anguste quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed cum explanatius tum etiam uberius et ad commune iudicium popularemque intelligentiam accommodatius. Idemque etiam, cum res postulabit, genus universum in species certas, ut nulla neque praetermittatur neque redundet, partietur ac dividet. Quando autem aut quomodo id faciat, nihil ad hoc tempus, quoniam (ut supra dixi) iudicem esse me non doctorem volo. Nec vero dialecticis modo sit instructus, sed habeat omnis 118
philosophiae notos ac tractatos locos. Nihil enim de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de caritate patriae, nihil de bonis rebus aut malis, nihil de virtutibus aut vitiis, nihil de officio, nihil de dolore, nihil de voluptate, nihil de perturbationibus animi et erroribus, quae saepe cadunt in causas, sed ieiunius aguntur, nihil, inquam, sine ea scientia quam dixi graviter ample copiose dici et explicari potest.

119 XXXIV. De materia loquor orationis etiamnunc,
non de ipso genere dicendi: volo enim prius habeat orator rem, de qua dicat, dignam auribus eruditis, quam cogitet, quibus verbis quidque dicat aut quomodo. Quem etiam, quo grandior sit et quodammodo excelsior, (ut de Pericle dixi supra) ne physicorum quidem esse ignarum volo. Omnia profecto, cum se a caelestibus rebus referet ad humanas, excelsius magnificentiusque et dicet et sen-
120 tiet. Cumque illa divina cognoverit, nolo ignoret ne haec
quidem humana. Ius civile teneat, quo egent causae forenses quotidie. Quid est enim turpius quam legitimarum et civilium controversiarum patrocinia suscipere, cum sis legum et civilis iuris ignarus? Cognoscat etiam rerum gestarum et memoriae veteris ordinem, maxime scilicet nostrae civitatis, sed etiam imperiosorum populorum et regum illustrium: quem laborem nobis Attici nostri levavit labor, qui conservatis notatisque temporibus, nihil cum illustre praetermitteret, annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit. Nescire autem, quid ante quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum. Quid enim est aetas hominis, nisi memoria rerum veterum cum superiorum aetate contexitur? Commemoratio autem antiquitatis exemplorumque prolatio summa cum delectatione et auctoritatem orationi affert et fidem.

XXXV. Sic igitur instructus veniet ad causas:
121 quarum habebit genera primum ipsa cognita. Erit enim
ei perspectum, nihil ambigi posse, in quo non aut res controversiam faciat aut verba. Res aut de vero aut de recto aut de nomine: verba aut de ambiguo aut de contrario. Nam si quando aliud in sententia videtur esse aliud in verbis, genus est quoddam ambigui, quod ex praeterito verbo fieri solet, in quo, quod est ambiguorum
122 proprium, res duas significari videmus. Cum tam pauca
sint genera causarum, etiam argumentorum praecepta pauca sunt. Traditi sunt, e quibus ea ducantur, duplices loci: uni e rebus ipsis, alteri assumti. Tractatio igitur rerum efficit admirabiliorem orationem. Nam ipsae

quidem res in perfacili cognitione versantur. Quid enim iam sequitur, quod quidem artis sit, nisi ordiri orationem, in quo aut concilietur auditor aut erigatur aut paret se ad discendum; rem breviter exponere et probabiliter et aperte, ut, quid agatur, intelligi possit; sua confirmare, adversaria evertere; eaque efficere non perturbate sed singulis argumentationibus ita concludendis, ut efficiatur quod sit consequens iis, quae sumentur ad quamque rem confirmandam; post omnia perorationem inflammantem restinguentemve concludere?

XXXVI. Has partis quemadmodum tractet singulas, difficile dictu est hoc loco: nec enim semper tractantur uno modo. Quoniam autem non quem doceam 123
quaero, sed quem probem: probabo primum eum, qui, quid deceat, videbit. Haec enim sapientia maxime adhibenda eloquenti est, ut sit temporum personarumque moderator. Nam nec semper nec apud omnis nec contra omnis nec pro omnibus nec omnibus eodem modo dicendum arbitror. Is erit ergo eloquens, qui ad id, quodcumque decebit, poterit accommodare orationem. Quod cum statuerit, tum, ut quidque erit dicendum, ita dicet, nec satura ieiune nec grandia minute nec item contra, sed erit rebus ipsis par et aequalis oratio. Principia 124
verecunda, non elatis incensa verbis sed acuta sententiis vel ad offensionem adversari vel ad commendationem sui. Narrationes credibiles, nec historicō sed prope quotidiano sermone explicatae dilucide. Deinde si tenuis causa est, tum etiam argumentandi tenue filum et in docendo et in refellendo, idque ita tenebitur, ut quanta ad rem tanta ad orationem fiat accessio. Cum vero causa ea inciderit, in 125
qua vis eloquentiae possit exprimi, tum se latius fundet orator, tum reget et flectet animos et sic afficiet ut volet, id est, ut causae natura et ratio temporis postulabit.

XXXVII. Sed erit duplex omnis eius ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. Nam cum omnis pars orationis esse debet laudabilis, sic ut verbum nullum nisi aut grave aut ele-

gans excidat, tum sunt maxime luminosae et quasi actuosae partes duae: quarum alteram in universi generis quaestione pono, quam (ut supra dixi) Graeci appellant θέσιν: alteram in augendis amplificandisque rebus, quae
126 ab eisdem αὔξησις est nominata. Quae etsi aequabiliter toto corpore orationis fusa esse debet, tamen in communibus locis maxime excellet: qui communes sunt appellati, quod videntur multarum iidem esse causarum, sed proprii singularum esse debebunt. At vero illa pars orationis, quae est de genere universo, totas causas saepe continet. Quidquid est enim illud, in quo quasi certamen est controversiae, quod Graece κρινόμενον dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quaestionem, atque ut de universo genere dicatur: nisi cum de
127 vero ambigetur, quod quaeri coniectura solet. Dicetur autem non Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Aristotele constituta), sed aliquanto nervosius et ita de re communia dicentur, ut et pro reis multa leniter dicantur et in adversarios aspere. Augendis vero rebus et contra abiiciendis nihil est, quod non perficere possit oratio: quod et inter media argumenta faciendum est, quotiescumque dabitur vel amplificandi vel minuendi locus, et paene infinite in perorando.

128 XXXVIII. Duo sunt etiam, quae bene tractata ab oratore admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est, quod Graeci ἠθικὸν vocant, ad naturas et ad mores et ad omnem vitae consuetudinem accommodatum; alterum, quod iidem παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi et concitantur, in quo uno regnat oratio. Illud superius come iucundum ad benivolentiam conciliandam paratum: hoc vehemens incensum incitatum, quo causae eripiuntur; quod cum rapide fertur, sustineri nullo
129 pacto potest. Quo genere nos mediocres aut multo etiam minus, sed magno semper usi impetu saepe adversarios de statu omni deiecimus. Nobis pro familiari reo summus orator non respondit Hortensius. A nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus obmutuit.

Nobis privata in causa magna et gravi, cum coepisset Curio pater respondere, subito assedit, cum sibi venenis ereptam memoriam diceret. Quid ego de miserationibus 130
loquar? quibus eo sum usus pluribus, quod etiamsi plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant. In quo ut viderer excellere, non ingenio sed dolore assequebar. Quae qualiacumque in me sunt, me enim ipsum poenitet quanta sint, sed apparent in orationibus; etsi carent libri spiritu illo, propter quem maiora eadem illa cum aguntur quam cum leguntur videri solent. Nec vero 131
miseratione solum mens iudicum permovenda est, (qua nos ita dolenter uti solemus, ut puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus, ut alia in causa excitato reo nobili sublato etiam filio parvo plangore et lamentatione complerimus forum) sed etiam est faciendum, ut irascatur iudex mitigetur, invideat faveat, contemnat admiretur, oderit diligat, cupiat satietate afficiatur, speret metuat, laetetur doleat: qua in varietate duriorum Accusatio suppeditabit exempla, mitiorum defensiones meae. Nullo 132
enim modo animus audientis aut incitari aut leniri potest, qui modus a me non tentatus sit, dicerem perfectum, si ita iudicarem: nec in veritate crimen arrogantiae extimescerem, sed (ut supra dixi) nulla me ingeni sed magna vis animi inflammat, ut me ipse non teneam, nec unquam is, qui audiret, incenderetur, nisi ardens ad eum perveniret oratio. Uterer exemplis domesticis, nisi ea legisses: uterer alienis vel Latinis, si ulla reperirem, vel Graecis, si deceret. Sed Crassi perpauca sunt nec ea iudiciorum. Nihil Antoni, nihil Cottae, nihil Sulpici. Dicebat melius quam scripsit Hortensius. Verum haec vis, quam quae- 133
rimus, quanta sit, suspicemur, quoniam exemplum non habemus, aut si exempla sequimur, a Demosthene sumamus et quidem perpetuae dictionis ex eo loco, unde in Ctesiphontis iudicio de suis factis consiliis meritis in rempublicam aggressus est dicere. Ea profecto oratio in eam formam, quae est insita in mentibus nostris, includi sic potest, ut maior eloquentia non requiratur.

134 XXXIX. Sed iam forma ipsa restat et χαρακτήρ ille qui dicitur; qui qualis debeat esse, ex ipsis, quae supra dicta sunt, intelligi potest. Nam et singulorum verborum et collocatorum lumina attigimus, quibus sic abundabit, ut verbum ex ore nullum nisi aut elegans aut grave exeat, ex omnique genere frequentissimae translationes erunt, quod eae propter similitudinem transferunt animos et referunt ac movent huc et illuc; qui motus cogitationis celeriter agitatus per se ipse delectat. Et reliqua ex collocatione verborum quae sumuntur quasi lumina magnum afferunt ornatum orationi: sunt enim similia illis, quae in amplo ornatu scenae aut fori appellantur insignia, non quod sola ornent, sed quod excellant.
135 Eadem ratio est horum, quae sunt orationis lumina et quodammodo insignia: cum aut duplicantur iteranturque verba, aut breviter commutata ponuntur, aut ab eodem verbo ducitur saepius oratio aut in idem coniicitur, aut utrumque, et adiungitur idem iteratum, et idem ad extremum refertur: aut continenter unum verbum non eadem sententia ponitur: aut cum similiter vel cadunt verba vel desinunt: aut cum sunt contrariis relata contraria: aut cum gradatim sursum versum reditur: aut cum demtis coniunctionibus dissolute plura dicuntur: aut cum aliquid praetereuntes, cur id faciamus, ostendimus: aut cum corrigimus nosmetipsos quasi reprehendentes: aut si est aliqua exclamatio vel admirationis vel conquestionis; aut cum eiusdem nominis casus saepius commutantur.

136 XL. Sed sententiarum ornamenta maiora sunt: quibus quia frequentissime Demosthenes utitur, sunt qui putent, idcirco eius eloquentiam maxime esse laudabilem. Et vero nullus fere ab eo locus sine quadam conformatione sententiae dicitur: nec quidquam est aliud dicere nisi aut omnis aut certe plerasque aliqua specie illuminare sententias: quas cum tu optime, Brute, teneas, quid attinet nominibus uti aut exemplis? tantum notetur locus.
137 Sic igitur dicet ille, quem expetimus, ut verset saepe multis modis eadem, et in una re haereat in eademque

commoretur sententia: saepe etiam ut extenuet aliquid: saepe ut irrideat: ut declinet a proposito deflectatque sententiam: ut proponat, quid dicturus sit: ut, cum transegerit iam aliquid, definiat: ut se ipse revocet, ut, quod dixerit, iteret: ut argumentum ratione concludat: ut interrogando urgeat: ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat: ut contra ac dicat accipi et sentiri velit: ut addubitet, quid potius aut quomodo dicat: ut dividat in partis: ut aliquid relinquat ac negligat: ut ante praemuniat: ut in eo ipso, in quo reprehendatur, culpam in adversarium conferat: ut saepe cum iis, qui audiunt, non- 138
nunquam etiam cum adversario quasi deliberet: ut hominum sermones moresque describat: ut muta quaedam loquentia inducat: ut ab eo, quod agitur, avertat animos: ut saepe in hilaritatem risumque convertat: ut ante occupet, quod videat opponi: ut comparet similitudines: ut utatur exemplis: ut aliud alii tribuens dispertiat: ut interpellatorem coërceat: ut aliquid reticere se dicat: ut denuntiet, quid caveant: ut liberius quid audeat: ut irascatur: etiam ut obiurget aliquando: ut deprecetur: ut supplicet: ut medeatur: ut a proposito declinet aliquantum: ut optet: ut exsecretur: ut fiat iis, apud quos dicet, familiaris. Atque alias etiam dicendi quasi virtutes sequetur: 139
brevitatem, si res petet: saepe etiam rem dicendo subiiciet oculis, saepe supra feret quam fieri possit: significatio saepe erit maior quam oratio: saepe hilaritas, saepe vitae naturarumque imitatio. Hoc in genere (nam quasi silvam vides) omnis eluceat oportet eloquentiae magnitudo.

XLI. Sed haec nisi collocata et quasi structa et 140
nexa verbis ad eam laudem, quam volumus, aspirare non possunt. De quo cum mihi deinceps viderem esse dicendum, etsi movebant iam me illa, quae supra dixeram, tamen his, quae sequuntur, perturbabar magis. Occurrebat enim, posse reperiri non invidos solum, quibus referta sunt omnia, sed fautores etiam mearum laudum, qui non censerent eius viri esse, de cuius meritis tanta senatus iudicia fecisset comprobante populo Romano

quanta de nullo, de artificio dicendi literis tam multa mandare. Quibus si nihil aliud responderem, nisi me M. Bruto negare roganti noluisse, iusta esset excusatio, cum et amicissimo et praestantissimo viro et recta et
141 honesta petenti satisfacere voluissem. Sed si profiterer (quod utinam possem!) me studiosis dicendi praecepta et quasi vias, quae ad eloquentiam ferrent, traditurum: quis tandem id iustus rerum aestimator reprehendet? Nam quis umquam dubitavit, quin in republica nostra primas eloquentia tenuerit semper urbanis pacatisque rebus, secundas iuris scientia? cum in altera gratiae gloriae praesidi plurimum esset: in altera praescriptionum cautionumque praeceptio; quae quidem ipsa auxilium ab eloquentia saepe peteret, ea vero repugnante vix suas
142 regiones finisque defenderet. Cur igitur ius civile docere semper pulchrum fuit, hominumque clarissimorum discipulis floruerunt domus: ad dicendum si quis acuat aut adiuvet in eo iuventutem, vituperetur? Nam si vitiosum est dicere ornate, pellatur omnino e civitate eloquentia. Sin ea non modo eos ornat penes quos est sed etiam universam rempublicam: cur aut discere turpe est, quod scire honestum est: aut, quod nosse pulcherrimum est, id non gloriosum docere?

143 XLII. At alterum factitatum est alterum novum. Fateor: sed utriusque rei causa est. Alteros enim respondentis audire sat erat, ut ii qui docerent nullum sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent, sed eodem tempore et discentibus satisfacerent et consulentibus. Alteri, cum domesticum tempus in cognoscendis componendisque causis, forense in agendis, reliquum in se ipsis reficiendis omne consumerent, quem habebant instituendi aut docendi locum? Atque haud scio an plerique nostrorum oratorum ingenio plus valuerint quam doctrina. Itaque illi dicere melius quam praecipere: nos contra fortasse possumus.
144 At dignitatem docere non habet. Certe, si quasi in ludo: sed si monendo, si cohortando, si percontando, si communicando, si interdum etiam una legendo audiendo,

nescio cur non? docendo etiam aliquid aliquando possis meliores facere, nescio, cur nolis? An quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est [ut est]: quibus ipsa sacra retineri defendique possint, non honestum est? At ius profitentur etiam qui nesciunt: eloquen- 145
tia autem illi ipsi, qui consecuti sunt, tamen se valere dissimulant, propterea quod prudentia hominibus grata est, lingua suspecta. Num igitur aut latere eloquentia potest, aut id, quod dissimulat, effugit, aut est periculum, ne quis putet in magna arte et gloriosa turpe esse docere alios id, quod ipsi fuerit honestissimum discere? Ac for- 146
tasse ceteri tectiores: ego semper me didicisse prae me tuli. Qui enim possem, cum et abfuissem domo adolescens, et horum studiorum causa mare transissem, et doctissimis hominibus referta domus esset, et aliquae fortasse inessent in sermone nostro doctrinarum notae, cumque volgo scripta nostra legerentur, dissimulare me didicisse? Quis erat, cui probarem, nisi parum fortasse profeceram?

XLIII. Quod cum ita sit, tamen ea, quae supra dicta sunt, plus in disputando quam ea, de quibus dicendum est, dignitatis habuerunt. De verbis enim com- 147
ponendis et de syllabis propemodum dinumerandis et dimetiendis loquemur: quae etiamsi sunt, sicuti mihi videntur, necessaria, tamen fiunt magnificentius quam docentur. Est id omnino verum, sed proprie in hoc dicitur. Nam omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat, radices stirpesque non item: sed esse illa sine his non potest. Me autem sive pervagatissimus ille versus, qui vetat

Artem pudere proloqui, quam factites,

dissimulare non sinit quin delecter, sive tuum studium hoc a me volumen expressit: tamen eis, quos aliquid reprehensuros suspicabar, respondendum fuit. Quod si 148
ea quae dixi non ita essent, quis tamen se tam durum agrestemque praeberet, qui hanc mihi non daret veniam,

ut, cum meae forenses artes et actiones publicae concidissent, non me aut desidiae, quod facere non possum, aut moestitiae, cui resisto, potius quam literis dederem? quae quidem me antea in iudicia atque in curiam deducebant, nunc oblectant domi, nec vero talibus modo rebus, qualis hic liber continet, sed multo etiam gravioribus et maioribus: quae si erunt perfectae, profecto forensibus nostris rebus etiam domesticae literae respondebunt. **Sed** ad institutam disputationem revertamur.

149 **XLIV.** Collocabuntur igitur verba, ut aut inter se quam aptissime cohaereant extrema cum primis, eaque sint quam suavissimis vocibus: aut ut forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum: aut ut comprehensio numerose et apte cadat. Atque illud primum videamus, quale sit, quod vel maxime desiderat diligentiam; est enim quasi structura quaedam, nec id tamen fiet operose: nam esset cum infinitus tum puerilis labor; quod apud Lucilium scite exagitat in Albucio Scaevola,

Quam lepide λέξεις compostae, ut tesserulae, omnes
Arte, pavimento atque emblemate vermiculato.

150 Nolo tam minuta haec constructio appareat: sed tamen stilus exercitatus efficiet facile hanc viam componendi. Nam ut in legendo oculus sic animus in dicendo prospiciet, quid sequatur, ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat aut asperas. Quamvis enim suaves gravèsve sententiae tamen, si inconditis verbis efferuntur, offendunt auris: quarum est iudicium superbissimum. Quod quidem Latina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit, qui vocalis nolit
151 coniungere. In quo quidam Theopompum etiam reprehendunt, quod eas literas tanto opere fugerit, etsi idem magister eius Isocrates: at non Thucydides, ne ille quidem haud paulo maior scriptor Plato nec solum in his sermonibus, qui διάλογοι dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit, sed in populari oratione, qua mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in proeliis inter-

fecti, quae sic probata est, ut eam quotannis ut scis illo die recitari necesse sit. In ea est crebra ista vocum concursio, quam magna ex parte ut vitiosam fugit Demosthenes.

XLV. Sed Graeci viderint: nobis ne si cupiamus 152
quidem distrahere voces conceditur. Indicant orationes illae ipsae horridulae Catonis, indicant omnes poëtae praeter eos, qui ut versum facerent saepe hiabant: ut Naevius

Vos, qui accolitis Histrum fluvium atque algidam —

Et ibidem

Quam nunquam vobis Graii atque Barbari —

At Ennius semel

Scipio invicte —

Et quidem nos

Hoc motu Radiantis Etesiae in vada ponti —

Hoc idem nostri saepius non tulissent, quod Graeci laudare etiam solent. Sed quid ego vocalis? sine vocalibus 153
saepe brevitatis causa contrahebant, ut ita dicerent, *multi' modis, vas' argenteis, palm' et crinibus, tecti' fractis.* Quid vero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? nam ut *duellum* bellum et *duis* bis, sic *Duellium* eum, qui Poenos classe devicit, *Bellium* nominaverunt, cum superiores appellati essent semper *Duellii.* Quin etiam verba saepe contrahuntur non usus causa sed aurium. Quomodo enim vester *Axilla Ala* factus est, nisi fuga literae vastioris? quam literam etiam e *maxillis* et *taxillis* et *vexillo* et *paxillo* consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Libenter etiam copulando verba iunge- 154
bant ut *sodes* pro *si audes*, *sis* pro *si vis;* iam in uno *capsis* tria verba sunt. *Ain'* pro *aisne*, *nequire* pro *non quire*, *malle* pro *magis velle*, *nolle* pro *non velle*, *dein* etiam saepe et *exin* pro *deinde* et *exinde* dicimus. Quid? illud non olet unde sit, quod dicitur *cum illis*, *cum* autem *nobis* non dicitur sed *nobiscum?*

quia si ita diceretur, obscoenius concurrerent literae, ut etiam modo, nisi *autem* interposuissem, concurrissent. Ex eo est *mecum* et *tecum* non *cum me* et *cum te*, ut esset simile illis *nobiscum* atque *vobiscum*.

155 XLVI. Atque etiam a quibusdam sero iam emendatur antiquitas, qui haec reprehendunt. Nam *pro deum atque hominum fidem—deorum* aiunt. Ita, credo, hoc illi nesciebant: an dabat hanc licentiam consuetudo? Itaque idem poëta, qui inusitatius contraxerat

Patris mei meum factum pudet

pro *meorum factorum*, et

Texitur: exitium examen rapit

pro *exitiorum*, non dicit *liberum* ut plerique loquimur, cum *cupidos liberum* aut *in liberum loco* dicimus, sed ut isti volunt:

Neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus.

Et idem

Namque Aesculapi liberorum —

At ille alter in Chryse non solum

Cives, antiqui amici maiorum meum —

quod erat usitatum, sed durius etiam

Consilium socii, augurium atque extum interpretes —

idemque pergit:

Postquam prodigium horriferum, portentum pavor —

quae non sane sunt in omnibus neutris usitata. Nec enim dixerim tam libenter *armum iudicium*, etsi est apud eundem,

Nihilne ad te de iudicio armum .... accidit?

156 quam *armorum*. Centuriam (ut censoriae tabulae loquuntur) *fabrum* et *procum* audeo dicere, non *fabrorum* et *procorum*. Planeque *duorum virorum iudicium* aut *trium virorum capitalium* aut *decem virorum stlitibus iudicandis* dico nunquam. Atqui dixit Attius:

Video sepulcra duo duorum corporum

idemque

— *Mulier una duum virum.*

Quid verum sit, intelligo; sed alias ita loquor ut concessum est, ut hoc vel *pro deum* dico vel *pro deorum*, alias ut necesse est, cum *trium virum* non *virorum*, cum *sestertium nummum* non *nummorum:* quod in his consuetudo varia non est.

XLVII. Quid, quod sic loqui *nosse*, *iudicasse* 157
vetant, *novisse* iubent et *iudicavisse?* quasi vero nesciamus, in hoc genere et plenum verbum recte dici et imminutum usitate. Itaque utrumque Terentius,

Eho, tu cognatum tuum non noras?

Post idem

Stilphonem, inquam, noveras?

Siet plenum est, *sit* imminutum: licet utare utroque. Ergo ibidem:

Quam cara sint, quae post carendo intelligunt,
Quamque attinendi magni dominatus sient.

Nec vero reprehenderim

Scripsere alii rem,

scripserunt esse verius sentio: sed consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor.

Isdem campus habet

inquit Ennius, et

In templis isdem.

At *eisdem* erat verius, nec tamen probavit, ut opimius. Male sonabat *iisdem.* Impetratum est a consuetudine, ut peccare suavitatis causa liceret. Et *pomeridianas quadrigas* quam *postmeridianas* libentius dixerim, et *mehercule* quam *mehercules. Non scire* quidem barbarum iam videtur, *nescire* dulcius. Ipsum *meridiem,* 158
cur non *medidiem?* credo quod erat insuavius. Una praepositio est *abs* eaque nunc tantum in accepti tabulis manet, et ne iis quidem omnium: in reliquo sermone

mutata est. Nam *amovit* dicimus et *abegit* et *abstulit*, ut iam nescias, *a*[*b*]ne verum sit an .... *abs*. Quid? si etiam *abfugit* turpe visum est, et *abfer* noluerunt, ... *aufer* maluerunt? quae praepositio praeter haec duo verba nullo alio in verbo reperietur. *Noti* erant et *navi et nari*, quibus cum *in* praeponi oporteret, dulcius visum est *ignoti ignavi ignari* dicere quam ut veritas postulabat. *Ex usu* dicunt et *e republica*, quod in altero vocalis excipiebat, in altero esset asperitas, nisi literam sustulisses: ut, *exegit*, *edixit*. *Refecit*, *rettulit*, *reddidit:* adiuncti verbi prima litera praepositionem commutavit, ut *subegit*, *summovit*, *sustulit*.

159 XLVIII. Quid? in verbis iunctis quam scite *insipientem* non *insapientem*, *iniquum* non *inaequum*, *tricipitem* non *tricapitem*, *concisum* non *concaesum*? Ex quo quidam *pertisum* etiam volunt: quod eadem consuetudo non probavit. Quid vero hoc elegantius, quod non fit natura sed quodam instituto? *indoctus* dicimus brevi prima litera, *insanus* producta, *inhumanus* brevi, *infelix* longa. Et ne multis, quibus in verbis eae primae literae sunt quae in *sapiente* atque *felice*, producte dicitur[IN], in ceteris omnibus breviter. Itemque *composuit*, *consuevit*, *concrepuit*, *confecit:* consule veritatem, reprehendet: refer ad auris, probabunt. Quaere cur? ita se dicent iuvari. Voluptati autem aurium

160 morigerari debet oratio. Quin ego ipse, cum scirem ita maiores locutos esse, ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur, loquebar sic ut *pulcros*, *Cetegos*, *triumpos*, *Cartaginem* dicerem: aliquando idque sero convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. *Orcivios* tamen et *Matones*, *Otones*, *Caepiones*, *sepulcra*, *coronas*, *lacrimas* dicimus, quia per aurium iudicium [semper] licet. *Burrum* semper Ennius, nunquam *Pyrrhum*.

Vi patefecerunt Bruges

non *Phryges* ipsius antiqui declarant libri; nec enim

Graecam literam adhibebant, nunc autem etiam duas: et cum ***Brugum*** et ***Brugibus*** dicendum esset, absurdum erat aut barbaris casibus tantum Graecam literam adhibere, aut recto casu solum Graece loqui; tamen et ***Phryges*** et ***Pyrrhum*** aurium causa dicimus. Quin 161
etiam, quod iam subrusticum videtur olim autem politius, eorum verborum, quorum eaedem erant postremae duae literae, quae sunt in *optumus*, postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequebatur. Ita non erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt poëtae novi. Ita enim loquebamur:

Qui est omnibu' princeps

Non, *omnibus princeps*, et

Vita illa dignu', locoque

Non, *dignus*.

Quod si indocta consuetudo tam est artifex suavitatis, quid ab ipsa tandem arte et doctrina postulari putamus? Haec dixi brevius quam si hac de re una disputarem, 162
(est enim hic locus late patens de natura usuque verborum) longius autem quam instituta ratio postulabat.

Sed quia rerum verborumque iudicium prudentiae est, vocum autem et numerorum aures sunt iudices, et quod illa ad intelligentiam referuntur, haec ad voluptatem: in illis ratio invenit, in his sensus artem. Aut enim negligenda fuit nobis voluptas eorum, quibus probari volebamus, aut ars eius conciliandae reperienda. Duae 163
sunt igitur res, quae permulceant auris, sonus et numerus. De numero mox, nunc de sono quaerimus. Verba (ut supra diximus) legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non ut poëtae exquisita ad sonum sed sumta de medio.

Qua Ponto ab Helles —

superat modum. At

Auratus aries Colchorum —

splendidis nominibus illuminatus est versus, sed proximus inquinatus insuavissima litera [finitus],

— *Frugifera et ferta arva .. asias tenet.*

164 Quare bonitate potius nostrorum verborum utamur quam splendore Graecorum, nisi forte sic loqui poenitet

Qua tempestate Paris Helenam

et quae sequuntur. Immo vero ista sequamur asperitatemque fugiamus

Habeo istam ego perterricrepam —

Itemque:

— *Versutiloquas malitias.*

XLIX. Nec solum componentur verba ratione, sed etiam finientur, quoniam id iudicium esse alterum aurium diximus. Sed finiuntur aut compositione ipsa et quasi sua sponte, aut quodam genere verborum, in quibus ipsis concinnitas inest; quae sive casus habent in exitu similis, sive paribus paria redduntur, sive [contrariis] opponuntur contraria, suapte natura numerosa sunt,
165 etiamsi nihil est factum de industria. In huius concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus, quo de genere illa nostra sunt in Miloniana: *Est enim, iudices, haec non scripta, sed nata lex, quam non didicimus accepimus legimus, verum ex natura ipsa arripuimus hausimus expressimus, ad quam non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus.* Haec enim talia sunt, ut, quia referuntur ad ea quae debent referri, intelligamus non quaesitum esse numerum
166 sed secutum. Quod fit item in referendis contrariis, ut illa sunt, quibus non modo numerosa oratio sed etiam versus efficitur:

Eam, quam nihil accusas, damnas.

Condemnas diceret, qui versum effugere vellet.

Bene quam meritam esse autumas, dicis male mereri.
Id quod scis prodest nihil; id quod nescis obest.

Versum efficit ipsa relatio contrariorum. Id esset in oratione numerosum, *quod scis nihil prodest: quod nescis multum obest.* Semper haec, quae Graeci ἀντίθετα nominant, contrariis cum opponuntur contraria,

numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt, et eum sine
industria. Hoc genere antiqui iam ante Isocratem dele- 167
ctabantur et maxime Gorgias, cuius in oratione plerum-
que efficit numerum ipsa concinnitas. Nos etiam in hoc
genere frequentes; ut illa sunt in quarto Accusationis:
*Conferte hanc pacem cum illo bello, huius prae-
toris adventum cum illius imperatoris victoria,
huius cohortem impuram cum illius exercitu in-
victo, huius libidines cum illius continentia, ab illo
qui cepit conditas, ab hoc qui constitutas accepit
captas dicetis Syracusas.*

L. Ergo et hi numeri sint cogniti, et genus illud 168
tertium explicetur quale sit, numerosae et aptae orationis.
Quod qui non sentiunt, quas auris habeant aut quid in
his hominis simile sit, nescio. Meae quidem et perfecto
completoque verborum ambitu gaudent, et curta sentiunt,
nec amant redundantia. Quid dico meas? conciones
saepe exclamare vidi, cum apte verba cecidissent. Id
enim exspectant aures, ut verbis colligentur sententiae.
Non erat hoc apud antiquos. Et quidem nihil aliud fere
non erat: nam et verba eligebant et sententias gravis et
suavis reperiebant, sed eas aut vinciebant aut explebant
parum. Hoc me ipsum delectat, inquiunt. Quid? si 169
antiquissima illa pictura paucorum colorum magis quam
haec iam perfecta delectet, illa nobis sit, credo, repe-
tenda, haec scilicet repudianda. Nominibus veterum
gloriantur. Habet autem ut in aetatibus auctoritatem
senectus sic in exemplis antiquitas: quae quidem apud
me ipsum valet plurimum. Nec ego id quod deest anti-
quitati flagito potius quam laudo quod est: praesertim
cum ea maiora indicem quae sunt quam illa quae desunt.
Plus est enim in verbis et in sententiis boni, quibus illi
excellunt, quam in conclusione sententiarum, quam non
habent. Post inventa conclusio est, qua credo usuros
veteres illos fuisse, si iam nota atque usurpata res esset:
qua inventa omnis usos magnos oratores videmus. Sed 170
habet nomen invidiam, cum in oratione iudiciali et forensi

numerus [Latine,] (Graece ῥυθμός) inesse dicitur. Nimis enim insidiarum ad capiendas auris adhiberi videtur, si etiam in dicendo numeri ab oratore quaeruntur. Hoc freti isti et ipsi infracta et amputata loquuntur et eos vituperant, qui apta et finita pronuntiant. Si inanibus verbis levibusque sententiis, iure: sin probae res, lecta verba, quid est cur claudere aut insistere orationem malint quam cum sententia pariter excurrere? Hic enim invidiosus numerus nihil affert aliud, nisi ut sit apte verbis comprehensa sententia: quod fit etiam ab antiquis sed plerumque casu, saepe natura; et quae valde laudantur
171 apud illos, ea fere, quia sunt conclusa, laudantur. Et apud Graecos quidem iam anni prope quadringenti sunt, cum hoc probatur; nos nuper agnovimus. Ergo Ennio licuit vetera contemnenti dicere:

Versibu', quos olim Fauni vatesque canebant;

mihi de antiquis eodem modo non licebit? praesertim cum dicturus non sim *Ante hunc*, ut ille, nec quae sequuntur *Nos ausi reserare?* Legi enim audivique nonnullos, quorum propemodum absolute concluderetur oratio. Quod qui non possunt, non est eis satis non contemni, laudari etiam volunt. Ego autem illos ipsos laudo idque merito, quorum se isti imitatores esse dicunt, etsi in eis aliquid desidero; hos vero minime, qui nihil illorum nisi vitium sequuntur, cum a bonis absint longissime.

172 LI. Quod si auris tam inhumanas tamque agrestis habent, ne doctissimorum quidem virorum eos movebit auctoritas? Omitto Isocratem discipulosque eius Ephorum et Naucratem, quanquam orationis faciendae et ornandae auctores locupletissimi summique ipsi oratores esse debeant. Sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inveniendis vel iudicandis acrior Aristotele fuit? quis porro Isocrati est adversatus infensius? Is igitur versum in oratione vetat esse, numerum iubet. Eius auditor Theodectes inprimis (ut Aristoteles saepe significat) politus scriptor atque artifex hoc idem et sentit

et praecipit. Theophrastus vero iisdem de rebus etiam accuratius. Quis ergo istos ferat, qui hos auctores non probent? nisi omnino haec esse ab iis praecepta nesciunt. Quod si ita est, (nec vero aliter existimo) quid? ipsi suis 173 sensibus non moventur, nihilne eis inane videtur, nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans? In versu quidem theatra tota exclamant, si fuit una syllaba aut brevior aut longior. Nec vero multitudo pedes novit, nec ullos numeros tenet, nec illud quod offendit aut cur aut in quo offendat, intelligit: et tamen omnium longitudinum et brevitatum in sonis sicut acutarum graviumque vocum iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.

LII. Visne igitur, Brute, totum hunc locum accu- 174 ratius etiam explicemus quam illi ipsi, qui et haec et alia nobis tradiderunt? An his contenti esse, quae ab illis dicta sunt, possumus? Sed quid quaero velisne, cum literis tuis eruditissime scriptis te id vel maxime velle perspexerim? Primum ergo origo, deinde causa, post natura, tum ad extremum usus ipse explicetur orationis aptae atque numerosae.

Nam qui Isocratem maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adiunxerit. Cum enim videret oratores cum severitate audiri, poëtas autem cum voluptate, tum dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione uteremur, cum iucunditatis causa tum ut varietas occurreret satietati. Quod ab his vere quadam ex parte non totum dicitur. 175 Nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum est, sed princeps inveniendi fuit Thrasymachus, cuius omnia nimis etiam extant scripta numerose. Nam (ut paulo ante dixi) paria paribus adiuncta et similiter definita itemque contrariis relata contraria, quae sua sponte, etiamsi id non agas, cadunt plerumque numerose, Gorgias primus invenit, sed his est usus intemperatius. Id autem est genus (ut ante dictum est) ex tribus partibus collocationis alterum. Horum uterque Isocratem aetate 176

praecurrit, ut eos ille moderatione non inventione vicerit. Est enim ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior sic in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem avidior est generis eius, et his festivitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur: quas Isocrates, (cum tamen audisset in Thessalia adolescens senem iam Gorgiam) moderatius temperavit. Quin etiam se ipse tantum, quantum aetate procedebat, (prope enim centum confecit annos) relaxarat a nimia necessitate numerorum; quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem scripsit, cum iam admodum esset senex: in quo dicit sese minus iam servire numeris quam solitus esset. Ita non modo superiores, sed etiam se ipsum correxerat.

177 LIII. Quoniam igitur habemus aptae orationis eos principes auctoresque quos diximus, et origo inventa est: causa quaeratur. Quae sic aperta est, ut mirer veteres non esse commotos, praesertim cum, ut fit, fortuito saepe aliquid concluse apteque dicerent; quod cum animos hominum aurisque pepulisset, ut intelligi posset, id quod casus effudisset cecidisse iucunde: notandum certe genus, atque ipsi sibi imitandi fuerunt. Aures enim vel animus aurium nuntio naturalem in se continet vocum omnium mensionem. Itaque et longiora et breviora iudicat, et
178 perfecta ac moderata semper exspectat; mutila sentit quaedam et quasi decurtata, quibus, tanquam debito fraudetur, offenditur, productiora alia et quasi immoderatius excurrentia, quae magis etiam aspernantur aures: quod cum in plerisque tum in hoc genere nimium quod est, offendit vehementius quam id quod videtur parum. Ut igitur poëtica et versus inventus est terminatione aurium, observatione prudentium, sic in oratione animadversum est multo illud quidem serius, sed eadem natura admonente, esse quosdam certos cursus conclusionesque verborum.

179 LIV. Quoniam igitur causam quoque ostendimus, naturam nunc, (id enim erat tertium) si placet, explicemus: quae disputatio non huius instituti sermonis est sed

artis intimae. Quaeri enim potest, qui sit orationis nume-
rus, et ubi sit positus et natus ex quo, et is unusne sit an
duo an plures quaque ratione componatur, et ad quam
rem et quando et quo loco et quemadmodum adhibitus
aliquid voluptatis afferat. Sed ut in plerisque rebus sic 180
in hac duplex est considerandi via, quarum altera est
longior, brevior altera, eadem etiam planior. Est autem
longioris prima illa quaestio, sitne omnino ulla numerosa
oratio. Quibusdam enim non videtur, quia nihil insit in
ea certi ut in versibus, et quod ipsi, qui affirment esse
eos numeros, rationem cur sint, non queant reddere.
Deinde, si sit numerus in oratione, qualis sit aut quales,
et e poëticisne numeris an ex alio genere quodam, et, si
e poëticis, quis eorum sit aut qui. Namque aliis unus
modo, aliis plures, aliis omnes iidem videntur. Deinde, 181
quicumque sunt sive unus sive plures, communesne sint
omni generi orationis; quoniam aliud genus est narrandi,
aliud persuadendi, aliud docendi: an dispares numeri
cuique orationis generi accommodentur. Si communes,
qui sint: si dispares, quid intersit, et cur non aeque in
oratione atque in versu numerus appareat. Deinde, quod
dicitur in oratione numerosum, id utrum numero solum
efficiatur, an etiam vel compositione quadam vel genere
verborum: anne sit suum cuiusque, ut numerus intervallis,
compositio vocibus, genus ipsum verborum quasi quaedam
forma et lumen orationis appareat, sitque omnium fons
compositio, ex eaque et numerus efficiatur et ea quae
dicuntur orationis quasi formae et lumina, quae (ut dixi)
Graeci vocant σχήματα. At non est unum nec idem, 182
quod voce iucundum est, quod moderatione absolutum, et
quod illuminatum genere verborum, quanquam id quidem
finitimum est numero, quia per se plerumque perfectum
est: compositio autem ab utroque differt, quae tota servit
gravitati vocum aut suavitati. Haec igitur fere sunt, in
quibus rei natura quaerenda sit.

LV. Esse ergo in oratione numerum quendam, 183
non est difficile cognoscere. Indicat enim sensus: in quo

iniquum est, quod accidit, non agnoscere, si, cur id acci-
dat, reperire nequeamus. Neque enim ipse versus ratione
est cognitus, sed natura atque sensu, quem dimensa ratio
docuit, quid acciderit. Ita notatio naturae et animad-
versio peperit artem. Sed in versibus res est apertior,
quanquam etiam a modis quibusdam cantu remoto soluta
esse videatur oratio, maximeque id in optimo quoque
eorum poëtarum, qui λυρικοὶ a Graecis nominantur,
quos cum cantu spoliaveris, nuda paene remanet oratio.
184 Quorum similia sunt quaedam etiam apud nostros, velut
ille in Thyeste:

Quemnám te esse dícam? qui tárda in senéctute —

et quae sequuntur, quae, nisi cum tibicen accessit, ora-
tionis sunt solutae simillima. Ac comicorum senarii
propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abiecti, ut
nonnunquam vix in eis numerus et versus intelligi possit;
quo est ad inveniendum difficilior in oratione numerus
185 quam in versibus. Omnino duo sunt, quae condiant ora-
tionem, verborum numerorumque iucunditas. In verbis
inest quasi materia quaedam, in numero autem expolitio.
Sed ut ceteris in rebus necessitatis inventa antiquiora
sunt quam voluptatis, ita in hac re accidit, ut multis sae-
culis ante oratio nuda ac rudis ad solos animorum sensus
exprimendos fuerit reperta, quam ratio numerorum causa
186 delectationis aurium excogitata. Itaque et Herodotus et
eadem superiorque aetas numero caruit nisi quando temere
ac fortuito, et scriptores perveteres de numero nihil omni-
no, de oratione praecepta nobis multa reliquerunt. Nam
quod et facilius est et magis necessarium, id semper ante
cognoscitur. Itaque translata aut facta aut iuncta verba
facile sunt cognita, quia sumebantur e consuetudine quo-
tidianoque sermone. Numerus autem non domo depro-
mebatur, neque habebat aliquam necessitudinem aut
cognationem cum oratione. Itaque serius aliquanto no-
tatus et cognitus quasi quandam palaestram et extrema
187 lineamenta orationi attulit. Quod si et angusta quaedam

atque concisa et alia est collatata et diffusa oratio, necesse est id non literarum accidere natura, sed intervallorum longorum et brevium varietate: quibus implicata atque permista oratio quoniam tum stabilis est tum volubilis, necesse est eiusmodi naturam numeris contineri. Nam circuitus ille, quem saepe iam diximus, ... incitatior numero ipso fertur et .... labitur, quoad perveniat ad finem et insistat. Perspicuum est igitur, numeris astrictam orationem esse debere, carere versibus.

LVI. Sed hi numeri poëticine sint, an ex alio 188
genere quodam, deinceps est videndum. Nullus est igitur numerus extra poëticos, propterea quod definita sunt genera numerorum. Nam omnis talis est, ut unus sit e tribus. Pes enim, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis aut aequalem alteri parti, aut altero tanto aut sesqui esse maiorem. Ita fit aequalis dactylus, duplex iambus, sesquiplex paean; qui pedes in orationem non cadere qui possunt? quibus ordine locatis quod efficitur, numerosum sit necesse est. Sed quae- 189
ritur, quo numero aut quibus potissimum sit utendum. Incidere vero omnis in orationem etiam ex hoc intelligi potest, quod versus saepe in oratione per imprudentiam dicimus, (quod vehementer est vitiosum, sed non attendimus neque exaudimus nosmetipsos): senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus; magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio. Sed tamen eos versus facile agnoscit auditor; sunt enim usitatissimi. Inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam minus usitatos, sed tamen versus; vitiosum genus et longa animi provisione fugiendum. Elegit ex multis Isocrati libris 190
triginta fortasse versus Hieronymus, peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios sed etiam anapaestica: quo quid potest esse turpius? Etsi in eligendo fecit malitiose: prima enim syllaba demta in primo verbo sententiae, postremum ad verbum primam rursus syllabam adiunxit insequentis. Itaque factus est anapaesticus is,

qui Aristophanius nominatur. Quod ne accidat, observari nec potest nec necesse est. Sed tamen hic corrector in eo ipso loco, quo reprehendit, (ut a me animadversum est studiose inquirente in eum) immittit imprudens ipse senarium. Sit igitur hoc cognitum, in solutis etiam verbis inesse numeros, eosdemque esse oratorios qui sint poëtici.

191 LVII. Sequitur ergo, ut, qui maxime cadant in orationem aptam numeri, videndum sit. Sunt enim qui iambicum putent, quod sit orationi simillimus: qua de causa fieri, ut is potissimum propter similitudinem veritatis adhibeatur in fabulis, quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiae sit accommodatior. Ephorus autem, levis ipse orator sed profectus ex optima disciplina, paeana sequitur aut dactylum, fugit autem spondeum et trochaeum. Quod enim paean habeat tris brevis, dactylus autem duas, ... brevitate et celeritate syllabarum labi putat verba proclivius, contraque accidere in spondeo et trochaeo; quod alter e longis constaret, alter e brevibus fieret, alteram nimis incitatam, alteram nimis
192 tardam orationem, neutram temperatam. Sed et illi priores errant, et Ephorus in culpa est. Nam et qui paeana praetereunt, non vident mollissimum a sese numerum eundemque amplissimum praeteriri. Quod longe Aristoteli videtur secus, qui iudicat heroum numerum grandiorem quam desideret soluta oratio, iambum autem nimis e volgari esse sermone. Ita neque humilem et abiectam orationem nec nimis altam et exaggeratam probat, plenam tamen eam volt esse gravitatis, ut eos qui audient ad maio-
193 rem admirationem possit traducere. Trochaeum autem, qui est eodem spatio quo choreus, cordacem appellat, quia contractio et brevitas dignitatem non habeat. Ita paeana probat eoque ait uti omnis, sed ipsos non sentire cum utantur: esse autem tertium ac medium inter illos, sed ita factos eos pedes esse, ut in singulis modus insit aut sesquiplex aut duplex aut par. Itaque illi de quibus

ante dixi tantummodo commoditatis habuerunt rationem, nullam dignitatis. Iambus enim et dactylus in versum 194
cadunt maxime. Itaque ut versum fugimus in oratione, sic hi sunt evitandi continuati pedes. Aliud enim quiddam est oratio, nec quidquam inimicius quam illa versibus. Paean autem minime est aptus ad versum: quo libentius eum recipit oratio. Ephorus vero ne spondeum quidem, quem fugit, intelligit esse aequalem dactylo, quem probat. Syllabis enim metiendos pedes non intervallis existimat: quod idem facit in trochaeo, qui temporibus et intervallis est par iambo, sed eo vitiosus in oratione si ponatur extremus, quod verba melius in syllabas longiores cadunt. Atque haec, quae sunt apud Aristotelem, eadem a Theophrasto Theodecteque de paeane dicuntur.
Ego autem sentio, omnis in oratione esse quasi permistos 195
et confusos pedes. Nec enim effugere possemus animadversionem, si semper iisdem uteremur, quia neque numerosa esse ut poëma neque extra numerum ut sermo volgi debet esse oratio. Alterum nimis est vinctum, ut de industria factum appareat, alterum nimis dissolutum, ut pervagatum ac volgare videatur: ut ab altero non delectere, alterum oderis. Sit igitur (ut supra dixi) permista 196
et temperata numeris nec dissoluta nec tota numerosa, paeane maxime (quoniam optimus auctor ita censet) sed reliquis etiam numeris, quos ille praeterit, temperata.

LVIII. Quos autem numeros cum quibus tanquam purpuram misceri oporteat, nunc dicendum est, atque etiam quibus orationis generibus sint quique accommodatissimi. Iambus enim frequentissimus est in iis, quae demisso atque humili sermone dicuntur. Paean autem in amplioribus: 197
in utroque dactylus. Ita in varia et perpetua oratione hi sunt inter se miscendi et temperandi. Sic minime animadvertetur delectationis aucupium et quadrandae orationis industria: quae latebit eo magis, si et verborum et sententiarum ponderibus utemur. Nam qui audiunt haec duo animadvertunt et iucunda sibi censent, verba dico et

sententias, eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos et praetervolat numerus: qui tamen si
198 abesset, illa ipsa minus delectarent. Nec vero is cursus est numerorum, orationis dico, (nam est longe aliter in versibus) nihil ut fiat extra modum, nam id quidem esset poëma; sed omnis nec claudicans nec quasi fluctuans et aequaliter constanterque ingrediens numerosa habetur oratio. Atque id in dicendo numerosum putatur, non quod totum constat e numeris, sed quod ad numeros proxime accedit: quo etiam difficilius est oratione uti quam versibus, quod in illis certa quaedam et definita lex est, quam sequi sit necesse; in dicendo autem nihil est propositum, nisi ut ne immoderata aut angusta aut dissoluta aut fluens sit oratio. Itaque non sunt in ea tanquam tibicini percussionum modi, sed universa comprehensio et species orationis clausa et terminata est: quod voluptate aurium iudicatur.

199 LIX. Solet autem quaeri, totone in ambitu verborum numeri tenendi sint, an in primis partibus atque in extremis. Plerique enim censent cadere tantum numerose oportere terminarique sententiam. Est autem, ut id maxime deceat, non id solum; ponendus est enim ille ambitus, non abiiciendus. Quare cum aures extremum semper exspectent in eoque acquiescant, id vacare numero non oportet, sed ad hunc exitum tamen a principio ferri debet verborum illa comprehensio et tota a capite ita flu-
200 ere, ut ad extremum veniens ipsa consistat. Id autem bona disciplina exercitatis, qui et multa scripserint et quaecumque etiam sine scripto dicerent, similia scriptorum effecerint, non erit difficillimum. Ante enim circumscribitur mente sententia confestimque verba concurrunt, quae mens eadem, qua nihil est celerius, statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat: quorum descriptus ordo alias alia terminatione concluditur, atque omnia illa et
201 prima et media verba spectare debent ad ultimum. Interdum enim cursus est in oratione incitatior, interdum

moderata ingressio, ut iam a principio videndum sit, quemadmodum velis venire ad extremum. Nec in numeris magis quam in reliquis ornamentis orationis, eadem cum faciamus quae poëtae, effugimus tamen in oratione poëmatis similitudinem. Est enim in utroque et materia et tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. Ternae autem sunt utriusque partes. Verborum, translatum novum priscum, (nam de propriis nihil hoc loco dicimus); collocationis autem, eae quas diximus compositio concinnitas numerus. Sed in utroque frequen- 202
tiores sunt et liberiores poëtae; nam et transferunt verba cum crebrius tum etiam audacius, et priscis libentius utuntur et liberius novis. Quod idem fit in numeris, in quibus quasi necessitati parere coguntur. Sed tamen haec nec nimis esse diversa neque nullo modo coniuncta intelligi licet. Ita fit, ut non item in oratione ut in versu numerus extet, idque quod numerosum in oratione dicitur non semper numero fiat, sed nonnunquam aut concinnitate aut constructione verborum.

LX. Ita si numerus orationis quaeritur qui sit, 203
omnis est, sed alius alio melior atque aptior; si locus: in omni parte verborum; si unde ortus sit, ex aurium voluptate; si componendorum ratio, dicetur alio loco, quia pertinet ad usum, quae pars quarta et extrema nobis in dividendo fuit; si ad quam rem adhibeatur, ad delectationem; si quando, semper; si quo loco, in tota continuatione verborum; si quae res efficiat voluptatem, eadem quae in versibus, quorum modum notat ars, sed aures ipsae tacito eum sensu sine arte definiunt.

LXI. Satis multa de natura: sequitur usus, de 204
quo est accuratius disputandum. In quo quaesitum est, in totone circuitu illo orationis, quem Graeci περίοδον, nos tum ambitum tum circuitum tum comprehensionem aut continuationem aut circumscriptionem dicimus, an in principiis solum, an in extremis, an in utraque parte

numerus tenendus sit. Deinde cum aliud videatur esse
205 numerus aliud numerosum, quid intersit. Tum autem in omnibusne numeris aequaliter particulas deceat incidere, an facere alias breviores alias longiores, idque quando aut cur, quibusque partibus; pluribusne an singulis, imparibus an aequalibus, et quando aut istis aut illis sit utendum; quaeque inter se aptissime collocentur et quomodo, an omnino nulla sit in eo genere distinctio; quodque ad rem maxime pertinet, qua ratione numerosa fiat
206 oratio. Explicandum etiam est, unde orta sit forma verborum, dicendumque, quantos circuitus facere deceat, deque eorum particulis et tanquam incisionibus disserendum est quaerendumque, utrum una species et longitudo sit earum anne plures, et, si plures, quo loco aut quando quoque genere uti oporteat. Postremo totius generis utilitas explicanda est, quae quidem patet latius: non ad unam enim rem aliquam sed ad pluris accommodatur.

207 Ac licet non ad singulas res respondentem de universo genere sic dicere, ut etiam singulis satis responsum esse videatur. Remotis igitur reliquis generibus unum selegimus hoc quod in causis foroque versatur, de quo diceremus.

LXII. Ergo in aliis, id est, in historia et in eo quod appellamus ἐπιδεικτικὸν placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more illa circumscriptione ambituque, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in
208 singulis perfectis absolutisque sententiis. Itaque posteaquam est nata haec vel circumscriptio vel comprehensio vel continuatio vel ambitus, si ita licet dicere, nemo, qui aliquo esset in numero, scripsit orationem generis eius, quod esset ad delectationem comparatum remotumque a iudiciis forensique certamine, quin redigeret omnis fere in quadrum numerumque sententias. Nam cum is est auditor, qui non vereatur, ne compositae orationis insidiis sua fides attentetur, gratiam quoque habet oratori

voluptati aurium servienti. Genus autem hoc orationis 209 neque totum assumendum est ad causas forensis neque omnino repudiandum: si enim semper utare, cum satietatem affert, tum quale sit etiam ab imperitis agnoscitur. Detrahit praeterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem et fidem.

LXIII. Sed, quoniam adhibenda nonnunquam est, primum videndum est, quo loco, deinde quam diu retinenda sit, tum quot modis commutanda. Adhibenda est 210 igitur numerosa oratio, si aut laudandum est aliquid ornatius, ut nos in Accusationis secundo de Siciliae laude diximus, ut in senatu de consulatu meo, aut exponenda narratio, quae plus dignitatis desiderat quam doloris, ut in quarto Accusationis de Ennensi Cerere, de Segestana Diana, de Syracusarum situ diximus. Saepe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerose et volubiliter oratio. Id nos fortasse non perfecimus, conati quidem saepissime sumus: quod plurimis locis perorationes nostrae voluisse nos atque animo contendisse declarant. Id autem tum valet, cum is qui audit ab oratore iam obsessus est ac tenetur. Non enim id agit, ut insidietur et observet, sed iam favet processumque volt, dicendique vim admirans non anquirit quod reprehendat. Haec autem forma retinenda non diu est; nec dico in 211 peroratione, quam ipse ..... includit, sed in orationis reliquis partibus. Nam cum sis his locis usus, quibus ostendi licere, transferenda tota dictio est ad illa, quae nescio cur, cum Graeci κόμματα et κῶλα nominent, nos non recte incisa et membra dicamus. Neque enim esse possunt rebus ignotis nota nomina, sed cum verba aut suavitatis aut inopiae causa transferre soleamus, in omnibus hoc fit artibus, ut, cum id appellandum sit, quod propter rerum ignorationem ipsarum nullum habuerit ante nomen, necessitas cogat aut novum facere verbum aut a simili mutuari.

LXIV. Quo autem pacto deceat incise membra- 212

timve dici, iam videbimus: nunc, quot modis mutentur
comprehensiones conclusionesque, dicendum est. Fluit
omnino numerus a primo tum incitatius brevitate pedum
tum proceritate tardius. Cursum contentiones magis
requirunt, expositiones rerum tarditatem. Insistit autem
ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia
maxime, qui dichoreus vocatur, cum duo extremi chorei
sunt, id est, e singulis longis et brevibus. Explanandum
est enim, quod ab aliis iidem pedes aliis vocabulis nomi-
213 nantur. Dichoreus non est ille quidem sua sponte vitio-
sus in clausulis, sed in orationis numero nihil est tam
vitiosum quam si semper est idem. Cadit autem per se
ille ipse praeclare, quo etiam satietas formidanda est
magis. Me stante C. Carbo, C. F., tribunus plebis in
concione dixit his verbis, *O Marce Druse, patrem
appello:* haec quidem duo binis pedibus incisim. Dein
membratim, *Tu dicere solebas, sacram esse rempu-*
214 *blicam:* haec [item membra] ternis. Post ambitus,
*Quicumque eam violavissent, ab omnibus esse ei
poenas persolutas:* dichoreus. Nihil enim ad rem,
extrema illa longa sit an brevis. Deinde, *Patris di-
ctum sapiens temeritas fili comprobavit.* Hoc dicho-
reo tantus clamor concionis excitatus est, ut admirabile
esset. Quaero, nonne id numerus effecerit? Verborum
ordinem immuta, fac sic, *Comprobavit fili temeritas,*
iam nihil erit, etsi *temeritas* ex tribus brevibus et longa
est, quem Aristoteles ut optimum probat, a quo dissentio.
215 At eadem verba eadem sententia. Animo istuc satis est,
auribus non satis. Sed id crebrius fieri non oportet.
Primum enim numerus agnoscitur, deinde satiat, postea
cognita facilitate contemnitur. Sed sunt clausulae plu-
res, quae numerose et iucunde cadant. Nam et creticus,
qui est e longa et brevi et longa, et eius aequalis paean,
qui spatio par est, syllaba longior, quam commodissime
putatur in solutam orationem illigari, cum sit duplex.
Nam aut e longa est et tribus brevibus, qui numerus in
primo viget, iacet in extremo; aut e totidem brevibus et

longa, in quem optime cadere censent veteres: ego non plane reiicio, sed alios antepono. Ne spondeus quidem 216 funditus est repudiandus; etsi, quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior. Habet tamen stabilem quendam et non expertem dignitatis gradum, in incisionibus vero multo magis et in membris. Paucitatem enim pedum gravitate sua et tarditate compensat. Sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo. Adiungo (quod minimum sit) proximum superiorem, saepe etiam tertium. Ne iambus quidem, qui est e brevi et 217 longa, aut par choreo trochaeus, qui habet tris brevis sed spatio par, non syllabis, aut etiam dactylus, qui est e longa et duabus brevibus, si est proximus a postremo, parum volubiliter pervenit ad extremum, si est extremus choreus, aut spondeus. Nunquam enim interest, uter sit eorum in pede extremo. Sed iidem hi tres pedes male concludunt, si quis eorum in proximo ab extremo locatus est, nisi cum pro choreo aut spondeo creticus postremus est vel dactylus. Nihil enim interest, dactylus sit extremus an creticus, quia postrema syllaba brevis an longa sit, ne in versu quidem refert. Quare etiam paeana qui 218 dixit aptiorem, in quo esset longa postrema, vidit parum, quoniam nihil ad rem est, postrema quam longa sit. Iam paean, quod pluris habeat syllabas quam tris, numerus a quibusdam non pes habetur. Est quidem, ut inter omnis constat antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodectem, Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti vel mediae; putant illi etiam cadenti, quo loco mihi videtur aptior creticus. Dochmius autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa ut est hoc, *Amicos tenes* quovis loco aptus est, dum semel ponatur: iteratus aut continuatus numerum apertum et nimis insignem facit. His igitur tot commutationibus tamque variis si utemur, 219 nec deprehendetur manifesto, quid a nobis de industria fiat, et occurretur satietati.

LXV. Et quia non numero solum numerosa ora-

tio, sed et compositione fit et genere (quod ante dictum
est) concinnitatis: compositione potest intelligi, cum ita
structa verba sunt, ut numerus non quaesitus, sed ipse
secutus esse videatur, ut apud Crassum: *Nam ubi
lubido dominatur, innocentiae leve praesidium est.*
Ordo enim verborum efficit numerum sine ulla aperta
oratoris industria. Itaque si quae veteres illi (Hero-
dotum dico et Thucydidem totamque eam aetatem) apte
numeroseque dixerunt, ea non numero quaesito, sed ver-
220 borum collocatione ceciderunt. Formae vero quaedam
sunt orationis, in quibus ea concinnitas inest, ut sequatur
numerus necessario. Nam cum aut par pari refertur, aut
contrarium contrario opponitur, aut quae similiter cadunt
verba verbis comparantur: quidquid ita concluditur, ple-
rumque fit ut numerose cadat. Quo de genere cum exem-
plis supra diximus, ut haec quoque copia facultatem affe-
rat, non semper eodem modo desinendi. Nec tamen haec
ita sunt arta et astricta, ut ea, cum velimus, laxare ne-
queamus. Multum interest, utrum numerosa sit, id est,
similis numerorum, an plane e numeris constet oratio.
Alterum si fit, intolerabile vitium est; alterum nisi fit,
dissipata et inculta et fluens est oratio.

221 LXVI. Sed quoniam non modo non frequenter,
verum etiam raro in veris causis et forensibus circum-
scripte numeroseque dicendum est, sequi videtur, ut vi-
deamus quae sint illa quae supra dixi incisa, quae mem-
bra. Haec enim in veris causis maximam partem
orationis obtinent. Constat enim ille ambitus et plena
comprehensio e quatuor fere partibus, quae membra dici-
mus, ut et auris impleat et ne brevior sit quam satis sit
neque longior. Quanquam utrumque nonnunquam vel
potius saepe accidit, ut aut citius insistendum sit aut lon-
gius procedendum, ne brevitas defraudasse auris videatur
neve longitudo obtudisse. Sed habeo mediocritatis ratio-
nem; nec enim loquor de versu, et est liberior aliquanto
222 oratio. E quatuor igitur, quasi hexametrorum instar

versuum quod sit, constat fere plena comprehensio. His igi-
tur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis, quos
in ambitu coniungimus. Sin membratim volumus dicere,
insistimus, idque cum opus est, ab isto cursu invidioso
facile nos et saepe disiungimus. Sed nihil tam debet
esse numerosum quam hoc, quod minime apparet et valet
plurimum. Ex hoc genere illud est Crassi: *Missos
faciant patronos, ipsi prodeant.* Nisi intervallo di-
xisset, — *ipsi prodeant,* — sensisset profecto se fudisse
senarium. Omnino melius caderet, *prodeant ipsi.* Sed
de genere nunc disputo. *Cur clandestinis consiliis nos* 223
*oppugnant? cur de perfugis nostris copias compa-
rat is contra nos?* Prima sunt illa duo, quae κόμματα
Graeci vocant, nos incisa dicimus: deinde tertium, κῶλον
illi, nos membrum. Sequitur non longa, [ex duobus enim
versibus, id est, membris perfecta est], comprehensio et
in spondeos cadit: et Crassus quidem sic plerumque dice-
bat, idque ipse genus dicendi maxime probo.

LXVII. Sed quae incisim aut membratim efferun-
tur, ea vel aptissime cadere debent, ut est apud me:
*Domus tibi deerat: at habebas. Pecunia supera-
bat: at egebas.* Haec incise dicta sunt quatuor. At 224
membratim quae sequuntur duo: *Incurristi amens in
columnas: in alienos insanus insanisti.* Deinde
omnia tanquam crepidine quadam comprehensione lon-
giore sustinentur: *Depressam, caecam, iacentem
domum pluris quam te et quam fortunas tuas
aestimasti.* Dichoreo finitur. At dispondeo proximum
illud. Nam in iis, quibus ut pugiunculis uti oportet,
brevitas facit ipsa liberiores pedes. Saepe enim singulis
utendum est, plerumque binis, et utrisque addi pedis pars
potest, non fere ternis amplius. Incisim autem et mem- 225
bratim tractata oratio in veris causis plurimum valet,
maximeque his locis cum aut arguas aut refellas, ut nostra
in Corneliana secunda. *O callidos homines, o rem
excogitatam, o ingenia metuenda!* Membratim

adhuc, deinde caesim: *Diximus*, rursus membratim, *Testis dare volumus.* Extrema sequitur comprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest esse brevior: *Quem quaeso nostrum fefellit, ita vos esse factu-*
226 *ros?* Nec ullum genus est dicendi aut melius aut fortius quam binis aut ternis ferire verbis, nonnunquam singulis, paulo alias pluribus, inter quae variis clausulis interponit se raro numerosa comprehensio. Quam perverse fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lysiam vult, alterum paene Demosthenem, saltat incidens particulas. Et is quidem non minus sententiis peccat quam verbis, ut non quaerat, quem appellet ineptum, qui illum cognoverit. Sed ego illa Crassi et nostra posui, ut qui vellet auribus ipsis, quid numerorum etiam in minimis particulis orationis esset, iudicaret. Et quoniam plura de numerosa oratione diximus quam quisquam ante nos, nunc de eius generis utilitate dicemus.

227 LXVIII. Nihil enim est aliud, Brute, (quod quidem tu minime omnium ignoras) pulchre et oratorie dicere nisi optimis sententiis verbisque lectissimis dicere. Et nec sententia ulla est, quae fructum oratori ferat, nisi apte exposita atque absolute, nec verborum lumen apparet nisi diligenter collocatorum, et horum utrumque numerus illustrat, numerus autem (saepe enim hoc testandum est) non modo non poëtice iunctus, verum etiam fugiens illum, eique omnium dissimillimus: non quin iidem sint numeri non modo oratorum et poëtarum verum omnino loquentium, denique etiam sonantium omnium, quae metiri auribus possumus, sed ordo pedum facit, ut id quod pronuntiatur aut orationis aut poëmatis simile videatur.
228 Hanc igitur, sive compositionem sive perfectionem sive numerum vocari placet, adhibere necesse est, si ornate velis dicere, non solum (quod ait Aristoteles et Theophrastus) ne infinite feratur ut flumen oratio, quae non aut spiritu pronuntiantis aut interductu librarii sed numero coacta debet insistere, verum etiam quod multo maiorem

habent apta vim quam soluta. Ut enim athletas nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palaestram quandam, ut, quidquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum: sic oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit apta, nec satis recte declinat impetum, nisi etiam in cedendo, quid deceat, intelligit. Itaque qualis eorum motus quos 229
ἀπαλαίστρους Graeci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias, tantumque abest, ne, quod ii, qui hoc aut magistrorum inopia aut ingeni tarditate aut laboris fuga non sunt assecuti, solent dicere, enervetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus nec vis esse possit.

LXIX. Sed magnam exercitationem res flagitat, ne quid eorum, qui genus hoc secuti non tenuerunt, simile faciamus, ne aut verba traiiciamus aperte, quo melius aut cadat aut volvatur oratio. Quod se L. Coelius Anti- 230
pater in prooemio belli Punici nisi necessario facturum negat. O virum simplicem, qui nos nihil celet: sapientem, qui serviendum necessitati putet! Sed hic omnino rudis. Nobis autem in scribendo atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur. Nihil est enim necesse, et si quid esset, id necesse tamen non erat confiteri. Et hic quidem, qui hanc a Laelio, ad quem scripsit, cui se purgat, veniam petit, et utitur ea traiectione verborum et nihilo tamen aptius explet concluditque sententias. Apud alios autem et Asiaticos maxime numero servientis inculcata reperias inania quaedam verba quasi complementa numerorum. Sunt etiam qui illo vitio, quod ab Hegesia maxime fluxit, infringendis concidendisque numeris in quoddam genus abiectum incidant Siculorum simillimum. Tertium est, in quo fuerunt fratres illi Asiaticorum rhe- 231
torum principes Hierocles et Menecles minime mea sententia contemnendi. Etsi enim a forma veritatis et ab Atticorum regula absunt, tamen hoc vitium compensant

vel facultate vel copia. Sed apud eos varietas non erat, quod omnia fere concludebantur uno modo. Quae vitia qui fugerit, ut neque verbum ita traiiciat, ut id de industria factum intelligatur, neque inferciens verba quasi rimas expleat, nec minutos numeros sequens concidat delumbetque sententias, nec sine ulla commutatione in eodem semper versetur genere numerorum: is omnia fere vitia vitaverit. Nam de laudibus multa diximus, quibus sunt alia perspicue vitia contraria.

232 LXX. Quantum autem sit apte dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissolvas permutatione verborum: — corrumpatur enim tota res, ut et haec nostra in Corneliana et deinceps omnia: *Neque me divitiae movent, quibus omnis Africanos et Laelios multi venalitii mercatoresque superarunt.* Immuta paululum, ut sit, *multi superarunt mercatores venalitiique,* perierit tota res. Et quae sequuntur: *Neque vestis aut caelatum aurum et argentum, quo nostros veteres Marcellos Maximosque multi eunuchi e Syria Aegyptoque vicerunt.* Verba permuta sic, ut sit, *Vicerunt eunuchi e Syria Aegyptoque.* Adde tertium: *Neque vero ornamenta ista villarum, quibus L. Paulum et L. Mummium, qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt, ab aliquo video perfacile Deliaco aut Syro potuisse superari.* Fac ita, *potuisse superari ab aliquo Syro*
233 *aut Deliaco.* Videsne, ut ordine verborum paulum commutato iisdem verbis stante sententia ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dissoluta, — aut si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam eamque ordine verborum paulum commutato in quadrum redigas. Efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens ac solutum. Age sume de Gracchi apud censores illud: *Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit, probos improbare, qui improbos probet.* Quanto aptius, si ita dixisset, *quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet,*

probos improbare? Hoc modo dicere nemo unquam 234
noluit, nemoque potuit quin dixerit. Qui autem aliter dixerunt, hoc assequi non potuerunt. Ita facti sunt repente Attici: quasi vero Trallianus fuerit Demosthenes, cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.

LXXI. Sed si quos magis delectant soluta, sequantur ea sane, modo sic, ut, si quis Phidiae clupeum dissolverit, collocationis universam speciem sustulerit, non singulorum operum venustatem; ut in Thucydide orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent. Isti 235
autem cum dissolvunt orationem, in qua nec res nec verbum ullum est nisi abiectum, non clupeum sed ut in proverbio est (etsi humilius dictum est, tamen simile est) scopas, ut ita dicam, mihi videntur dissolvere. Atque ut plane genus hoc, quod ego laudo, contemsisse videantur, aut scribant aliquid vel Isocrateo more vel quo Aeschines aut Demosthenes utitur; tum illos existimabo non desperatione formidavisse genus hoc, sed iudicio refugisse: aut reperiam ipsa eadem conditione qui uti velit, ut aut dicat aut scribat utra voles lingua eo genere, quo illi volunt. Facilius est enim apta dissolvere quam dissipata connectere. Res autem se sic habet (ut brevissime dicam 236
quod sentio): composite et apte sine sententiis dicere insania est, sententiose autem sine verborum et ordine et modo infantia; sed eiusmodi tamen infantia, ut ea qui utantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerumque prudentes: quo qui est contentus, utatur. Eloquens vero, qui non approbationes solum sed admirationes, clamores, plausus, si liceat, movere debet, omnibus oportet ita rebus excellat, ut ei turpe sit, quidquam aut spectari aut audiri libentius.

LXXII. Habes meum de oratore, Brute, iudicium: 237
quod aut sequere, si probaveris, aut tuo stabis, si aliud quoddam est tuum. In quo neque pugnabo tecum, neque

hoc meum, de quo tantopere hoc libro asseveravi, unquam affirmabo esse verius quam tuum. Potest enim non solum aliud mihi ac tibi sed mihi ipsi aliud alias videri. Neque in hac modo re, quae ad volgi assensum spectat et ad aurium voluptatem, quae duo sunt ad iudicandum novissima, sed ne in maximis quidem rebus quidquam adhuc inveni firmius, quod tenerem aut quo iudicium meum dirigerem, quam id, quodcumque mihi quam simillimum veri
238 videretur, cum ipsum illud verum in occulto lateret. Tu autem velim, si tibi ea quae disputata sunt minus probabuntur, ut aut maius opus institutum putes quam effici potuerit, aut dum tibi roganti voluerim obsequi, verecundia negandi scribendi me imprudentiam suscepisse.

COMMENTARII

IN

M. TULLII CICERONIS

ORATOREM

AD M. BRUTUM.

CAP. I.

§. 1. *Brute, dubitavi.* Quintil. I. O. 9, 4, 101.

CAP. II.

§. 4. *in secundis tertiisque.* Idem 12, 11, 26.

§. 5. *Nec solum — deterriti non sunt, sed ne — quidem.* Negatio alias in hac forma i. e. sequente *ne-quidem* omittitur. vid. Clav. in *non modo*: eamque delendam puto. ERN. Quem refellit A. Matthiae in libello de Anacolutho apud Ciceronem (in Fr. A. Wolfii Analectis Literar. fasc. 3.) p. 4. adn. 4., ubi exemplis demonstrat, non necessario omitti *non* post *non modo* in illa formula. Etenim eius haec ratio esse videtur. Ubi suum utrique membro verbum est, necesse fit dicere: *non modo non*; utrumque licet, et *non modo*, et *non modo non*, ubi unum utrique membro verbum est. Velut dicendum erit: *non modo non amabatur, sed ne ferebatur quidem facile*; at dicere licebit vel: *non modo aliis, sed ne propinquis quidem carus erat*, vel *non modo non aliis, sed ne propinquis quidem carus erat.* Idem igitur est, quod in particula *οὐδὲ* vel *μηδὲ* duobus membris interposita: dicas *τέχνῃ οὐδὲ μηχανῇ οὐδεμιᾷ*, ubi tum particula effectum habet etiam in praecedens membrum, et *οὔτε τέχνῃ οὐδὲ μηχανῇ μηδεμιᾷ*; verum dici necesse est: *οὔτε τέχνῃ ἁλίσκεται οὐδὲ μηχανῇ οὐδεμιᾷ ἐκπολιορκεῖται.*

deterriti non sunt. Schutz. scriptum vult: *deducti*, hac ratione, opinor, inductus, quod praecesserit modo *deterruit*, atque paulo post iterum sequatur *deterriti*. Sed eam satis idoneam rationem mutandi non esse, infra ad c. 27, 91. III. docebitur.

Ialysi. De Ialyso heroe, Protogenis tabula v. Plutarch. in Demetrio p. 898. c. 22. Plin. 35. c. 10. sect. 36. §. 20. cum interpp., Fronto ad M. Caesarem cet. l. II. Epist. 2. p. 42. ed. Rom., Gesneri Chrestom. Cicer. c. 23. n. 7. Bei. Mythice i. e. ex suspicione et communi more veterum poetarum, historicorum etc., qui ignotam originem alicuius nominis, urbis, gentis etc. ad certos homines pari vel certe simili nomine referre tentarent, aedificatio et denominatio Ialysi urbis Ialyso, qui filius fabulosi cuiusdam Cercaphi et Cydippae, et Solis nepos putabatur, a Diodoro Siculo 5, 58. tribuitur. Propterea dicitur urbs Ialysi in Anthol. Gr. Vol. 2. p. 232 ed. Iacobs. Epigr. g. vers. 1. Veritas historiae igitur huic narratiunculae subest nulla, neque ea est memorabilis, nisi quod illa fabula causa facta est tabulae pictae nobilissimae, in qua Protogenes Ialysum, qui Ialysios condidisse putabatur, finxerat, cuius picturae causa Demetrius Poliorcetes, Rhodum urbem Ol. 119, 1. (304) oppugnans, suburbio in quo tabula illa picta asservabatur, pepercit. v. Meurs. Rhod. p. 37. sq. Heffter. Geogr. Insulae Rhodi (Brandenb. 1831. 4.) p. 4. sq. Protogenes Caunius, auctore C. O. Mueller. Archaeol. §. 139. adn. 2. p. 136. ed. sec., floruit inde ab Ol. 112 (332) ad Ol. 120 (300). Aelian. V. H. 12, 41. *Πρωτογένης ὁ ζωγράφος τὸν Ἰάλυσόν, φασιν, ἑπτὰ ἔτεσι διαζωγραφῶν ἐξετέλεσεν· ὃν Ἀπελλῆς ἰδὼν τὸ μὲν πρῶτον ἔστη ἄφωνος, ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ παραδόξῳ θέᾳ. εἶτα ἐπιδὼν ἔφη· Καὶ ὁ πόνος μέγας καὶ ὁ τεχνίτης· ἀπολείπεταί γε μὴν τῆς χειρουργίας ἡ χάρις, ἧς ὁ ἀνὴρ εἰ τύχοι, ὁ πόνος αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ ψαύσει.* Adde Mueller. l. c. §. 142. p. 138. sq.

Coae Veneris, v. III. Offic. 1, 10. Bei. Eam pinxit Apelles, Colophonius ex Ionia, arte Ephesius per magistros Ephorum et Arcesilaum, idemque Sicyonius per Pamphilum. Floruit ab Ol. 106 (356) ad Ol. 118 (308). v. Mueller. l. c. p. 136. et §. 141. Venus illa (*Ἀναδυομένη*) Coa dicta est, quia primum Coe in templo Aesculapii spectabatur; mox ab Augusto Romam in templum D. Iulii translata iam Neronis tempore aliquid detrimenti traxerat. vid. ibid. §. 141. adn. 3. p. 138. Plinius H. N. 35, 36, 15. p. 23. Vol. 5. ed. Tauchn. *Venerem exeuntem e mari D. Augustus dicavit in delubro patris Caesaris, quae Anadyomene vocatur, versibus Graecis tali opere, dum laudatur, victo, sed illustrato. Huius inferiorem partem corruptam qui reficeret, non potuit reperiri. Verum ipsa iniuria cessit in gloriam artificis. Consenuit haec tabula carie: aliamque pro ea Nero principatu substituit suo, Dorothei manu.*

Iovis Olympii. De Phidiae Iove Olympio praeter Pausaniam V. 10—12. v. e recentioribus Ern. Henr. Toelken Obss. Got-

tingae 1812. 8. editas, postquam Volkelii a 1794. 8. Lipsiae, et Siebenkeesii a 1795. 8. Norimbergae prodierant libelli: Ueber den Tempel und die Statue des Iupiter zu Olympia. Bei. Opus erat Phidiae, Charmidis filii, Atheniensis, Ageladae discipuli, qui idem pictor, aeris fusor, toreutes et statuarum artifex fuit. Floruit ab Ol. 80 (460) ad Ol. 87, 1 (432). v. Muell. l. c. §. 112. adn. 1. p. 96. Eiusdem auctoris de hoc artifice peculiaris commentatio extat: De Phidiae Vita et Operibus. Gotting. 1827. 4. Conf. Archaeol. §. 113. sqq. Iovis eius manu sculpti tanta fama fuit, ,,ut eum Graeci praesentem Iovem sibi adspicere viderentur, ut eum aspicere νηπενθὲς esset, ut eum ante obitum non vidisse malum non minus videretur, quam eorum qui mysteriis non initiati e vita excessissent.“ Verba sunt antiqui scriptoris apud Muellerum l. c. §. 115. extr. p. 100.

Doryphori statua. Doryphorus erat statua Achillea i. e. *nuda tenens hastam ab epheborum gymnicis exemplaribus* interprete Plinio XXXIV. c. 5. Conf. Georg Gottlieb Boerneri de statuis Achilleis libellus. Lipsiae. 4. Bei. Opus erat Polycleti. Cic. Brut. 86, 296. *Polycleti Doryphorum sibi Lysippus aiebat — magistrum fuisse.* Quorum verborum sensum aperit Quintil. 5, 12, 21. *An vero statuarum artifices pictoresque clarissimi, cum corpora quam speciosissima fingendo pingendove efficere cuperent, nunquam in hunc inciderunt errorem, ut Bagoam aut Megabyzum aliquem in exemplum operis sumerent sibi, sed Doryphoron illum aptum vel militiae vel palaestrae; aliorum quoque iuvenum bellicosorum et athletarum corpora decora vere existimaverunt: nos, qui oratorem studemus effingere, non arma, sed tympana, eloquentiae demus?* Conf. Plin. H. N. 34, 19, 2. Vol. 4. p. 400. sq. ed. Tauchn. Etenim Doryphorum illum artifices sibi canona esse agnoscebant i. e. exemplum et quasi normam corporis humani apta compositione et aequitate membrorum fingendi. v. O. Muell. Archaeol. §. 120. Quippe Polycletus etiam librum scripserat, qui *Canon* inscribebatur, de quo v. Galen. περὶ τῶν καθ' Ἱπποκρ. p. 14. Lucian. 2. de saltat. §. 75. p. 308. 1. quos citat Thiersch. Epochen der bild. Kunst 1. p. 1. adnotationum nr. 1. (edit. prim. Monachii 1816. 4.) Fuit autem fictus a Polycleto Doryphorus non Iupiter Doryphorus, sed satelles aliquis, ut animadvertit Spalding ad Quintil. l. c. Vol. 2. p. 350. Polycletus fuit Sicyonius et Argivus, Ageladae discipulus, aeris fusor, toreutes, statuarum artifex, idemque architectus, ut qui Epidauriis famosissimum pulchritudine et symmetria theatrum exstruxisset circa Ol. 80 (460). Vid. O. Muell. l. c. §. 106. adn. 2. p. 87. Flo-

ruit ferme ab Ol. 82 (452) ad Ol. 92 (412), ut docuit idem §. 112. adn. 1. p. 96.

§. 6. *in oratoribus vero*, *Graecis quidem*. Quem non sua sponte in his particularum *vero* — *quidem* positus offendit? Tolle ibi *vero*, cuius loco Guelf. 2. *autem* praebet, et sana omnia videbis. *Quidem* enim *sane* notat. Goerenz ad Cic. Fin. B. et M. 1, 19, 63. p. 88., quo auctore Schutz. *vero* delevit. Mihi quidem vulgata vera videtur. Verbis *in oratoribus vero* una quum Romanos, tum se ipsum intelligit, quemadmodum infra c. 29, 100. *sed inventus profecto est*. Scilicet *vero* non est iungendum cum *quidem*, sed verba *in oratoribus vero* incisim dicta sunt, verba autem *Graecis quidem* quasi in parenthesi posita. „Particulam *vero* editoribus suspectam tuetur O. M. Mueller in Iahni Annal. philol. Vol. 2. p. 94. Infert haec particula argumentum primarium, cuius vim intendit *quidem*.“ Bei. Cum Muellero et Meyero retineo nunc particulam *vero*, satis firmatam a Vit. Eins. Dresd. ac consulto ideo quoque positam, ne male iungeretur *in oratoribus Graecis quidem*; nam haec *Graecis quidem* velut separatim posita sic explicanda sunt: quod quidem de Graecis praesertim valet, quum inter latinos nemo adhuc inter omnes aeque excellat, atque inter illos Demosthenes. Or. Sed Cicero nunquam sui prorsus oblitus suas res in commemorandis laudibus et virtutibus etiam ibi immiscere solet, ubi ne ars quidem et versutia orationis sui amorem satis obtegere valet. Quod ei iam ab antiquitate saepe vitio versum, quoque eum nomine frustra Quintilianum 11, 1, 17. excusare conatum esse monuit F. Hand. s. v. Cicero apud Ersch. et Grub. in Encycl. AA. et LL. p. 214 b.

et antea fuerant. C. N. E. Muellerus in scriptione scholastica (Zullichaviae 1817. 4.) haec verba ita impugnavit: „Haec verba hoc loco mihi non videntur apta. Cicero enim in universum probare vult, viros excellentissimos praestantissimis in quoque genere et hoc loco imprimis praestantia Demosthenis non deterritos fuisse. Quomodo autem fieri poterat, ut oratores, qui ante Demosthenem fuerant, non deterrerentur eius praestantia? Itaque, nisi omnia me fallunt, illa verba vel a Ciceronis negligentia, vel, quod multo verisimilius est, a librariorum incuria et temeritate profecta sunt.“ Contra haec Orellius verissime dixit, Ciceronem, si minus eleganter loqui voluisset, scripturum fuisse: *ut etiam antea fuerant*, quo facto neminem in hoc loco haesurum fuisse. Nec vero verba *et antea fuerant* alium sensum habent. Est enim mos antiquorum scriptorum, sententiam secundariam et aliunde pendentem partem primariae faciendi. Cuius usus memini nunc quidem duorum exemplorum apud Thucydidem

1, 9. *λέγουσι Πέλοπά τε πλήθει χρημάτων — δύναμιν περιποιησάμενον τὴν ἐπωνυμίαν τῆς χώρας — σχεῖν καὶ ὕστερον τοῖς ἐκγόνοις ἔτι μείζω ξυνενεχθῆναι, Εὐρυσθέως μὲν ἐν τῇ Ἀττικῇ ὑπὸ Ἡρακλειδῶν ἀποθανόντος, Ἀτρέως δὲ μητρὸς ἀδελφοῦ ὄντος αὐτῷ, καὶ ἐπιτρέψαντος Εὐρυσθέως — Μυκήνας*, quae verba Kruegerus vidit dicta esse pro: *Εὐρυσθέως μὲν — ἀποθανόντος, Ἀτρέως δὲ, ὃς ἦν μητρὸς ἀδελφὸς αὐτῷ, — ὑπὸ Εὐρυσθέως — Μυκήνας ἐπιτρεφθέντος*, et verba *μητρὸς ἀδελφοῦ ὄντος αὐτῷ*, quae per appositionem tantum nomini *Ἀτρέως* adiici debebant, ita cum hoc nomine iuncta esse, ac si *ὄντος* verbum primarium esset, quo, qua ratione et quo tempore Pelopidarum potentia aucta esset, declararetur. Alterum exemplum extat ibidem cap. 6, *ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις ἔστιν οἷς νῦν — πυγμῆς καὶ πάλης ἆθλα τίθεται, καὶ διεζωσμένοι τοῦτο δρῶσι*, ubi verba *ἆθλα τίθεται καὶ* Poppo monet posita esse pro *ἄθλων τιθεμένων*, neque enim hoc apud barbaros singulare et moribus posteriorum Graecorum contrarium, vetustiorum autem congruum fuisse, quod luctae et pugilatus praemia proponebant, sed quod luctantes et pugnis certantes subligaculis utebantur.

CAP. III.

§. 7. *talem informabo*. Quintil. 1, 10, 4.

in perpetuitate dicendi. durchaus im ganzen Verlauf der Rede, non solum locis (stellenweise), sed per totum.

quod — non saepe, atque haud scio an nunquam — eluceat. H. e. quod in perpetuitate dicendi non saepe, atque haud scio utrum saepe, an (i. e. an contra, an potius) nunquam eluceat, in aliqua parte autem elucet aliquando. Si cum putida observatione syntaxis loqui voluisset, ita scripturus ter posito verbo fuisset: *quod in perpetuitate dicendi non saepe elucet, atque haud scio an nunquam eluceat, in aliqua autem parte elucet aliquando*. Maluit verbum semel ponere, et quidem eo modo, qui sententiae tum primariae, tum interpositae convenit, scribens *eluceat*. Convenit autem modus verbi *eluceat* utrique sententiae: licebat enim etiam sic scribere: *quod — non saepe eluceat, atque haud scio an nunquam, in aliqua autem parte eluceat aliquando*. Eadem ratio est simillimi loci v. Offic. 1, 21, 72., quem C. Beier. hic et ad Laelium Exc. II, §. 18. attulit.

§. 9. *Minervae*. Hoc omnibus notum est alterum fuisse ex celeberrimis Phidiae signis. Id autem erat *ἄγαλμα ὀρθὸν ἐν χιτῶνι ποδήρει*, ait Pausanias. Ac tunica quidem demi poterat et demta quadraginta quatuor talentum aureorum pondo erat, teste Philochoro, quae exaequant praesentium imperialium septingenta octoginta sex millia sexcentos, quamquam crassitudine auri non

excedente unam lineam. Singuli autem cincinni Iovis Phidiae, (item illi aurei omnes), teste Luciano, erant minarum sex i. e. Ludovicorum aureorum ferme trecentorum singuli. Vid. O. Muell. Archaeol. §. 113. adn. 2. §. 114. p. 99.

in formis et figuris. Meyer. ex Ven. 2. et Tulich. scripsit *in formis et in fig.* ,,Nullam tamen video h. l. oppositionem inter *formas* et *figuras*, nec *figurae* plus sunt quam *formae*, nec ulla propria est auctoritas duarum illarum editionum veterum; id quod in talibus semper spectandum est.“ Or. Atque Mey. illis ipsis verbis Martini-Lagunae, quibus usus est ad mutationem suam comprobandam, redarguitur. Is enim ad Cic. Epist. I. 1, 1. sic fere scripsit: ,,Positis duobus subiectis unius eiusdemque regiminis nunquam fere semel, nisi ubi libri corrupti sunt, semper his utitur praepositionibus a, ab, ex, e, in, de, ad, pro, ob, quod innumeris in locis, adhibitis libris optimis ac praestantissimis, perspectum in toto Cicerone nobis est. Aliam rationem sequitur, quum duabus vocibus, altera propria, altera figurata non significatur nisi unum subiectum.“ Addiderim equidem, ubi duabus figuratis vocibus idem significat et in universum, ubi duas voces ponit nullo rei, sed tantum aliquo denominationis discrimine. Velut iunctis vocibus *formae et figurae, forma et facies, facies et figura* imam rem, ideas Platonis, significat, nullo rei, sed aliquo imaginum discrimine. Velut sic loquitur de Offic. 1, 5, 14. *formam et tanquam faciem honesti vides*, ἰδέαν honesti duabus vocibus significans, ,,ubi per *formam* tanquam corpus, per *faciem* tanquam persona honesti describitur.“ Doederl. Lat. Synom. Vol. 4. p. 318. *Formas et figuras* autem huius quoque loci ex constanti scriptoris consuetudine ἰδέας intelligo, non effigies ex illis ductas, ut alii putant. Illae formae et figurae quasi πρόπλασμα sunt, quod in artibus dicitur, das Modell, sed non rudis illa artificum informatio operis, imo forma perfectissima, quam nulla terrestris effigies assequitur. Tale πρόπλασμα, inprimis statuariorum proprium, etiam in Epist. Famil. 2. 8. (Vol. 3. p. 41. ed. Schutz.) *formam* dixit. Hoc igitur mihi hoc loco dicere videtur: wie also in der Idee eine Vollkommenheit enthalten ist, auf deren mit dem Geiste aufgefasstes Urbild in der Nachahmung das von selbst und unmittelbar (*ipsa* i. e. das nicht in Gedanken und nicht in der Vorstellung bloss) Sichtbare bezogen wird, so giebt es auch eine höchste Vollkommenheit der Beredsamkeit in der Idee, aber nicht in der Wirklichkeit. Eodem sensu pronomine *ipsa* utitur in Epist. Famil. 15, 16. (Vol. 5. p. 68.) *His autem spectris* (εἰδώλοις) *etiamsi oculi possint feriri, quod iis vel ipsa* (i. e. vel sua sponte, etiamsi de iis nolis cogitare), *accurrunt: animus qui possit, ego non*

video. Recte Victorius: „Quae sub oculos ipsa cadunt, id est *τα ὁρατά,* referuntur ad speciem illam cogitatam, cuius ipsa tanquam imago sunt: *cogitatam* enim *speciem* vocat *ἰδέαν νοητήν,* id est, quae cogitatione et mente percipitur. Eodem modo ideam eloquentiae mente complectimur, effigiem vero ipsius auribus sentimus.“ Olim perperam edebatur: *quae sub oculos ipsa non cadunt.* Negationem tollendam esse primi senserunt Perizonius et Robertellius, (v. Gruteri Facem crit. Vol. 2. p. 21. in Robertellii Arte sive Ratione corrigendi antiquorum libros), deinde etiam P. Victorius V. L. 11, 14. et Lambinus. Codices tamen noti *non* habent, etiam Eins., neque ex pauculis excerptis Gu. 2. et Oxon. recte colligitur, eam particulam ab iis abesse. Itaque Meyer. et Orell. aliam viam interpretandi ingressi ita intellexerunt: „Ut igitur in formis et figuris a summis fictoribus pictoribusque elaboratis inest utique aliquid perfectum et excellens, quod cogitatione tantum percipitur, et quo ipso artifex, singulas dum formas imitatur, exprimere studet ea, quae sub oculos ipsa non cadunt, id est, pulchri *ἰδέαν* aeternam sibi insitam, quam secutus atque imitatus solum potest efficere illud, quod cogitationibus nobis perfectum apparet in singulis eius operibus contemplandis, nec tamen propterea unquam totum opus vel perfectissimum universam pulchri *ἰδέαν* amplectitur atque exprimit, sic etiam perfectae eloquentiae *ἰδέαν* animo videmus, effigiem (die völlige Verwirklichung dieser Idee) nusquam reperimus, sed semper desideramus (hoc enim est: *auribus quaerimus,* non ut accepit Victorius) etiam in optimis eloquentiae exemplaribus.“ Hanc interpretationem facile refellas ipsius scriptoris verbis §. 10. *Has rerum formas appellat ἰδέας.* Unde patet, formas et figuras non esse opera ab artificibus elaborata: ea enim effigies, at *ἰδέας* constanter formas, figuras, species etc. nominat. Nec verba: *cuius ad cogitatam speciem imitando referuntur ea, quae sub oculos — cadunt* possunt hunc sensum habere: „quod perfectum cogitatione tantum percipitur, et quo ipso artifex exprimere studet pulchri *ἰδέαν.*“ Neque enim *referre aliquo aliquid* est: aliquod exemplar imitari, neque referri aliquo dicuntur *προπλάσματα,* sed horum effigies. C. Beier. ita vulgatam explicare studuit, sed ne ipse quidem multum suae interpretationi tribuens: Verba *ad cuius cogitatam speciem imitando referuntur ea* non trahit ad callidum spectatorem artificii alicuius; talem enim minus apte imitatorem dici; sed ad artificem, welcher nach dem allgemeinen und eben darum in der Wirklichkeit nirgends darstellbaren, der Einbildungskraft nur unbestimmt, wie in unerreichbarer Ferne, vorschwebenden Urbilde in seiner Seele ein bestimmtes Muster oder Vorbild des zu schaffenden Werkes

entwirft. Dieses παράδειγμα, *cogitata species* von etwas Vollkommenen und Vollendeten, was in einem wirklichen Abbilde dargestellt wird, welches allein αἰσθητὸν, ὁρατὸν, φαινόμενον ist, muss andrerseits, in Rücksicht auf sein ewiges ἀρχέτυπον, selbst wieder als μίμημα τυπωθὲν ὑπ' αὐτοῦ oder ὁμοίωμα betrachtet werden etc. Huic explicationi eadem verba §. 10. *Has rerum formas appellat* ἰδέας obstant, si quidem ex hac quoque explicatione *formae et figurae* non intelliguntur ἰδέαι, sed artium opera, id quod C. Beier. ipse quoque sensit. Adde quod pro Platonico προπλάσματι et eius effigie tres imagines substituens haec fere Ciceronem dicere facit: Wie also in den Kunstwerken etwas Ideales ist, auf dessen Urbild in der Vorstellung sich ein Bild in der Vorstellung bezieht, das wiederum ein Vorbild für ein Nachbild in der Wirklichkeit wird. Hic igitur habes speciem sub nr. 1., eiusque effigiem in animi speculo sub nr. 2. et effigiei ex speculo effigiem, quae sub oculorum sensum cadat, sub nr. 3. Quam βαττολογίαν particula una male intrusa creavit, quam et omitti et addi temere a librariis tot et tam clara exempla vel in uno Oratore sunt. Minime recte agere videntur, qui libris scriptis omnia tribuunt, nihil intelligentiae.

§. 10. *Plato.* Vox primaria quum ab initio cum vi non posset, ad enunciati finem posita est ex regula: idque vere non solum in reliquis substantivis obtinet, sed etiam in nominibus propriis. Goerenz. ad Cic. Acad. 2, 14, 45. p. 87 a.

Quidquid est igitur. Worüber also immer methodisch und streng wissenschaftlich eine Untersuchung angestellt wird, das muss man zu seinem Princip und zur leitenden ersten Idee zurückführen. „Hoc cohaeret cum illo: *sed ego sic statuo*, estque inde conclusio. Quia in omni genere rerum aliquid est summum atque perfectum, quod non reperitur in singulis exemplis, sequitur, id quod velimus accurate explicare, esse ad illius summae perfectionis exemplum revocandum.“ Ern.

Cap. IV.

§. 11. *ex oratoriis disputationibus.* Ita Schutz. scripsit auctoribus Strebaeo et Gronovio ad Cic. Brut. 89, 305., quum vulgo esset *ex oratoris d.* Sic infra §. 62. legitur *aculeos oratorios*, ubi Ven. 2. et Tulich. habent *ac. oratoris*, ut Meyer. observavit. Probat *oratoriis* etiam Bentl. ad Cic. Tusc. Disp. 1, 3. p. 237. (ed. mai. Orell.), qui addit Orat. 30, 103. *nulla est enim in ullo genere laus oratoris*, ubi itidem corrigit *oratoria*. Adde eundem ad Tusc. Disp. 2, 2. init. „Genitivus obiecti quamvis possit defendi positus pro *disputationibus de oratore*, ut 1 Nat. Deor. c. 12. pr. *in deorum opinione*, probamus

tamen quod VV. DD. cum Strebaeo maluerunt adiectivum. Noluimus tamen cum isdem reponere *oratoriis* pro contracta ablativi forma *oratorís*, quae casu servata est etiam in Bruto 89, 305.; quo exemplo eandem reposuerim equidem ibid. 90, 309. fin. Sic est in Cod. palimpsesto; de rep. c. 17. *proprís*. Alia vide apud Maium in indice p. 354." Bei.

nam aut mirabuntur. E duabus rebus enumeratis secundam priori loco exponit, ut saepe alias, velut de legg. 2, 7, 16. vid. O. M. Mueller. ad Cic. de orat. 1, 38, 172.

§. 12. *ex Academiae spatiis*. Quintilian. 10, 1, 81. 12, 2, 23. Dialog. de Oratt. c. 32.

Platonis. ut auctoris eius familiae philosophorum. v. adnot. ad c. 16, 51.

Sed et huius et aliorum. Post *primum* sequitur *sed*, quum exspectaretur *deinde*. Bei. Minime, nam haec auctoris sententia est: adiutus quidem orator est a philosophis Academiae, sed idem neglectus et exagitatus i. e. reiectus, improbatus, ut a Platone ipso multis libris Politiae, velut 3. p. 398. A.

agrestioribus Musis. den ungebildeteren Musen i. e. der practischen Anwendung der Beredsamkeit in Staats- und Gerichtssachen. His ex adverso ponit *Musas mansuetiores* in Epistt. Famil. 1, 9, 8. (Vol. 2. p. 260. Schutz.) *ab oratoribus disiungo me fere, referoque ad mansuetiores Musas — scripsi igitur Aristoteleo more — tres libros in disputatione ac dialogo de Oratore*. Eas dicit mansuetiores, (menschenbildender), quia a foro et curia avocatae in media philosophia et spatiis Peripateticorum versabantur. Haec nomina indita sunt ex sensu Graecorum, populi nullius rei praeter laudem avari, qui scientiae ex ipsa, non ex usu vitae quotidianae pretium statuerent. Vid. Baumgarten-Crusius de iuvenili disciplina Platonis comparata cum nostra (Misenae 1836. 4.) p. 26. sq.

§. 13. *iactationem habuit*. Iactationem habere in populo est a populo probari, populo se venditare. Schutz. in clav. Cic. s. v. *Iactare*, ubi hunc locum ita convertit: konnte sich des Beifalls des Volkes rühmen. Atqui in iactatione nihil comprobationis et applausus est, sed habere iactationem non potest alium sensum habere, nisi licere se alicui, coram aliquo iactare i. e. auftreten, sich zeigen dürfen.

Cap. V.

§. 14. *ut palaestra histrionem*. Ut palaestra histrionibus membra ad saltandum aptiora reddit, ita philosophia oratorem dialecticis imbuit, quae est quasi quaedam mentis palaestra. Cic. de Orat. 3, 22, 83. *Hoc tibi primum persuadeas velim*,

me non multo secus facere, quum de oratore disputem, ac facerem, si esset mihi de histrione dicendum. Negarem enim, posse eum satisfacere in gestu, nisi palaestram, nisi saltare didicisset: neque, ea quum dicerem, me esse histrionem necesse esset, sed fortasse non stultum alieni artificii existimatorem. Sed magis ad haec illustranda appositus, imo totus ad hoc factus est locus Quintiliani 12, 2, 12. 13. 14. *Et ut palaestrici doctores illos, quos numeros vocant, non idcirco discentibus tradunt, ut iis omnibus, quos didicerunt, in ipso luctandi certamine utantur, (plus enim pondere et firmitate et spiritu agitur) sed ut sit copia illa, ex qua unum aut alterum, cuius se occasio dederit, efficiant: ita haec pars dialectica, sive illam dicere malumus disputatricem, ut est utilis saepe et finitionibus et comprehensionibus, et separandis, quae sunt differentia, et resolvenda ambiguitate distinguendo, dividendo, illiciendo, implicando: ita si totum sibi vindicaverit in foro certamen, obstabit melioribus, et sectas ad tenuitatem suam vires ipsa subtilitate consumet. Itaque reperias quosdam in disputando mire callidos, cum ab illa cavillatione discesserint, non magis sufficere in aliquo graviore actu, quam parva quaedam animalia, quae in angustiis mobilia, campo deprehenduntur.*

§. 15. *in Phaedro Platonis.* p. 270. A.

Anaxagorae. Quintil. 12, 2, 22. Periclem eius philosophi auditorem fuisse multi testantur, ut Plutarch. V. Pericl. 4. 8. 17. Adde quos citavit Krueger. ad Dionys. Hal. Historiogr. p. XXXV. adn. 118. Wachsm. A. Gr. 1, 2. p. 64 sqq. Anaxagoras natus erat Clazomenis in Ionia circ. Ol. 70 (500). Eo non solum Pericles, sed etiam Euripides usus esse fertur. In cuius philosophi astrologia quum magna pars Atheniensium superstitionis errore offenderet, adversarii Periclis hac physici invidia usi amicum viri in republica summi accusarunt. Quod iudicium quem exitum habuerit, varie narratur. Vid. Fr. A. Cari librum hac inscriptione: Ideen zur Geschichte der Philosophie, et eiusdem De Anaxagorae Cosmo-Theologiae fontibus, Lips. 1797. 4. Athenis expulsus Lampsacum concessit, ubi diem extremum obiit. Eius urbis cives in memoriam philosophi publice inscriptionem posuerunt. Vid. Diogen. Laert. c. 2. §. 12—15. Fragmenta Anaxagorae post E. Schaubachium (Anaxagorae Clazomenaei fragmm., accedunt de vita et philosophia Anaxagorae commentationes duae, Lips. 1827. 8.) et post Guil. Schornium (Anaxagorae et Diogenis Apolloniatae fragmm. etc. Bonn. 1830. 8.) tractavit nuper Fr. Panzerbieterus in scriptione scholast. De fragmentorum Anaxagorae ordine, Meining. 1836. 4. Quibus adde: Eilers de Anaxagorae sententia τὸν νοῦν εἶναι πάντων αἴτιον.

Francof. a. M. 1822. 8. Anaxagorae placita post Brandisium et Ritterum in Historiis Philosophiae uberrime exposuit Tennemannus s. v. Anaxagoras apud Erschium et Gruberum in Encyclop. AA. et LL.

quum — didicisset, uberem. Schutz. legi vult: *a quo censet eum quum alia praeclara quaedam et magnifica didicisse, tum uberem et fecundum fuisse.* Non opus. *Fuisse* cum Beiero intellige: extitisse vel factum esse; *alia* autem intellige scientiam rerum naturalium et reliquas, quas tradebat, philosophiae disciplinas, quas *cum* ab eo *didicisset*, eo uber et fecundus factus est. *Uberem* autem et *fecundum* intellige sachen- und gedankenreich. Verbo *uber* significat res, quibus orator quasi alebatur, tanquam foetus ubere matris, vox *fecundus* ad gignendum refertur, ut is orator fecundus sit, qui multam audientibus materiam cogitandi praebeat. vid. Doederl. Lat. Synon. Vol. 4. p. 333 sq.

quibus orationis modis — pellerentur. H. e. durch welche Weisen der Beredsamkeit jede Seite des Gemüthes ergriffen würde, utrum subtili modo loquendi ad probandum, an modico ad delectandum, an grandi ad flectendum et movendum uteretur, et quo quemque modum loco admoveret, vid. infr. 21, 69.

cuius ex epistolis. Vid. epistolam Heracleodoro inscriptam, quae est quinta in ed. Bekkeri Vol. 5. p. 647. Mey. Inter eas, quae hodie Demosthenis nomine circumferuntur, epistolas quinta ubique sola est, in qua Platonis mentio fit, cuius tamen philosophia non ipse Demosthenes, sed Heracleodorus, cui scripta est epistola, institutus esse traditur, commemorat autem auctor philosophum verbis quae satis testentur, quanti eius praecepta fecerit. Itaque non prorsus inepte iudicaveris hanc epistolam significasse Ciceronem Brut. 31, 121., sed veloci oculo percurrisse. Attamen quo minus ita statuamus hic ipse locus Oratoris impedit, unde patet alias epistolas Ciceronis tempore superstites fuisse, quam quae ad nostram aetatem pervenerunt. Sed ne tum quidem concesserim pro explorato hoc esse habendum, ipsum Demosthenem in epistolis suum philosophiae Platonicae studium esse testificatum. Quam multae enim antiquis iam temporibus clarissimorum virorum nominibus decoratae et pro veris venditatae sint epistolae, inter omnes constat.' C. H. Funkhaen. de Demosth. Platonis discipulo in Actt. societatis graec. 1, 2. p. 292. Quae sub huius oratoris nomine epistolae feruntur, tanquam vere ab eo scriptae per Hermogenem, Harpocrationem, Aristidem et Antiatticistas afferuntur. Praeterea illas noverat auctor epistolarum Aeschinis. v. A. G. Becker Demosthenes als Staatsm. u. Redn. (1815. 8.) p. 61. Aliter de

Demosthenis, quae dicuntur epistolis recentiores iudicarunt, in diversa abeuntes. Ac Bekker. quidem, Boeckhius, Dindorfius, Clinton, Kiesslingius et Taylor universas pro subdititiis, pro veris autem Schoellius, A. G. Becker., Hier. Wolf., et Reisk. habuerunt. Vid. Taylor. ad Aeschinis epist. 7. p. 652. Reiskii prolegg. ad Demosth. p. 724. Boeckh. Staatsh. der Ath. Vol. 2. p. 244., quanquam hic quidem tantum de tertia epistola loquitur: sed ex hac una in reliquas recte iudicium eius transfertur. His adde Clinton. F. H. Append. p. 37. adn. d. et f. Kiessling. in Diariis Halensibus a. 1832. supplement. Nr. 46. p. 364 sq. Contra horum opinionem exorti sunt H. Wolf. edit. Demosthenis p. 107. Reisk. versione Demosthenis germ. Vol. 2. p. 783. Auger. versione Demosth. Vol. 2, 2. p. 581. A. G. Becker. Literatur des Demosth. p. 61. pone librum: Demosthenes als Staatsm. etc. Atque Schaeferus damnat epistolam quintam et sextam, reliquas probat in Apparat. crit. ad Demosth. Vol. 5. p. 722. His adde Fr. A. Wolf. Vorlesungen üb. d. gr. Literaturgesch. Vol. 2. p. 378. ed. Guertl. Ac sane magna differentia est inter primam et postremam epistolam; nec tamen idcirco Fr. Ranke s. v. Demosthenes apud Ersch. et Grub. etc. Vol. 24. p. 118. pro certo ponere audet, priores epistolas vere a Demosthene profectas esse. Spalding. ad Quintil. 10, 1, 107. Vol. 4. p. 96. nihil de veritate epistolarum, de quibus quaestio est, dubitasse videtur. His adde Fabric. Bibl. Gr. 2, 8, 6 sqq. ed. Harl.

Platonis auditor. De Demosthene, Platonis auditore v. Hermippum apud Plutarch. Vit. Demosth. c. 5. Plutarch. Vit. 10 rhett. p. 69. ed. Westerm. Polemonem apud Diogen. Laert. 1. p. 224. ed. Huebn. Scholiast. Platon. p. 318. ed. Bekk. Suidam: adde Cic. Brut. 51, 191. Quintil. 12, 2, 22. 10, 24. A. Gell. N. A. 3, 13. Dialog. de Oratt. c. 32. Taylor. in Oratt. Gr. Reiskii Vol. 8. p. 745. sunt, qui Platonem a Demosthene auditum esse dicant usque ad Ol. 103, 3 (366), quia in hunc annum causa Oropi per Callistratum orata inciderit, qua Demosthenem A. Gellius narrat permotum esse, ut eloquentiae operam daret. At Plutarchus refert, Platonem a Demosthene auditum esse demum post Callistratum. Vid. Liebmann. de Isaeo (Halis 1831. 4.) p. 9 sq. Et Demosthenes statuendus esset, quum audito Callistrato oratoriae facultatis admiratione incensus huic uni studio se dederet, paene puer fuisse. Quamquam incertum est, utrum narratio A. Gellii et Plutarchi ad causam de Oropo actam, an ad aliam referenda sit. v. Funkhaenel. l. c. p. 295. adn. 8. Huic quidem ibidem p. 293 sq. prorsus dubium vel potius parum verisimile videtur, Demosthenem Platonis scho-

las frequentavisse; posteriore tempore famam aliquam extitisse, ex incertis quorundam hominum testimoniis repetitam, (maxime Hermippi, vid. p. 290.), quae etiam in Romanorum inde a Cicerone scripta translata sit.

§. 16. *Neo vero sine philosophorum*, auch können wir in der That nicht etc. Goer. ad Cic. de Fin. B. et M. 2, 11, 33. p. 171. fin.

§. 17. *quae sola tum quidem tradebantur*. De facto discidio quasi linguae atque cordis conf. de Orat. 3, 16. Bei. et vid. inprimis Funkhaenel. de Demosthene Platon. discip. p. 295.

§. 18. *M. Antonius*. Orator, natus a. U. 611 (143), v. Cic. Brut. 43, 161., L. Crasso oratori amicitia et consiliis coniunctissimus, ut est apud Cicer. de Orat. 1, 7, 24. Quaestor fuit in Asia a. U. 641 (113); tribunus plebis 646 (108); praetor cum proconsulari potestate in Asia 651 (103). Devictis in Cilicia piratis proximo anno triumphum egit. Consul fuit a. U. 655 (99); censor 657 (97). Trucidatus est a. U. 667 (87) in proscriptione Mariana, quum quidem caput eius in rostris expositum est, v. Cic. Brut. 89, 307. de Orat. 3, 3, 10. Appian. B. C. 1, 73. Characterem sive formam eloquentiae eius descripsit in Brut. c. 36 — 38. Nobilitatus inprimis est accusatione Cn. Carbonis, fortasse eius, qui cum Metello Caprario Cos. erat a. U. 641 (113), v. Manut. ad Cic. Epistt. Famil. 9, 21. (Vol. 5. p. 336ᵇ. Schütz.) Pater is fuit Cn. Carbonis in bellis civilibus famosi, ter Consulis, qui acerrime contra Sullam pugnavit, postremo victus et Italia pulsus, in Sicilia a Pompeio M. occisus est. Hanc accusationem significat Cic. de Offic. 2, 14, 49. Ex orationibus eius laudatissimae afferuntur a Cicerone Tusc. Disp. 2, 24, 57., (ubi v. Wolf. p. 386. ed. Orell. mai.), de Orat. 2, 47, 194. 21, 89. 25, 107. 48, 199. Huius M. Antonii oratoris filius fuit M. Antonius, de quo dixit P. Manutius ad Cic. divin. in Verrem c. 17. p. 126 sq. et ad or. in Vatin. c. 11. p. 754. init. (ed. Richt.) Ex hoc M. Antonio iuniore M. Antonii oratoris nepos fuit ille M. Antonius, qui cum Octaviano et Lepido triumvir fuit. De M. Antonio oratore v. Dissert. hist. de personis dialogi Ciceroniani de Oratore, scr. Ioh. Atterbom. Londin. Gothor. 1801. 4.

in eo libro. Is inscriptus erat *de ratione dicendi*, teste Cic. de Orat. 1, 21, 94. 47, 206. 3, 49, 189. Brut. 44, 163. Adde Quintil. 3, 1, 19. Et *de oratore* librum scripserat M. Cato, ut est ibidem apud Quintilianum et apud Senecam praef. ad Controv. 1. p. 66. ed. Gronov.

disertos — eloquentem. Diserti sunt, qui perspicue et ad docendum accommodate loquuntur; eloquentes, qui et diserte et

ornate. v. Doederl. Lat. Synon. Vol. 4. p. 14. 17. Huius loci meminit Quintil. 8. prooem. 13. 12, 1, 19. 21. Plin. Epistt. 5, 20. Conf. de Orat. 1, 21, 94.

§. 19. *L. Crassum.* Qui et ipse orator quasi per excellentiam dicebatur. Natus erat a. U. 614 (140), ut discitur ex Cic. Brut. 43, 161., obiit a. U. 663 (91), ut est ibidem c. 88, 303. de Orat. 3, 1, 1. 2. Is et M. Antonius omnes superiores oratores eloquentia superasse saepe a Cicerone dicuntur, ut de Orat. 1, 9, 38. Brut. 36, 138. Formam eloquentiae eius tradidit ibidem 39, 144—40, 149. 50, 186. 86, 296. 87, 298. Nobilitatus inprimis est Papirio Carbone maiestatis accusato, v. Brut. 43, 159. Dialog. de Oratt. c. 34. ibique Eckstein (in ed. Walther. Vol. 4. p. 365) et Cic. Epistt. Famil. 9, 21. (Vol. 5. p. 335. sq. ed. Schutz.) Huic Carboni praenomen erat Caio: is consul fuit a. U. 634 (120); accusatus autem est anno proximo. Quem ne confunde cum Cn. Carbone, quem M. Antonius accusavit. „Reapse palmam tribuere eloquentiae L. Crasso, secundum ab eo M. Antonium collocare Cicero videtur Laelio Bisciolae Horarum subseciv. Vol. 1. libr. 2. c. 21. De utroque oratore v. Wetzelii appendix I. ad Obss. in Brutum germanice scriptas p. 269—286." Bei.

non poterat includere. Er fand, dass sie das Ideal nicht erreichten. Dictio sumta est a forma (Giessmodel), cui ceram vel aes fusum infundunt, unde effigies exeat. Conf. infr. 38, 133. *ea profecto oratio in eam formam, quae est insita in mentibus nostris, includi sic potest, ut maior eloquentia non requiratur.*

Cap. VI.

§. 20. *Tria sunt — genera dicendi.* Haec tractant inter alios Auctor ad Herennium 4, 8. sqq. Quintil. 12, 10, 58. Eorum primum appellabatur *grande*, Graece *τὸ ἁδρὸν* sive *αὐστηρόν*, (ne alia ponam nomina: sunt enim plura): ex adverso ponitur *tumidum* genus dicendi. Alterum erat *tenue*, Graece *τὸ ἰσχνὸν* sive *γλαφυρὸν*, cui ex adverso ponitur *languidum*. Tertium est *medioere* sive *temperatum*, Graece *τὸ μέσον* sive *εὔκρατον*. Oppositum huic est *incertum* genus dicendi. A. Gellius N. A 7, 14. Eorumque primum maxime ad permovendos animos, alterum ad edocendos, tertium ad delectandos comparatum est. Conf. A. Matthiae. Theorie des lat. Stil. p. 52. Pulcherrimis exemplis illustrant Dionysius Halicarnassensis de C. V. inde a cap. 21. usque ad finem cap. 24. p. 286—376. ed. Schaefer. et scriptor ad Herennium l. c. Ac Dionysius quidem exempla primi generis ponit in poemate epico Antimachum et Empedoclem, in Lyricis Pindarum, in tragoedia Aeschylum, in

historia Thucydidem; exempla secundi generis in heroicis Hesiodum; Sappho, Anacreontem et Simonidem in lyricis; unum Euripidem in tragoedia; inter historicos Ephorum et Theopompum; Isocratem inter oratores. Scriptores autem tertii generis, sive feliciter temperatae orationis, in epica poesi ponit Homerum; Stesichorum et Alcaeum in lyricis; in tragoedia Sophoclem; in historia Herodotum; in eloquentia Demosthenem; in philosophia Democritum, Platonem et Aristotelem. Exempli causa paulum commoremur in historicis." In Xenophonte omnia sunt moderata, sensus animi ratione temperati. De eo vid. Dionys. Hal. epist. ad Cn. Pompei. c. 4. Vol. 6. p. 777. Quintil. 10, 1, 33 coll. Orat. 19, 62. Is est exemplum tenuis orationis, v. Creuzer. Hist. Kunst d. Gr. p. 310., qui monet loci Anabasis 7, 4, 12 sqq. et narrationis ibi positae de Thynis nocturno hostium adventu oppressis, et Anabasis 2, 5. de ducibus Graecorum interfectis, quibus ex locis pateat, vel in eiusmodi eventis, quibus animi vel maxime affici soleant, orationem huius scriptoris infucatam, animo lentam et tranquillam esse. At in Herodoto est animi quidam candor, quaedam hilaritas, iudicii sinceritas, magna rerum descriptarum evidentia, eaque tranquillitas, ut orationis flumine leniter et quasi sine salebris profluente ferri videatur. De eo v. Dionys. Halic. epist. ad Cn. Pompei. c. 3. p. 766 sqq. Cic. Orat. 12, 39. Quintil. 10, 1, 73. 101. Huic tribuitur genus medium (*ἠθικὸν* v. Cic. Orat. 37, 128.) sive *τὸ κάλλος ἱλαρὸν* et *τῶν ἠθέων μίμησις*, ut loquitur Dionys. Hal. p. 777, 6., postquam p. 776, 14. praemisit: *τῆς δὲ φράσεως τῶν ὀνομάτων τὸ μὲν κατὰ φύσιν ἐζήλωκε.* Medium quidem genus antiqui historiae accommodatissimum habebant, v. Cic. Orat. 20, 66. In Thucydide denique est grande quiddam et elatum, quod aliis quoque virtutibus illustratur. Huic ergo tribuunt genus dicendi sublime, *τὸ παθητικόν*, (v. Cic. Brut. 37, 128.), *τῶν παθῶν μίμησιν, τὸ δεινόν*, gravitatem, idque maxime in orationibus, quare Dionysius Hal. l. c. p. 776, 17. addit: *ὁμοειδὴς γὰρ οὗτος ἐν πᾶσι, κἂν ταῖς δημηγορίαις μᾶλλον ἢ ταῖς διηγήσεσιν.* Cic. Orat. 12, 39. et Quintil. 10, 1, 73. aptis verbis comparationes instituerunt inter Thucydidem et Herodotum, unaque dicendi generis moderati et sublimis. Quintiliani quidem haec verba sunt: *densus* (gedrängt, voll Gedanken) *et brevis et semper instans sibi* (sich keine Zeit lassend, kurzgefasst) *Thucydides: dulcis et candidus et fusus* (angenehm, klar und fliessend) *Herodotus: ille concitatis, hic remissis affectibus melior: ille concionibus, hic sermonibus: ille vi, hic voluptate.* Quos scriptores Graecos si cum probatissimis inter Latinos compares, Caesar Xenophonti similis est simplicitate, subtilitate et candore

orationis; in medio genere, sicut Herodotus, Livius versatur, nulla virtutum animi et mentis prae ceteris extante, sed una cum altera ad aequabilitatem orationis conspirante. Tacitum quanquam cum gravi Thucydidis genere conferas, praesertim orationum nomine, tamen verius est, eum suam quandam formam dicendi, altis philosophiae sententiis et poeticae luminibus exornatam, sequi.“ KALLENBACH. über Geschichtserzählung (Quedlinb. 1836. 4.) p. 26 sq. A. Gellius l. c. sic loquitur: *Vera autem et propria huiuscemodi formarum exempla in Latina lingua M. Varro esse dicit ubertatis Pacuvium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium.*

Quin etiam in illis, quos Homerus Iliadis libr. 1, 249 sqq. et 3, 213 sqq. disertissimos inter heroes Graecos enumerat oratores tres, Ulixe, Menelao et Nestore, hoc triplex dicendi genus antiqui sibi reperisse visi sunt, ut discas ex Quintiliani 12, 10, 64. et A. Gellii N. A. l. c. Nec tamen omnium rhetorum eadem erat orationis in tria genera divisio: nam alii quatuor statuebant, ut Demetrius de Elocutione, alii quinque, ut Hipparchus, alii aliter, vid. Walz. praef. ad Rhett. Gr. Vol. 9. p. VIII., inprimis adnot. 10. Hoc autem loco Oratoris inde a verbis: *Nam et grandiloqui* sequitur descriptio grandis dicendi generis, idque et ipsum tripartitum est: nam 1. *et grandiloqui — fuerunt cum ampla* etc. 2. *quod ipsum alii aspera* etc. 3. *alii levi* etc. Inde a verbis: *Et contra tenues* etc. sequitur descriptio tenuis generis, cuius item triplex ratio discernitur: nam 1) *et contra tenues* etc. 2) *In eodemque genere* etc. 3) *Alii in eadem ieiunitate* etc. Conf. Schneid. ad Demetr. de Elocut. §. 236. Postremum medium persequitur inde a verbis (§. 21): *Est autem quidam interiectus* etc. *et sententiarum gravitate.* Schutz. scripsit *et s. granditate,* quia statim rursus sequatur *graves* et infra 9, 30. legatur *amplum et grandem.* At talis per breve spatium repetitio verborum non rara est apud hunc scriptorem, praesertim in hoc libro, ut infra docebitur ad c. 27, 91. Adde quod vocum *gravitas* et *gravis* multiplex sensus est et, quod Orell. adnotavit, aeque offensioni esse posse *grandiloqui cum granditate,* atque *gravitate* cum *graves.* Idem Beierus in editione Orellii maiori monuit: „Schuetzii correctionem *granditate* reiecit H. A. Burchardi in Animadvv. ad Cic. Orat. (Berolin. 1815. 8.) p. 9. cum eoque Chr. Dan. Beck. in Diar. litt. Lips. 1816. N. 78. p. 622. Recte scil. Burchardi inter alia: Immo magis (quam vulgata) me offenderent ista: *grandiloqui* fuerunt cum ampla sententiarum *granditate.*“

varii. Varios dicit hos primos in grandi genere oratores multiplici ratione, nam varietas esse debet et in genere ipso toto

dicendi, et in usu figurarum, in voce etc. Debet horum grandium oratorum elocutio multiplex esse, non ad unum modo trium generum apta, sed aequabiliter in omnia genera fusa, ut est c. 30, 106., nec debent ii uni generi suo studere, sed suam copiam cum illis duobus generibus temperare, ut est c. 28, 99. Eoque nomine sibi ipse auctor varietatem tribuit c. 30, 103. Exemplum huius in generibus dicendi varietatis Demosthenem proponit c. 31, 111. *multae sunt eius totae orationes subtiles ut contra Leptinem: multae totae graves ut quaedam Philippicae: multae variae ut contra Aeschinem falsae legationis, ut contra eundem pro causa Ctesiphontis* et quae sequuntur. Et de eodem oratore c. 7, 23. haec verba sunt: *Hoc nec gravior extitit quisquam, nec callidior, nec temperatior.* In eademque varietate generum dicendi maximam absoluti oratoris laudem ponit c. 21, 70. *Magni igitur iudicii, summae etiam facultatis esse debebit moderator ille et quasi temperator huius tripartitae varietatis* et quae sequuntur, ut subtilis sit in probando, modicus in delectando, vehemens in flectendo, *in quo uno*, ut ibidem est, *vis omnis oratoris.* Pariterque auctor ad Herenn. 4, 11, 16. praecepit: *figuram in dicendo* i. e. dicendi genus *commutari oportet, ut gravem mediocris, mediocrem excipiat attenuata. Deinde identidem commutentur, ut facile satietas varietate vitetur.* Est denique varietas in voce, in qua *ille princeps* (orator) *variabit et mutabit, omnis sonorum tum intendens tum remittens persequetur gradus*, ut est c. 18, 59., itidemque in gestu: *idemque motu sic utetur, nihil ut supersit in gestu.*

Quod ipsum alii. sc. fuerunt. Interpolate Ald. 2. *quod ipsum alii — terminata sunt consecuti.* Lambin. in notis: *quorum ipsorum alii.* Post Bipontinos Sch. 1. *in quo ipso alii.*

tristi. Tristem orationem dicit die nicht unterhaltende Rede, cui contraria est *oratio hilaris.* Quintil. 8, 3, 49. *Proinde quaedam hebes, sordida, ieiuna, tristis, ingrata, vilis oratio est. Quae vitia facillime fiunt manifesta contrariis virtutibus. Nam primum acuto, secundum nitido, tertium copioso, deinceps hilari, iucundo, accurato diversum est.* 11, 1, 3. *si genus sublime dicendi parvis in causis, parvum limatumque grandibus, laetum tristibus, lene asperis, minax supplicibus, summissum concitatis, trux atque violentum iucundis adhibeamus?* 12, 10, 80. *Sic erunt magna, non nimia; sublimia, non abrupta; fortia, non temeraria; severa, non tristia; gravia, non tarda; laeta, non luxuriosa; iucunda, non dissoluta; grandia, non tumida.* Dialog. de oratt. c. 20. *vulgus quoque — adsuevit iam exigere laetitiam et pulchritudinem orationis,*

nec magis perfert in iudiciis tristem et impexam antiquitatem, quam si quis in scena Roscii aut Turpionis Ambivii exprimere gestus velit. Conf. c. 23. med. Denique tristis oratio est nullis floribus i. e. tropis, nulloque vel leviori genere figurarum distincta. Quintil. 8, 3, 87. *alia copia locuples, alia floribus laeta.* Floribus et figurarum leviori genere addi possunt, quae habet auctor dialogi de oratt. c. 20. *cursus argumentorum,* (nicht zu lang gedehnte Argumentation), *color sententiarum, nitor et cultus descriptionum.*

horrida. Haec est eadem, quae incomta, translatione a capillis facta: nam incomti capilli horridi fiunt. Quare c. 9, 28. *horride* et *inculte* componuntur, et c. 25, 86. legitur: *quanquam iisdem ornamentis utetur horridius.*

levi, quae est sine asperitate consonantium vastarum, et sine concursu vocalium sive hiatu.

structa. concinna et naturali verborum ordine composita. „Correxi *structa* pro vulgato *instructa*, quod e vicinia huc translatum est, nec ullo modo hic locum habet. Oratio *structa* apta est hoc loco, de qua v. Clav., quae opponitur tristi et horridae orationi." Ern. Imo dissipatae et dissolutae orationi. „Verum sensum verbi *instruendi* aperuit T. Ernesti Lex. Techn. Lat. Rhet. v. *instruere*." Mey. Rectius Beier lectionem *structa* defendens laudavit c. 44. Adde §. 232. *bene structam collocationem*, et de opt. gen. or. §. 5. *sed etiam verborum est structura quaedam* etc. Significatum optime explicavit Ern. in Clavi. *Instructa* autem h. l. et molestum est post praecedens *instructi* et propter ipsum significatum non tolerandum: *instruere* enim *orationem*, *quaestionem* (Topica §. 92., ubi vide nos), *causam*, *litem* est argumenta ac testimonia conquirere apteque inter se collocare, qua de re hic sermo non est. Or.

II. *Tenues.* scil. fuerunt.

acuti. Quia inter alia arguta argumentatione et crebris enthymematis et syllogismis rhetoricis utuntur.

pressa oratione. Dicit eam, quae, sicut vestis adstricta singulos artus exprimit, ita cogitata reddit. Quare hoc genus oratorum vel maxime puris sive vulgaribus et quotidianis propriisque verbis (*κυρίοις ὀνόμασι*), quae Horatius A. P. 234. *inornata et dominantia verba* dicit, utebatur.

alii callidi. Propter astutam dissimulationem artificii: tanta enim in iis facilitas est

ut sibi quisque
Speret idem, sudet multum frustraque laboret,
Ausus idem

ut est apud Horatium ibidem v. 240. Quam sive facilitatem,

sive subtilitatem sive tenuitatem dicas, *imitabilis illa quidem videtur existimanti, sed nihil est experienti minus*, ut est infra c. 23, 76.

impoliti. artis specie carentes, non ipsa arte. Sunt enim, ut addit, *consulto rudium similes et imperitorum.*

id est faceti. Haec verba prima facie non videantur ab auctore Oratoris profecta esse, id quod partim adiectis verbis *id est* prodi credas, qua formula plerumque glossemata signari Ruhnken. ad Vellei. Paterc. 2, 23. animadvertit. Magis autem re ipsa putes aperiri, haec verba insititia esse, quia voce *faceti* illi *concinniores*, quos dicit, explicari non possint. Facetum quidem aliquis dicat, sive ad sales referatur, significare iocum scurrilitate, obscoenitate, petulantia, inhumanitate liberum, (den gebildeten, nicht beleidigenden Scherz); sive ad cultum orationis, minimum distare ab illo, quod paulo ante perfectum, aliis locis elaboratum dicit. Huc pertinent verba Quintiliani 6, 3, 19. *Facetum quoque non tantum circa ridicula opinor consistere. Neque enim diceret Horatius, facetum carminis genus natura concessum esse Virgilio. Decoris hanc magis et excultae cuiusdam elegantiae appellationem puto. Ideoque in epistolis Cicero haec Bruti refert verba, Nae illi sunt pedes faceti, ac deliciis ingredienti molles. Quod convenit cum illo Horatiano, molle atque facetum Virgilio.* Denique elaborata ita faceta dici videntur, si ad studium et laborem ars et elegantia accesserit, non sine quadam facilitate per usum parata, qua studium et labor limae obtegitur. Dixeris igitur nett und zierlich, verum id utrumque, et sales illi et elaboratum illud, aliud esse videatur, quam quod concinnum dicitur. Atque hoc additamentum: *id est faceti* huc tractum credideris ex c. 26, 87., ubi oratori tenui sales et facetiae tribuuntur: *Huic generi orationis*, (tenui oratori, *quem solum quidam vocant Atticum* c. 23, 75.) *adspergentur etiam sales* etc. Vel totum: *id est faceti* si minus placebit eiici, certe formulam *id est* neges ullo modo ferri posse, quia *faceti* et *concinniores* ut iidem sint, nullis machinis effici possit, imo *facetum* et *concinnum* aperte distinguatur in Brut. 95, 325. Huc accedit, quod Eins. optimus fert: *concinni, id est, florentes et leviter ornati*, in quo libro Orellius p. 55 edit. mai. vocabula controversa omitti solere animadvertit, unde colligas, praesenti loco aliud verbum loco vocis *faceti*, idque tale ut non facile legi posset, in codice Laudensi repertum fuisse. — Hanc argumentationem facile est vel paucis diluere. Fateor, formula *id est* non raro prodi glossemata, ut volunt etiam infra c. 19, 61. 20, 68. ac vide interpretes ad Dialog. de oratt. c. 9. Apertum glossema, incipiens per *id est*, delevit Valcken. in Cic.

Epistt. ad Attic. 13, 38. Vol. 5. p. 267. ed. Schutz. Neque tamen semper glossema per eam formulam intromitti, inprimis apud Ciceronem, qui saepe explicationem addat per *id est*, docuit satis Eckstein. in Prolegg. ad Dialog. de Oratt. p. 65. adn. et in indice ad Taciti edit. Waltherianam s. vv. *Id est*, cui adde Schutz. ad Cic. Epistt. Famil. 9, 1. Vol. 4. p. 317. Idem tamen in Epistt. iisdem 4, 9. Vol. 4. p. 410. minus recte mihi quidem videtur sententiam illa formula incipientem deletam voluisse. Et *id est*, (ut intra Epistolas consistam), his locis, ubi nemo facile de glossemate cogitet, legitur: Epistt. Famil. 4, 4. Vol. 4. p. 413. ad Attic. 12, 19, 5. Vol. 5. p. 101. 12, 38, 4. Vol. 5. p. 157. His adde Orat. §. 112. et c. 65, 220., ubi nemo sententiam, per *id est* inductam, impugnavit. Quoniam vero ea formula nonnunquam in libris scriptis reperitur locis minime aptis, ut Epistt. Famil. 13, 68. Vol. 4. p. 394., ubi in compluribus libris scriptis deest, suspicetur aliquis, ut iam dixi, hic non totum hoc: *id est faceti*, sed tantum *id est* delendum esse, quae erat opinio Schutzii. Quem qui sequuntur, me quidem non habebunt consentientem. Nihil enim impedit, quo minus vocem *faceti* eo sensu, quo Quintilianus, accipiamus. Procul dubio enim voces *rudis* et *facetus* hic ex adverso ponuntur, quemadmodum aliis locis, quae clavis Ernestina s. v. *Facetus* indicat, velut Cic. de Orat. 1, 8, 32. Et formula *id est* consulto est adiecta, ut significetur, quo sensu vocabulum *concinniores* intelligendum sit: sensus enim eius sine hoc additamento ambiguus erat. Non enim hoc loco hic sensus obtinet: magis student quibusdam figuris verborum, ut isocolis, antithetis, homoeoteleutis, homoeoptotis, paronomasiis, quod genus oratorii cultus infra c. 12, 38. fusius exponetur. Nam vocis *concinnus* etiam alius sensus est, isque non ad concinnitatem membrorum orationis pertinens, sed elegantiam, argutiam, venustatem orationis significans, qui sensus cognatus est sine controversia faceto sive elaborato cum arte, et aliis quoque locis, ab Ernestio in cl. prolatis, reperitur, velut Brut. 95, 325. Ubi quod *facetum* et *concinnum* aliquis ex adverso poni opinetur, non ita est, sed ibi inter se contraria sunt genus dicendi *sententiosum* et argutum, idemque concinnum et venustum Timaei, Hieroclis et Meneclis, ac genus *non tam sententiis frequentatum*, sed tamen facetum et ipsum. Concinnum igitur et facetum utrumque genus est, sententiosum modo alterum. Denique unius Einsiedlensis contra ceteros libros omnes non potest tanta auctoritas esse, ut id, quod ratio probat, reiiciatur.

florentes. Hic est constans usus huius scriptoris, ut flores et ornatum sive lumina orationis componat, velut hic et in Brut.

c. 17, 66. c. 66, 233. de Orat. 3, 25, 96. 98. 41, 166. Orat. 19, 65. 27, 96. Paradox. prooem. §. 2. Adde Quintil. 1. 8, 3, 87. Frequentior tamen florum usus erat in medio genere, et in genere dicendi Sophistarum, (conf. Orat. c. 19, 65.) Quo factum est, ut illud tertium genus dicendi nonnulli *floridum* (ἀνθηρόν) nominarent, quod alii medium et temperatum, teste Quintil. 12, 10, 58. Et propter eandem causam Cicero Brut. 82, 285. Demetrium Phalereum, principem in medio genere oratorem *floridum* dicit, quem novimus ex oratore c. 27, 92. maxime translationibus sive tropis, et in his praecipue immutatis verbis sive metonymiis usum esse. Quocum ea consentiunt, quae de eodem Demetrio scripta reliquit Quintil. 10, 1, 33., tribuens ei *vestem versicolorem*, *non bene ad forensem pulverem facientem*. Conf. 8. prooem. 20. *translucida et versicolor quorundam elocutio*.

Addo loci totius interpretationem vernaculam: Drei Arten überhaupt der Ausdrucksweise gibt es, in denen einzeln sich welche ausgezeichnet: auf gleiche Weise aber (was wir verlangen) sehr wenige in allen. Denn grossartig Redende, um mich so auszudrücken, waren mit edlen und tiefen Gedanken, und mit Hoheit der Worte, Affecte erregend, wechselnd, wortreich, würdevoll, geeignet die Gemüther zu ergreifen und nach Gefallen umzustimmen; was eben Andere waren durch eine harte, dem Ohr nicht schmeichelnde, durch eine nicht unterhaltende, nachlässige Sprache, die nicht periodisch und abgerundet ist, Andere durch eine geglättete, angeordnete und der gebundenen ähnliche Rede: und hinwiederum gibt es schlichte Redner, scharfsinnige, die über Alles belehren, und Alles deutlicher nicht edler machen, bei einer folgerechten und praecisen Ausdrucksweise gefeilt. In derselben Gattung verbergen Andere ihre Kunst, sind ungekünstelt und absichtlich ungebildeten und unerfahrnen Sprechern ähnlich: Andere bei derselben Nüchternheit gefälliger, das heisst gebildet, drücken sich wohl auch in Tropen und den weniger auffallenden Figuren aus.

III. §. 21. *interiectus inter hos*, *medius*. In den Worten *inter hos*, *medius* wünsche ich das Komma weg; denn *medius* ist keine erklärende Apposition, sondern der vollständige Subiectsbegriff ist: *interiectus inter hos medius*. Bei. Mihi etiamnunc tria videntur membra: *interiectus inter hos*, *medius*, *temperatus*. Conf. modo de opt. gen. or. §. 2. *alios eis interiectos et tamquam medios*. Or.

nec fulmine — superiorum. Hoc est, grandium oratorum. At Ern. et Orell. (in ed. mai.) ediderunt *flumine* pro *fulmine*, putantes id aptius huic formae dicendi esse, et quia sic apud

Nonium in v. *cinnus* sit, ubi hoc loco utitur. Quod merito damnaverunt alii, ut Meyerus. Periclem, qui in grandi genere eminebat, Aristophanes Ach. 531. ed. Br. fulgere et Graeciam permiscere dixerat, unde fulmen in omne id genus oratorum translatum est. Vid. infr. ad c. 9, 29. et, quem Beier. attulit, Cic. Epistt. Famil. 9, 21. princ. *verborum fulmina. Flumen* autem non est grandium oratorum, sed magis illius generis, quod mox ipse auctor *uno tenore in dicendo fluere* dicit.

vicinus amborum. Apud Nonium l. c. extat: *ut cinnus amborum*, aperta corruptela. Vetus scriptura librorum Ciceronis est *vicinus amborum*, pro quo admonitione Rivii perperam illa Noniana scriptura recepta est, etiam ab Ernestio, qui „Ceterum, ait, etsi *ut* possum concoquere, (nam etiam c. 24, 80. est *sumere*, *ut mutuo)*, tamen malim hoc loco *velut cinnus amborum*, et *vicinus* fortasse natum est e compendiis *ultcinnus*.“ Atqui etiam illud *ut mutuo* suspectum est. Equidem Schutzio assentior, unice verum esse *vicinus*, quod ante eum monuerat Schneiderus, idque Schutzius confirmari ait loco A. Gellii N. A. 7, 14. *medius in confinio est utriusque modi particeps.* „Cinnus Nonio p. 43. (v. *concinnare)* est *potionis genus ex multis liquoribus confectum;* Arnobio V. post med. p. 174 (218 Herald.) *adoris potio, cyceonem quem nuncupat Graecia.* V. Ern. cl. s. v. In Philoxeni glossis, ubi est *cinnus*, κεῦμα, legendum suspicor μίγμα. [Immo γεῦμα. Or.] Convenit haec lectio supradicto *quasi temperato:* quam tamen rudiorem generis medii notionem Cicero statim corrigit adiectione. Ceterum potui comparatur oratio per metonymiam pro ipso oratore, poculi ministratore. Idem 21, 70. dicitur *temperator.*“ Bei. Si viri docti tantummodo grammatici illius, non omnium pessimi, auctoritate moti lectionem *ut cinnus* probant, non satis tuto mihi facere videntur, qui illi de veterum scriptis facile credant, quem sexcentis locis aliud egisse, quum in horum lectione versaretur, constat. Sylburg. Omnes codices noti (etiam Eins.) habent *vicinus*, nisi quod Monac. saec. 16. *cinnus*, omisso tamen *ut*, ac, ni fallor, hoc ipsum e Nonio, qui saepe peioribus codicibus Ciceronis usus est, quam sunt nostri, velut in v. *lactuosae* p. 130 Merc. monstrum vocabuli nobis obtrudit pro *actuosae* in hoc ipso Oratoris libro §. 125. Recte autem de hoc loco iudicasse arbitror Sylburgium, Schneiderum in epistola ad Langerum p. LII. et Schuetzium, quorum rationibus hanc addo, admodum inficetam atque rusticanam esse totam hanc cinni similitudinem, et Cicerone, in hoc praesertim scripto elegantissimo, prorsus indignam. Quantopere autem excuset et quasi mitiget duriora atque humiliora, vide §. 235. *ut in proverbio est, (etsi humilius dictum*

est, tamen simile est), *scopas, ut ita dicam, mihi videntur dissolvere*. Hic autem simpliciter eum dicturum fuisse *ut cinnus*, nunquam adducar ut credam. Meliora doceri debebant *cinni* fautores vel ex loco illo a Beiero allato. Or.

toros. Ernestio in cl. hi tori iidem videntur, qui a scriptoribus toruli vocantur h. e. lemnisci, taeniae, vittae, (Schleifen), quae, ut in nummis cernatur, maioris ornamenti causa coronis addebantur. At toros a lemniscis discernit C. A. Boettiger Sabina p. 195. adn. 1. et p. 196. adn. 2. ed. pr. Cuius haec verba sunt: Die Schnüre, die wie ein Diadem sich um den Kopf herumlegen, heissen ursprünglich beim Plinius *stroppi*; die zur Zierlichkeit darein geknüpften Knoten sind die *toruli* oder *tori coronarum*, die Cicero in Orat. c. 6. erwähnt und Visconti an einer Büste des Hercules im Pioclementinum Vol. 6. tav. 13. p. 22. so schön erläutert. Paschalio de coronis 2, 12. ad fin. et 10, 17. p. 622. apud Beierum tori partes sunt in ambitu coronae collectiores ac rigidiusculae, sententia a Boettigero non abeunte. Qui ad Cuperum ad Apotheosin Hom. p. 139. ablegans addit: Später färbte man diese Schnüre und Flechten auch in Purpur. S. die merkwürdige Stelle beim Theocrit 2, 121. Quodsi compares hunc locum cum c. 27, 92., apparet, toros mediocris oratoris non alios intelligi posse nisi translata verba, (metonymias, metaphoras etc.); *modica* autem *ornamenta* eiusdem non alia esse, nisi figuras verborum et sententiarum illas, quas non unus orator grandis sibi vindicat, ut prosopopoeiam, sermocinationem et alias nonnullas, denique quae dicas *clarissima lumina*, ut ex sententiarum figuris paucae tantum mediocri concedantur, v. c. 27, 95.

Cap. VII.

§. 22. *quicunque vim in singulis consecuti sunt*. Vulgo legebatur *singulis* sine *in*. „Quid *singulis?* nihil aliud esse potest, quam *in singulis generibus*. Sed id iam ante dictum. Delendum puto.“ Ern. Aliquanto speciosius Leclercq. Schutz. ed. 2. Orell. ed. 1. *singulis* in *singuli* mutabant. Verum *in singulis* „egregie iam Hervag. et Camerar. Rursus Meyerus e cod. Viteb. probante Mosero in Heidelb. Jahrb. 1827. p. 804. — *unum ex singulis* Eins. — *vim singulis* ceteri. — *vim singuli* legit ex Borromei libro Manutius.“ Or. In verbis *singulorum generum in singulis* similis tautologia inest, atque in verbis Taciti Germ. c. 4. *nullis aliis aliarum nationum connubiis*, ubi v. Walth.

§. 23. *recordor — anteferre*. v. Ramshorn. Gr. Lat. §. 164. adn. 4. p. 399 sq. coll. Doederlin. Lat. Synom. Vol. 1. p.

170. De omisso prenomine *me* v. Hand. ad Wopkens. Lectt. Tullian. p. 12.

in aliquo. H. e. in alio quo. Opponuntur inter se *quam cognoverim* et *quam sentiam* [1]). Frustra igitur non nemo suspicatur corrigendum *ipse cognoverit*. Alioqui scriptum oportebat *cognovisset*. Bei.

sentiam — cognoverim. Hic indefinite optativo usus loquitur Cicero, v. Beier. ad Lael. 27, 103. p. 170.

Hoc nec gravior. Demosthenem praedicat tria unum dicendi genera coniunxisse, nam *gravior* refertur ad grande; *callidior* ad tenue; *temperatior* àd medium dicendi genus.

dici se desiderant Atticos. Calvum significat Cicero v. Brut. 82, 283. Mei.

ipsius viribus. Pronomen *ipsius* refertur ad *eloquentiam*, non ad Demosthenem. Si àd hunc relatum voluisset, aptius scripturus fuisset *illius*. Id sentiens quidam in cod. Eins. adscripsit verba: *illius viribus*, cum hoc additamento: *viribus Demosthenis*. Quod falsum esse, comprobat locus de opt. gen. oratt. 4, 10. de iisdem Atticos se dicentibus: *vim eloquentiae sua facultate, non rei natura metiuntur* et magis etiam Orat. 31, 112. *Sed ab hoc* (Demosthene) *parumper abeamus quandoquidem de genere non de homine quaerimus. Rei potius id est eloquentiae vim et naturam explicemus.*

Cap. VIII.

§. 25. *opimum — adipale — genus*. eine überladene und plumpe Ausdrucksweise. Translatio facta est ex corpore humano, cuius ut aliae partes sunt tumidae et inertes, velut adipes, aliae validae, ut succus et sanguis ac medulla (conf. infr. c. 23, 76.), aliae ad motum vehementes, ut nervi et lacerti; sic in alia oratione inanes verborum soni et vani tumores sunt, in alia vis et gravitas sententiarum non sine ornatu. Itáque illud inflatum orationis genus *opimum* dixit, quod vocabulum quum per se non in vitio ponatur, (v. Brut. 16, 64.), sed pinguedinem bene nutriti, nec tamen non robusti, corporis et per translationem affluentiam orationis significet, addidit *et tanquam adipale*, quo vitiosa, magis corpora onerans, quam roborans pinguedo (Speck) indicatur. Non alia imagine de eadem re usus est Quintil. 2, 10, 6. *sint grandia et tumida* (themata), *non stulta etiam, et acrioribus oculis intuenti ridicula: ut, si iam cedendum est, impleat se declamator aliquando, dum sciat, ut quadrupedes,*

---

[1]) Die Beredsamkeit, von der ich mir eine Vorstellung mache et: die ich erlebt habe. G.

cum viridi pabulo distentae sunt, sanguinis detractione curantur, et sic ad cibos viribus conservandis idoneos redeunt, ita sibi quoque tenuandas adipes, et quidquid humoris corrupti contraxerit, emittendum, si esse sanus ac robustus volet. Alioqui tumor ille inanis primo cuiusque veri operis conatu deprehendetur. Conf. Doederl. Lat. Synon. Vol. 5. p. 222. Ioh. Chr. Theoph. Ernesti Lexic. techn. lat. s. vv. *opimus* — *tumidus* — *inflatus* — *sufflatus.* Idem in scriptione de Elocutionis poetarum lat. vett. luxurie, Commentat. 1. p. 21. ita de hoc vitio orationis disputat: „Acuta et perspicua abundantiae notatio illa est, quam *pinguetudinis*, *tumoris* aut *ebrietatis* similitudo afferebat. Nam in *pinguetudine* nimium succorum affluentiam, et aliquam frugalitati, sanaeque siccitati contrariam ubertatem; in *tumore* magnitudinem et ambitum inanem; in *ebrietate* denique non solum id, quod nimium est, sed etiam quod ad fastidium et nauseam usque abundat, cogitare solemus.“ Ceterum *adipatae* (pro *adipale*) habent Nonius, Ven. 2. Ald. Vict. Man. Grut. Ern. ed. 1. *Adipale* ferunt Eins. Dr. Gu. 1. 2. Ven. 1. Med. Asc. Iunt. Crat. Steph. Norimb. Omnib., defendit Strebaeus, probaverat Schneid., Ernestio quoque magis placebat, quia ad *genus* debeat pertinere verbum, ut alterum *opimum*, ediderunt Sch. et Or. ed. 1. *tanquam opipar dictionis* Vit. *adipatum* Lamb. Nihil monetur e cod. Monac. aut Ox., quare Meyer. et Orell. suspicantur, ibi legi *adipate* i. e. *adipatae.*“ Nos sequimur Nonium c. 2. n. 4. in v. *adipatum* cum Turnebo Advers. 2, 7. et Laelio Bisciola Horar. subsec. Vol. 1. libr. 2. c. 9. Tralatum vocabulum est a cibis. Similiter constructio variatur 25, 86. *actio non tragica nec scenae.* lib. 1. de Rep. 29. pr. Horat. sat. 1, 2, 10. Vid. Perizon. ad Sanctii Minerv. 1. c. 18. n. 1 et 3, 14. n. 1. ibique Bauer n. c. p. 687. Ruddimanni Instit. Gr. 2. p. 344. sqq.“ Bei., quem sequuntur Meyer., Billerb. et Orell. in ed. mai. „Mihi magis placet *opimum quoddam et tanquam* ***adipale*** *dictionis genus*, vel propterea, quod adiectivum cum voce *genus* potius coniungi debebat, quam cum genitivo *dictionis* [2]), qui omitti etiam nullo sententiae detrimento poterat, pariter atque §. 223. *dicendi.* Idem sensisse videntur, qui scriberent *adipatum dictionis genus.* Sed quod ais vocabulum *adipale* nulla certa firmari auctoritate [3]), me quidem nihil movet. Dicendum est enim, quod ipse dixisti ad §. 187. de voce *collatata* [4]).“ Frotsch. in Epist. crit. ad H. Meyerum p. XII.

---

[2]) Nec profecto quidquam prolata a Beiero in contrariam sententiam exempla probant. G.

[3]) Vocabulum Arnobianum dicit Orellius. G.

[4]) Scripsit ibi Meyerus: „delerunt edd. voc. *collatata*, quia se-

Rhodii. Hi medium tenebant inter tumidos Asianos et sanos Atticos. Hoc genus ab Aeschine Rhodum illatum est, et describitur a Quintiliano 12, 10, 18. Conf. 5, 10, 78. 11, 3, 7. Rhodii oratores erant Artamenes, Aristocles, Philagrius et Molo, quos nominat Dionys. Halic. Iudic. de Dinarch. c. 8. Vol. 5. p. 645. Reisk.

Graecia autem multo minus. Sic habent Eins. Dr. Gu. 2. Orell. ed. mai. *Graeci autem m. m.* Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Ald. Crat. Vict. Lamb. Manut. *Graecia m. m.* Schutz. 2. *Graeci m. m.* Grut. Ern. Orell. 1. *Autem* tacite expunxit Gruter., servat etiam Oxon. „Volgo *Graeci autem*, quae a Grutero atque Ern. expuncta particula abesse videtur a Gu. 1. et molesta est, quum statim sequatur particula *vero* gradationi inserviens." Bei. Restituendum est *Graecia* ex Gud. 2. [imó ex Aug. 12. 13., qui est Gu. 2.] et imo nostrorum optimo. Vulgo *Graeci:* sed praecesserat *Caria* — *Phrygia* — *Mysia*, et Cic. variationem amat. Goerenz. ad Fin. B. et M. 3, 1, 3. p. 311. Hoc postremum mire additum est; nam si auctor variationem amat, debebat post *Caria* — *Phrygia* etc. potius *Graeci* scribere, et non *Graecia*. Debebat vir ampl. addere: „antecessit autem *Rhodii*, sequitur *Athenienses*." Ita posito in medio *Graecia* variatio exsistit. Orellio displicet inter se opponi *Graeci* — *Athenienses:* rectius ait contrarie poni *Graeciam*, Graecorum nationem et Atheniensium populum; Gruterum in omittenda particula *autem* non debuisse recentiores imitari et eo nomine vel commendare; et monet loci de Orat. 1, 16, 70. *verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius ac paene par*, quem locum dicit allatum esse ab Handio ad Tursellin. Vol. 1. p. 566. *repudiaverunt.* Huius loci vis et natura non comprobat ea, quae Doederl. Lat. Synon. Vol. 4. p. 40. de usu et significatione huius verbi disputavit.

sincerum iudicium. den unverdorbenen Geschmack. Similiter ab Horatio dicitur *sincerum vas* nullo dum odore imbutum Epistt. 1, 2, 54.

Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit.

Et probum iudicium pervertere idem Satir. 1, 3, 56. dicit *sincerum vas incrustare.*

elegans. Sincero iudicio utentes negat quidquam praeter *incorruptum* (unverfälschtes) et *elegans* (geschmackvolles) audire velle. Etenim vox *elegans* tum ad victum cultumque, tum ad literarum et artium profectus, tum ad cultum et ornatum orationis

---

mel tantum legatur apud Ciceronem: quod si haec ratio valeret, multa sane ex nostro libro eiicienda essent vocabula."

referri solitum modo illud *μηδὲν ἄγαν*, illudque medium inter duo adversis frontibus pugnantia, et utrimque pariter reductum significat: velut elegans in apparatibus est, qui aeque a magnificentia atque a sordibus abest, est enim *τὸ φιλοκαλεῖν μετὰ εὐτελείας*, cui Aristoteles Ethic. 4, 2. ex adverso ponit magnificentiam ostentatione degeneratam, vid. Cic. Orat. 25, 83. Modo elegans orator dicitur idem, qui tenuis et subtilis, pariter a nimio ornatu et vili abiectoque sermone remotus, idemque *in verbis tenuis cautusque serendis*, ut est apud Horatium A. P. 45. i. e. ein Redner, der einen gewählten Ausdruck hat, v. Matthiae. Theorie des lat. Stils p. 2. Elegantis denique doctrinae virum constat dici instructum abstrusa et recondita doctrina, (ein Mann von tiefen, ungemeinen Kenntnissen). Nam in universum" elegans dicitur quicunque est in aliquo genere inprimis intelligens — et elegantia ex adverso ponuntur popularibus, minus acutis et parum subtilibus." Ern. Velut philosophorum elegantia posita est in arte dialectica sive subtilitate i. e. Gründlichkeit, Folgerichtigkeit, ut apud Cic. de Orat. 1, 2, 5. 2, 7, 28. Brut. 23, 89. Propter quod ipsum etiam orator tenuis, cuius praecipua quaedam huius artis dialecticae et verborum apte tam legendorum quam serendorum laus esse debet, per excellentiam *elegans* atque *subtilis* audit. — Ceterum multae narratiunculae extant de superbo aurium Atticarum iudicio, quarum nonnullas propinant interpretes ad Demosth. pr. Coron. p. 243, 1. in Schaeferi Appar. crit. Vol. 2. p. 87 sq. Mox *religio* est die Genauigkeit.

§. 26. *summissius*. i. e. minus elate, moderatius, contractius, anspruchsloser.

pressius. bündiger. Ern. pro comparativis edidit *summissus* et *pressus*. Comparativos ait esse apud Strebaeum itemque in Gu. 1. 2. Schutzius secutus exemplum Ernestii, qui Latinitatem pati negat et natos putabat ex ultimo *audacius*, cui haec dicit per inscitiam conformata, cum nihil habeant coniunctionis cum verbo *exsultavit*. Rectius Beierus supplet *agit* vel *dicit*, ut est c. 21, 72. *Quam enim indecorum est, de stillicidiis cum apud unum iudicem dicas, amplissimis verbis et locis uti communibus, de maiestate vero populi Romani et summisse et subtiliter.* — *incendens*. Nachher regt er die Zuhörer allmählig mehr auf, wie er sie ergriffen sieht. Id quod aliis verbis infra c. 63, 210. sic dicit: *quum is qui audit, ab oratore iam obsessus est ac tenetur*. Beier et Schutz. addunt de Orat. 2, 45, 188 fin. 190 fin. Orat. §. 132. Vulgo erat *incedens*. Veram scripturam praebent Gu. 2. Mon. Ox. Gryph. 1540. Sch. 2. Or. 1. 2. Favet verae

lectioni etiam Eins. etsi leviter corruptus: *sensim intendens, iudices.*

in reliquis. Orat. pr. Cor. maxime inde a §. 297.

exsultavit audacius. Da ist er kühner geworden und lässt seiner Kunst mehr Spielraum, (sucht sich durch Entfaltung des Vortrages recht zu zeigen.) Haec enim insunt in uno verbo *exsultavit.* Cic. Catil. 2, 2, 3. *in hoc ipso, in quo exsultat et triumphat oratio mea.* Acad. 2, 35, 112. *quum sit — campus, in quo possit exsultare oratio* (i. e. interprete Ernestio, liberius excurrere), *cur eam in tantas angustias et in Stoicorum dumeta compellimus?* i. e. cur Stoicorum more loquimur pressius? quidni potius orationem dilatamus? Fin. B. et M. 1, 16, 54. *virtutum laus, in qua maxime ceterorum philosophorum exsultat oratio.* Verbum sumtum a pecoribus, quae stabulis emissa liberiore spatio saltuum exsultant. Hoc ergo loco per exemplum demonstrat, oratorem pro Ctesiphonte ab initio fuisse temperatum, dein callidiorem, postremo graviorem et una oratione tria genera coniunxisse, ut est supra c. 7, 23.

reprehendit Aeschines quaedam. adv. Ctesiph. §. 52. p. 557. ed. Reisk. *οὐ μέμνησθε αὐτοῦ (Δημοσθένους) τὰ μιαρὰ* (dira) *καὶ ἀπίθανα* (odiosa) *ῥήματα, ἃ πῶς ποθ' ὑμεῖς, ὦ σιδήρεοι, ἐκαρτερεῖτε ἀκροώμενοι* (intolerabilia); *ὅτ' ἔφη παρελθών· ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν, ἀνατετμήκασί τινες τὰ κλήματα τοῦ δήμου, ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων, φορμοῤῥαφούμεθα ἐπὶ τὰ στενὰ, τινὲς πρῶτον ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσι. Ταῦτα δὲ τί ἐστιν, ὦ κίναδος* (bellua); *ῥήματα ἢ θαύματα* (portenta); „Similiter istam dicendi insolentiam Demostheni Aeschines obiicit in orat. in Ctesiph. p. 461. et orat. *παραπρεσβ.* p. 206., qua de re conqueritur Demosthenes de Coron. p. 269, 15.“ B. Weisk. de orat. de Halonneso (Lubben. 1808. 4.) p. 24. adn. 32., ubi agitur etiam de scriptura loci Aeschinei.

illudensque. i. e. irridens, quo verbo ipse Cicero paulo post utitur.

dira. Grauen erregend, gräulich. Ante Ernestium erat *dura,* ut habent ed. Rom. Tul. et e libris scriptis etiam Eins. At *dira* Ven. 1. Med. Norimb. ceterae edd. pr., quod melius respondere Graeco *μιαρὰ* Ern. adnotavit, addens *dura* futurum fuisse idem quod *intolerabilia.* In exemplo suo editionis Ven. *dira* ait correctum esse in *dura.*

odiosa. übertrieben. Sic apud Quintil. 1, 6, 19. 40. 8, 3, 30. 11, 3, 39. 131. Alia exempla sunt ibidem apud Bonnellium in indice. Adde script. ad Herenn. 2, 11, 16. Cic. de offic. 1, 36, 131. Idem sensus verbi *odisse* est apud Horatium A. P. 188. *incredulus odi* h. e. ich finde es übertrieben und

glaube es nicht. Et infr. c. 57, 195. *alterum oderis.* Hac significatione vocis *odiosus* evenit, ut *odiose* et *moleste*, item *odiose* et *putide* iungerentur, ut Brut. 82, 284. Conf. Lipsius ad Dialog. de Oratt. c. 18. Vol. 4. p. 701. ed. Oberl.

belluam. κίναδον Aeschines dixerat. Etenim κίναδος a κινεῖν, unde etiam ἀκιδνὸς sive κιδνὸς, κίνδαξ i. e. εὐκίνητος et κνώδαλον, quo vocabulo significatur, quidquid serpit et repit, inprimis autem vulpecula et anguis v. Doederl. de A intensivo (Erlang. 1830. 4.) p. 9. Schneid. Vocabul. Gr. s. v. Bremi ad Aeschinem adv. Ctesiph. (in Aeschinis Oratt. Vol. 2.) p. 142. sq.

appellat. Sic de meo dedi pro eo, quod vulgo in omnibus et scrr. et edd. legitur soloece, *appellet.*

portenta. θαύματα apud Aeschinem, monströse Ausdrücke. Intelligit audaciores illas voces ἀμπελουργεῖν, ἀνατέμνειν κλήματα etc. Conf. Plin. Epistt. 9, 26, 9., adde Dionys. Halic. de adm. vi dicendi in Demosth. c. 35. Vol. 6. p. 1063. sq. Reisk. et praecipue c. 57. p. 1125. sq., ubi locus ipse Aeschineus, qui habet haec verba, examinatur.

§. 27. *negat, in eo — porrexerit.* Demosthenes pr. Coron. §. 68. p. 305, 2. Reisk. (p. 325. Tauchn. p. 272. Bekk.) πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο (οὐχ ὁρᾷς) γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγὼ, ἢ δευρὶ τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὴ δευρὶ παρήνεγκα. D. Augustinus contr. Crescon. libr. 2. init. *Si enim Demosthenes, clarissimus oratorum, quibus verborum tanta fuit cura, quanta rerum auctoribus nostris, cum tamen ei nonnullam locutionis insolentiam obiecisset Aeschines, negavit ille, in eo positas esse fortunas Graeciae, illone an illo verbo usus fuerit, et huc an illuc manum porrexerit.* D. Ambrosius in Lucam 2, 2. p. 1296. ed. Mabill. *Nam si orator illorum, qui phaleras sermonum sequuntur, negat in hoc fortunas positas esse Graeciae, hoc an illo verbo usus sit, sed rem spectandam putat.* Libri Ciceronis hunc locum non habent nisi mancum: *Graecie in hoc in eum an hac an illuc manum p.* Eins. *in hoc in eum huc an illuc m. p.* Vit. Ven. 1. Med. Tul. Crat. Lamb. Vict. Man. *in hoc in enim huc an illuc m. p.* Dr. *hoc an illud, huc an illuc m. p.* Ald. 2. *in hoc eum huc an illuc m. p.* Grut. Ern. ed. 2. *illud an hoc dictum, huc an illuc m. p.* Schir. Varie proinde hunc locum editores suppleverunt. Ac Schutz. quidem in ed. sec. et Orell. 1. 2. secuti sunt. D. Ambrosium. Alii *hoc an illud verbum dixerit*, ut Strebaeus, Fr. Gryphius ed. 2., I. A. Ernest. ed. 1. Alii *hoc an illud verbum posuerit.* Apud Lambinum in marg. ed. anni 1584 est: *hoc an illud locutus sit.* Quidam volunt *hoc an illud*, suppleto *dixerit*, non addito, id quod P. Victorius probavit.

Camerarius eiecit verba *in hoc in eum*, et alterum modo servavit. Nobbe sic edidit: *Graeciae [in hoc] num huc an illuc manum porrexerit.*

putidus. Nonius in v. *putidus.* Converte: als zu geziert, geschniegelt, geleckt.

inclinata. φωνῇ κεκλασμένῃ, quam eandem infra c. 17, 56. ex emendatione Schutzii dicit *flexam.* Eodem loco enim *inclinata vox* alio sensu est, quippe cum *gravi* (der ernsten Stimme) iuncta. Gravis autem et ululantis non eadem vox esse potest. Verum ad praesentem locum pertinent, quae extant c. 18, 57. de iisdem Caribus et reliquis Asianis: *est autem in dicendo etiam quidam cantus obscurior, non hic e Phrygia et Caria rhetorum epilogus, paene canticum, sed ille, quem significat Demosthenes et Aeschines, cum alter alteri obiicit vocis flexiones.*

C a p. IX.

Hoc loco auctor perstringit eos, qui de Attica dictione prave iudicent. Eorum dicit partim I. unum Lysiam Attice dicere opinari, inde a verbis: *Putant enim, qui horride inculteque dicat* etc., partim II. se non ad imitandos oratores, sed historicos Atticos, ut Thucydidem et Xenophontem, probos historicos, sed oratori excolendo non comparatos, componere, inde a verbis: *Ecce autem aliqui se Thucydidios esse* etc. etc.

auris teretes et religiosas. das zarte Ohr, das feine und scharf prüfende Gehör. Similis est usus vocis *teres* apud Quintil. 11, 3, 64. *in disputationibus vox teres*, bei wissenschaftlichen mündlichen Erörterungen ist die Stimme zart, nicht barsch, sondern gelassen (submissa). Alio sensu eius vocis translatione utitur Horatius Satir. 2, 7, 86., ubi vid. Bentl.

§. 28. I. *hi unum modo quale sit.* i. e. nur von Einer Gattung des Atticismus, und deren Beschaffenheit haben sie einige Ahnung. Mirum est, in hoc vocabulo *quale* haesisse Lambinum coniicientem: *quale id cunque sit*, et Burchardium, qui volebat: *quod tale sit.* Or. adde Beck. in Diariis litt. Lips. 1816. nr. 78. p. 622.

horride inculteque. der nachlässig und kunstlos sich ausdrückt. vid. supr. ad c. 6, 20. Hic maxime error erat eorum, qui unum Lysiam admirarentur. Quintil. 12, 10, 21. *Quapropter mihi falli multum videntur, qui solos esse Atticos credunt tenues, et lucidos et significantes, et quadam eloquentiae frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium continentes. Nam quis erit hic Atticus? Sit Lysias: hunc enim amplectuntur amatores istius nominis modum*, „h. e. hunc oratorem tanquam

mensuram eloquentiae Atticae amplectatur." Zumpt. in edit. Quintiliani minor. p. 550. adn. 2.

eleganter enucleateque. Nonius v. *enucleate.* p. 60 ed. Lips. E loco Quintiliani modo adscripto interpretare: schlicht und deutlich, sive *tenuiter et lucide et significanter.* Cic. Orat. 27, 91. *est enim plenius, quam hoc enucleatum* i. e. quam tenue genus. Brut. 9, 35. *nihil* (potuit) *subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate.* Vim vocis magis aperit in Topicis c. 2, 9. *Sed ad id totum, de quo disseritur, tum definitio adhibebitur, quae quasi involutum evolvit id, de quo quaeritur* et infr. c. 30, 102. *res involutas definiendo explicavimus.* c. 33, 116. *involuta rei notitia definiendo aperienda est.* Quare Partitt. Oratt. 17, 57. scripsit: *nec quidquam in amplificatione nimis enucleandum est: minuta est enim omnis diligentia: hic autem locus grandia requirit.* Alio nomine pro eadem re in Topic. 7, 31. *ea est insita et ante praecepta cuiusque formae cognitio, enodationis indigens.* Saepe iungit *acutum* et *enucleatum*, quia sine acumine rerum notitiae non enucleari possunt, ut de Orat. 3, 9, 32., eademque vocabula iuncta vult apud Ciceronem in fragm. pro M. Aemilio Scauro (ed. Francof.) p. 3. Kreyssig. in epist. pone editionem libri 33. Livii (Francof. 1822. 8.) p. 480., legens *acutum et enucleatum.* At vulgatam *acu enucleatum* eodem loco orationis pro Scauro tuentur editores Kilienses Cramerus et Heinrichius p. 16. sq. putantes hoc dictum esse ad similitudinem locutionum: *rem acu tangere* et *acu invenire* et de minuta ac nimia quadam diligentia novatum hoc aptissime: *acu enucleare.*

§. 29. *fulgere.* Hunc locum Cicero primo ita scripserat: *nunquam ab Eupoli poeta fulgere — dictus esset.* Paulo post vel suapte sponte, vel ab Attico admonitus intellexit, versiculum illum non Eupolis, sed Aristophanis esse: quare rogat Atticum, ut hoc in exemplis libri sui corrigi iubeat, Epistt. ad Attic. 12, 6, 5. Vol. 4. p. 381. Schutz. Versiculus Aristophanis est in Acharnensibus 530. ed. Br.

ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης οὑλύμπιος
ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

Error in proclivi erat, quia exstabat simile Eupolis poetae dictum. Quintil. 12, 10, 65. *Hanc vim et celeritatem in Pericle miratur Eupolis, hanc fulminibus Aristophanes comparat: haec est vere dicendi facultas.* vide Eupolin Δήμοις apud Scholiastam Aristophanis l. c. (Vol. 2. ed. Dindorf. p. 794. adde Vol. 3. p. 527.) Valer. Max. 8, 9. Quintil. 12, 2, 22. Cic. Brut. c. 9, 38. 15, 59. Gesner. ad Plin. Epistt. 1, 20, 17. coll. Thucyd. 1, 139. 2, 34. 65. Plutarch. V. Pericl. c. 9. 11. Diod. Sic. 12, 39. 40. 13, 98. Hermogen. de formis orat. 2, 9. p. 457.

de statu 9. p. 61. de invent. 1, 1. p. 86. Cic. de Orat. 1, 50, 216. 3, 16, 59. 34, 138. Weber über die Standrede des Pericles p. 604 sqq., quae loca maximam partem congessit J. A. Pfau meditt. crit. de orationibus Thucydidis (Lips. et Quedlinb. 1837. 8.) p. 27. adn. 17. Adde Fr. Iacobs Additamentt. ad Sulzer. 5, 2. p. 342. adn. Wachsm. A. Gr. 1, 2. p. 167, 108. Ceterum *fulgurare*, non *fulgere* habent Iunt. 2. Ald. 2. Cratandr. Man. Lamb. Gryph. 1. Camerar. Schutz. ed. 1. A fulgure fulgurare dicitur: fulgur est fulguratio, (der Blitz); fulmen vero est ignis coelestis impetu in terram iactus (der Wetterstrahl). vid. Doederl. Lat. Synon. Vol. 2. p. 77 sqq. Et quidem fulgurare et tonare iuncta recte dicuntur, ut etiam apud Aristophanem est *ἀστράπτειν* et *βροντᾶν*, blitzen und donnern. Supra autem c. 6, 21. quum *fulmen* adesset, recte fulmen, ut fortius, fulgurationi praetulit. Nec tamen *fulgere* et *tonare* non recte iunguntur, quum praesertim ab isto verbo stent libri scripti omnes, etiam Eins. et de editis Ven. 2. Tol. Norimb. sunt. Grut. Ern. 1. 2. Sch. 2. „Conf. Vellei. Paterc. 2, 64, 3.“ Bei. Adde quod, monente Mosero, verba *Fulgere — Graeciam* versum senarium efficiunt consulto, non fortuito, ut videtur, cuiusmodi „versiculus obliquus legitur etiam Orat. §. 147. *versus, qui vetat*

Artem pudere proloqui, quam factites.“

Or. Eadem scripturae variatio sexcentis aliis locis est, ut apud Quintil. 2, 16, 19., ubi Spalding. retinuit ex plurimis libris *fulgurare* in eadem re, de qua hic *fulgere* retinemus. At ibidem 12, 10, 24. est: *Quid Periclea? similemne credimus Lysiacae gracilitati, quem fulminibus et coelesti fragori comparant Comici, dum illi conviciantur?*

„De Atticismo docte disputavit Ioh. God. Hauptmann. Lips. 1737. 4.“ Bei. De falsa notione Attici dicendi generis, quam hic exagitat, conferendi sunt Brut. c. 82 sqq. et Quintil. 12, 10, 12 sqq. et inprimis praefatio ad versionem orationum Aeschinis ac Demosthenis duarum adversariarum, quae praefatio cognita est sub inscriptione: De optimo genere oratorum. „Cognosci potest ex acerbitate, quacum de prava hac opinione Atticismi loquitur, auctori consilium fuisse, ut suum ipsius dicendi genus contra reprehensores defenderet. Vitia et defectus eius, qualia cognoscuntur esse argumenta parum factae dispositioni elaboratione respondentia, fucus orationis, multus inanium verborum ornatus, levitas sententiarum, volebant quidam excusari illis, quae Quintil. 12, 10, 33. universae eloquentiae Romanorum defuisse conqueritur, inopia dico et quasi quodam rigore linguae latinae; dicentes iidem, verborum significationis subtilitatem immutationibus circumscriptionibusque, gravitatem et ubertatem

verborum nitore et translationibus, elegantia et iucunditate vim et pondus verborum compensanda a Romano fuisse. Ego vero veram rationem differentiae inter eloquentiam Graecam et Romanam arbitror fuisse, quod Romani natura magis facti essent ad formam et speciem Graecae eruditionis aemulandam, quam ad id, quod summum in humanitate est, assequendum. Deerat enim iis divina illa quaedam vis ingenii, sanitas sententiarum, sublimitas cogitationum, quas virtutes nec studio ornatus, qualem disciplina rhetorum suppeditabat, nec minorum animi virium contentione assequi licebat. Neque erat in Romanis aut studium illud artium, nullius rei nisi laudis cupidum, aut verus patriae amor. Ciceronem autem inter suorum temporum homines ii incesserunt, qui arte quidem minores, sed antiquae Romanorum strenuitatis amantes, simplicitatem, acumen, et proinde brevitatem, tenuitatem, nervos et lacertos Attici, quod putabant loquendi generis retineri volebant. Quintil. 12, 10, 12. *Quem tamen et suorum homines temporum incessere audebant ut tumidiorem, et Asianum, et redundantem, et in repetitionibus nimium, et in salibus aliquando frigidum, et in compositione fractum, exultantem, ac paene, quod procul absit, viro molliorem.* Et Calvus quidem Ciceronem appellabat *solutum et enervem*, Brutus *fractum atque elumbem*. Dialog. de oratt. c. 18. *Satis constat ne Ciceroni quidem obtrectatores defuisse, quibus inflatus et tumens nec satis pressus, sed supra modum exsultans et superfluens et parum antiquus videretur. Legistis utique et Calvi et Bruti ad Ciceronem missas epistolas: ex quibus facile est deprehendere, Calvum quidem Ciceroni visum exsanguem et attritum, Brutum autem otiosum atque disiunctum: rursusque Ciceronem a Calvo quidem male audisse tanquam solutum et enervem: a Bruto autem, ut ipsius verbis utar, tanquam fractum atque elumbem.* In obtrectatoribus etiam Asinius Pollio, et filius, Gallus Asinius, erant: Quintil. 12, 1, 22. *nec Cicero Bruto Calvoque* (videtur satis perfectus), *qui certe compositionem illius etiam apud ipsum* (in epistolis) *reprehendunt; nec Asinio utrique, qui vitia orationis eius etiam inimice pluribus locis insequuntur.* Quin etiam Gallus Asinius librum scripserat *de comparatione* (Asinii) *patris et Ciceronis*, ut illius praestantiam demonstraret, teste Plinio Epistt. 7, 4, 4. At Ciceronem defendit Imperator Claudius, teste Suetonio Claud. c. 41. Contra Quintiliano in Cicerone iuncta videbantur vis Demosthenis, ubertas Platonis, Isocratis iucunditas. Rursus auctori dialogi de oratoribus, qui post opera Tacitea est, c. 22. multa in prioribus Ciceronis orationibus improbantur, in quibus tamen etiamtum servata simplicitas et minus apertum artis studium inesse videri possit. Illi quidem in

his orationibus non satis digressionum, non satis enthymematum et ornatus esse videtur.“ Hand. s. v. Cicero apud Ersch. et Gruber. in Encyclop. AA. et LL. p. 216 sq. vid. Hauptmann. de Asiatica loquacitate, Gerae 1745. Eckhardi vindiciae optimorum Latinitatis auctorum adversus C. Asinium Pollionem. Ienae 1745., quos citavit Hand. p. 241. vers. fin. Quibus adde A. Gell. N. A. 17, 1. Seneca pater Suasor. c. 6. Thorbecke de Asinio Pollione p. 138 sqq. Ciceronem cum Demosthene post Longinum de sublimitate 12, 4 sq. et Caecilium, amicum Dionysii Halic., (de cuius comparatione vide Toup. ad Longinum 1, 1. p. 221. ed. Weisk. et Fr. Schlegel. in Museo Attic. 1, 3. p. 165 sq.) comparavit Quintilianus 10, 1, 105. Quibus adde e recentioribus Ienisch. Aesthetisch-critische Parallele der beiden grössten Redner des Alterthums, des Demosthenes u. Cicero (Berol. 1801.), quem citavit Hand. l. c. p. 216.“

De imitatoribus Lysiae, in quos Cicero hic invehitur, adi Cic. Brut. c. 16, 63—18. Quintil. 12, 10, 20 sqq.

§. 30, *se Thucydidios esse profitentur.* Ernestio *esse* delendum videbatur; nec enim solere in hac forma loquendi addi. „Sed v. Matthiae Miscell. philol. II. P. 2. p. 123. Scheller Obsevv. p. 36.“ Mey.

sed nihil ab eo — forensem usum. Conf. Dionys. Hal. iudic. de Thucyd. 55. p. 952. ed. Reisk. (p. 215 Krueg.) et Hermog. de formis orat. 2. p. 114. (Argent. 1555.)

ipsae illae conciones. Conf. Krueger. praef. ad Dionys. Hal. Historiogr. p. XLIII. sqq. et inprimis Cic. Brut. c. 83, 287.

II. §. 31. *Quae est autem in hominibus — glande vescuntur?* Hoc est, cur, quum ipsi orationis Atticae auctores, Hyperides, Aeschines, Demosthenes, Lysias, Demetrius Phalereus al. praesto sint, non ad horum, sed ad historicorum studium se applicant? cur spretis optimis ad imitandum adhaerent deterioribus? Sequitur sententia per interrogationem elata, argumenti conclusionem continens.

An victus hominum — oratio non potuit? Hoc est, an post Thucydidem vel praeter Thucydidem non alii Attici esse poterant arte oratoria perfectiores? Haec sententia est ex genere ratiocinandi rhetorico, magis illo ad persuadendum, quam ad comprobandum facto. Quum enim putidum videretur, conclusionum membra, quae tria legitima sunt: primum id, quod proponitur, (der Obersatz); alterum assumtio, (der Nachsatz: v. Cic. de Invent. 1, 37, 66.), et denique conclusio, (der Nachsatz); quum igitur nimiae diligentiae videretur, ea tria membra in scriptionibus orationibusque apparere, scriptores et oratores modo primum, modo alterum membrum omittebant, permutato

insuper membrorum ordine, quum, ut hoc utar, dicerent: iustitia animum aequum parat, quia virtus est, pro: omnis virtus animum aequum parat; atqui iustitia virtus est: ergo iustitia animum aequum parat. Tali autem omissione et permutatione facilis errori aditus patere coepit. Omisso enim aliquo membro difficilius erat, veritatem conclusorum sub examen vocare, quam si et numerus et ordo membrorum servaretur. Conf. Matthiae Theorie des lat. Stils p. 64 sq. Ac puto equidem ab uno membrorum suppresso, et auditoribus ad cogitandum relicto illud rhetoricum argumentationis genus ἐνθύμημα appellatum esse. Vid. Cic. Topic. 13, 55. de Invent. 1, 37. Demetr. de Elocut. §. 30 sqq. Conf. Maerck. de Theodect. p. 82. §. 36. In hac calliditate concludendi, qui eloquentissimi scriptores videntur iidem versatissimi reperiuntur, velut in hoc ipso oratorio artificio Thucydidem maxime aemulati esse Isaeus et Demosthenes traduntur a Dionysio Hal. Iudic. de Thucyd. 34. p. 896 sq. ed. Reisk., epist. ad Cn. Pompei. 3. p. 777. ἐμοὶ μέντοι καὶ τῷ φιλτάτῳ Καικιλίῳ δοκεῖ τὰ ἐνθυμήματα αὐτοῦ (Thucydidis) μάλιστά γε καὶ ζηλῶσαι Δημοσθένης. Conf. ibid. 5. p. 780 sq. Iudic. de Thucyd. 53. p. 944. Ex hac dolosa argumentorum officina praesens quoque sententia prodiit, quam qui plenam sibi mente proposuerit, nemo erit, quin falsum quid in ea contineri intelligat. Sic enim plene elata sonat: Victus hominum beneficio Atheniensium excoli potuit; *a quibus victus hominum, ab iisdem oratio excoli potuit;* ergo ab Atheniensibus oratio excoli potuit. Ceterum ab Atheniensibus praeter humanitatem, doctrinam, religionem, iura, leges etiam fruges ortae, atque in omnes terras distributae putabantur auctore Triptolemo, qui aratrum et agriculturam invenit, v. Cic. pro Flacco c. 26. Scriptor ad Herenn. 41, 6, 9. Apollodorus Bibl. 1, 5, 2. ibique Heyn. Vol. 2. p. 64. ed. pr. A Cicerone Tusc. Dispp. 1, 41, 98. idem iudex apud inferos appellatur, ubi v. Fr. A. Wolf. apud Orellium p. 364.

Quis — a Thucydide quidquam duxit. Hoc non de sententiis et verbis singulis intelligi debet, quae multa ab eo sumsere Demosthenes et alii, sed de iis, quae propria sunt oratoris. Ern. De Demosthenis et aliorum imitatione Thucydidis dicere huc non attinet: dixi autem nonnulla in commentatione de Scriptis Thucydidis nr. 20. p. 53., quibus adde Dionys. de adm. vi dicendi in Demosth. c. 10. 6. p. 981. iudic. de Thucyd. 53. 54. p. 944. 945. rursus de adm. vi etc. c. 9. p. 976.

explicator — severus. In Brut. c. 83, 287. idem audit *rerum gestarum pronunciator sincerus.* Unde tamen non erat, cur Schutz. in ed. 2. reciperet in hunc quoque locum *sincerus.* Quid enim erat, quin in Bruto ex praesenti loco Schutz. poneret *se-*

verus? An Thucydides narrator sincerus dici poterat, severus non item? Quum praesertim utriusque vocabuli non magna admodum sensus differentia sit. Alterum verum historicum, alterum eum significat, qui nulli rei in historia nisi veritati studet. Quanquam aliquantulum interpretes dissentiunt. „Severitas est saeva veritas in dictis et rebus. Ut autem severus iudex ad rerum iudicandarum veritatem religiose se accommodat: ita Thucydides vocatur *rerum explicator prudens*, *severus*, *gravis*, ubi *severus* religiosum in vero enarrando studium notat, et nuper cum voce multo deteriore (!) *sincerus* mutatum est.“ Goerenz. ad Cic. Acad. 2, 45, 139. p. 251. b. Rectius Beierus: „*severus* i. e. qui severitatem quandam verbis et orationis quasi moestitiam sequitur. Conf. 5, 20. 16, 53. Vel severus censetur et gravis Thucydides, quippe cui historia philosophia ἐκ παραδειγμάτων. Goerenz. intelligit *religiosum in vero enarrando*, non male ille quidem, sed propositae notationi, quasi a *saeva veritate* dicatur, adversatur primae syllabae mensura. conf. Doederl. Synonymen 1. p. 78.“ Optime sensum vocis *severus* aperit haec ipsius gravissimi scriptoris professio 1, 22. *καὶ ἐς μὲν ἀκρόασιν ἴσως τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν ἀτερπέστερον φανεῖται· ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σαφὲς σκοπεῖν καὶ τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθις κατὰ τὸ ἀνθρώπειον τοιούτων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι, ὠφέλιμα κρίνειν αὐτὰ ἀρκούντως ἕξει.* Narrare vera volebat, non delectare, nec lenociniis fabularum severam historiae faciem, quasi exhilarare, quo nomine *severus rerum explicator* audit.

§. 32. *Nec vero — nomen eius non extaret.* Vulgo particula negativa deest; nec in ullo libro scripto reperitur. Ern. eam ante *nomen* addi iussit; sed, iudice Goerenzio ad Cic. Acad. 2, 9, 27. p. 55., pravo loco ab Ernestio posita est. „Unice recte, ait, Schutz. eandem ante *extaret* adiecit: nam consulto eam scribae omiserunt.“. Ceteri interpretes, ut librariorum sive incuriam sive inscitiam defendant, argutantur. Sententia enim haec est, (nec vero alia esse potest): laudatur sane Thucydides; at laudari non satis est, ut vel bonus orator sis vel oratori prosis. Poterat Thucydides laudari propter excellentiam historiae, poterat etiam alia ratione, etiamsi historiam non scripsisset, praesertim quum esset vir vere laudabilis, et nomen eius memorabile sit, nam et honoratus et nobilis erat.

honoratus. vel propterea, quod cum imperio classi praefectus erat, ut scimus ex ipso in narratione rerum octavi anni belli Peloponnesiaci 4, 104. Vid. vit. Thucydidis nr. 5. p. 15. sq.

nobilis. quippe qui paternum genus ad Miltiadis stirpem et per hunc ad Aeacidas; maternum ad Olorum, regem Thraciae,

referret, ut dixi ibidem n. 1. Ut taceam opes eius, auctoritatem in Thracia etc.

neque verborum — gravitatem. Lambinus in notis coniecit: *neque verborum granditatem*, *neque sententiarum gravitatem*. Quasi non etiam verborum quaedam gravitas sit! Quid igitur opus erat coniectura, quidve cum Orellio zeugma statuere, cum latine illud non minus recte dicatur, quam vernacule hoc: das Gewichtige in Worten und Gedanken.

mutila quaedam. Mutila dicit minuta, concisa membra, certe orationem non orbe terminatam: nam orbis et ipsi horum imitatorum exemplari deerat, iudice ipso Cicerone, qui nullum aliud ornamentum ei non tribuit, orbem modo in eo desiderari docet c. 71, 234.

hiantia. Quia Thucydides, quem imitabantur, ne ipse quidem verba verbis coagmentavit, et multos tanquam hiatus concursu vocalium habet, ut docet auctor infra c. 44, 151. Victorius V. L. 4, 10. cum hoc loco confert Dionysium Hal. Iudic. de Dinarch. c. 8. Vol. 5. p. 645, 5. Reisk.

Thucydidas: Eins. Dr. Lamb. Vict. Rivius Castigatt. in Cic. Orat. (Basil. 1541) p. 917. provocans ad librum vetustum, Ferrarius in Philipp. 11. (Lugdun. 1552) p. 128., item provocans ad libros antiquos. *tucydidos* Vit. teste Meyero, *Thucydidos* teste Ern. *Thucydidis* Ven. 1. 2. Med. Tul. Iunt. Ald. Crat. Gryph. 1., quod placet Fischero ad Platon. Phaedon. c. 57. 37., nempe hoc sensu, ut non dicantur putasse se fratres germanos Thucydidis esse, sed ipsos Thucydidas, ut c. 26, 90 est *germani Attici*. At *germani Thucydidis* non alii essent nisi fratres eius.

Ceterum ad hoc caput Oratoris pertinet locus Quintiliani 10, 1, 33.

Cap. X.

§. 33. *et eadem eloquentia informandum*. Hoc est, perfectissima, cui nec desit quidquam, nec addi possit. Cur igitur Ern. scripsit: „*Eadem* nihili est?“ Perperam idem scribi vult *ea demum eloquentia*, addens alia huius corruptelae exempla esse, et similiter corrigere Perizonium apud Livium 32, 14. in Animadvv. histor. p. 65. At *demum* si scriptor voluisset, simul *eum* scribere debebat, ut esset: *et eum demum ea eloquentia informandum*.

ingenium, *studia*. Latuit Brewerum, qui convertit: deinen Charakter, deine Studien, quo haec sensu iuncta essent. Vide 15, 48. *Ingenium* a virtutis indole distinguitur 13, 41. Bei.

a severitate — comitas. Vom gestrengen Wesen Herablas-

sung. Doederl. Lat. Synon. Vol. 5. p. 9. fin. coll. p. 51. §. 9 extr. Pari laude Agricolam Tacitus c. 9. extollit: *nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem deminuit.*

§. 34. *omnibus terris.* Schutz. cum Lambino praeponit *ex*, qua praepositione non magis opus, quam 1 de Rep. 45 pr. Bei.

frueris ipse te. Wo du deiner selbst froh wirst sc. quasi scenam nactus, in qua spectandae virtutis documenta ederes.

in Italiae luce. vor den Augen Italiens: hoc dicit propter vicinitatem Italiae et Galliae Cisalpinae.

vel flore vel robore. Unter der Blüthe oder dem Kern der wackersten Bürger. Plutarch. Vit. Brut. c. 6. *μέλλων δὲ διαβαίνειν εἰς Λιβύην Καῖσαρ ἐπὶ Κάτωνα καὶ Σκιπίωνα, Βρούτῳ τὴν ἐντὸς Ἄλπεων Γαλατίαν ἐπέτρεψεν, εὐτυχίᾳ τινὶ τῆς ἐπαρχίας· τὰς γὰρ ἄλλας ὕβρει καὶ πλεονεξίᾳ τῶν πεπιστευμένων, ὥσπερ αἰχμαλώτους, διαφορούντων, ἐκείνοις καὶ τῶν πρόσθεν ἀτυχημάτων παῦλα καὶ παραμυθία Βροῦτος ἦν, καὶ τὴν χάριν εἰς Καίσαρα πάντων ἀνῆπτεν· ὡς αὐτῷ μετὰ τὴν ἐπάνοδον περιιόντι τὴν Ἰταλίαν ἥδιστον θέαμα τὰς ὑπὸ Βρούτῳ πόλεις γενέσθαι, καὶ Βροῦτον αὐτὸν, αὔξοντα τὴν ἐκείνου τιμὴν καὶ συνόντα κεχαρισμένως.* Brutus a Caesare Galliae Cisalpinae praefectus est a. U. 707 (47). v. Cic. Epistt. Famil. 6, 6. Vol. 4. p. 424. Schutz. Ei successit C. Vibius Pansa, qui iam a. d. 3 Kal. Ianuarias a. 707. urbem paludatus relinquebat, ut est ibidem 15, 17. Vol. 5. p. 63., sed, ut Schutzio videtur, non ut in ipsam provinciam abiret, sed fortasse in aliqua villa commoraturus: serius enim Cicero ad Atticum 12, 17. Vol. 5. p. 98. scribit: *Pansae profectionem scribes, quum scies;* quae epistola data est mense Mart. a. U. 708 (46). Et rursus idem ad Atticum 12, 14. Vol. 5. p. 91. *maxime autem* (scribas ad me velim), *Pansa quando* sc. in provinciam abeat. Dein rursus ad eundem 12, 19. Vol. 5. p. 101. §. 5.: *Pansa si hodie, ut putabas, profectus est, posthac iam incipito scribere ad me, de Bruti adventu quid exspectes, id est quos ad dies.* Hae binae literae eodem mense datae sunt. Tandem Bruti discessus e provincia exspectabatur Kal. Aprilibus a. U. 708 (46), ut est in Epistt. ad Attic. 12, 27. Vol. 5. p. 120. 12, 29. p. 124. §. 35.

§. 35. *Catone absoluto.* De imitatione huius loci apud auctorem Dialogi de oratoribus monuit Klossmann. prolegg. in eum dialogum (Vratisl. 1833. 4.) p. 4. adn. Quando Cato a Cicerone absolutus sit, exposui in Prolegomenis prioribus §. 2. sub lit. D. p. XX. Quod argumentum fuerit Catonis Tulliani, suspicari licet ex Plutarchi V. Cic. c. 39. *ἐκ δὲ τούτου διετέλει* (Caesar M. Tullium) *τιμῶν καὶ φιλοφρονούμενος, ὥστε καὶ γράψαντι λόγον ἐγκώμιον*

Κάτωνος ἀντιγράφων τόν τε λόγον αὐτοῦ καὶ τὸν βίον, ὡς μάλιστα τῷ Περικλέους ἐοικότα καὶ Θηραμένους, ἐπαινεῖν. Ὁ μὲν οὖν Κικέρωνος λόγος Κάτων, ὁ δὲ Καίσαρος Ἀντικάτων ἐπιγέγραπται. Et ex Epistt. ad Attic. 12, 4. Vol. 4. p. 347. *Sed de Catone πρόβλημα Ἀρχιμήδειον est. Non assequor, ut scribam, quod tui convivae non modo libenter, sed etiam aequo animo legere possint. Quinetiam si a sententiis eius, si ab omni voluntate consiliisque, quae de republica habuit, recedam, ψιλῶςque velim gravitatem constantiamque eius laudare; hoc ipsum tamen istis odiosum ἄκουσμα sit. Sed vere laudari ille vir non potest, nisi haec ornata sint: quod ille ea, quae nunc sunt, et futura viderit, et ne fierent, contenderit, et facta ne videret, vitam reliquerit. Horum quid est, quod Aledio probare possimus?* Et ex epistola ad Tironem inter Epistt. Famil. 16, 22. Vol. 5. p. 344. *Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo: lego autem libentissime. Tu istic, si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. Una omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo, de quadrimo Catone,* ubi v. Ernestium [5]). Scripserat etiam Brutus Catonem sive de Laudibus Catonis Uticensis librum, qui a Caesare Catoni Ciceronis posthabebatur: Cic. ad Attic. 12, 21. Vol. 5. p. 104., ubi Cicero Brutum arguit errorum in rebus narratis. Eo tempore (m. Martio a. U. 708 (46) Cato Bruti nondum editus erat, sed nonnulla tantum cum Attico scripto communicata, de quibus iudicium ferret. His adde ad Attic. 13, 46. Vol. 5. p. 278. Caesaris autem Anticato memoratur ibidem 12, 40. Vol. 5. p. 164. his verbis: *Caesaris vituperatio contra laudationem meam;* porro ibidem 13, 50. Vol. 5. p. 293. *libros contra Catonem;* ibidem 13, 51, 1. Vol. 5. p. 295. Etenim Anticato Caesaris duobus libris constabat, teste Suetonio I. Caes. c. 56. Quibus autem rationibus Caesar ad hos libros conscribendos adductus sit, exposuit Plutarchus V. I. Caes. c. 54. *ὁ μὲν οὖν μετὰ ταῦτα γραφεὶς ὑπ' αὐτοῦ πρὸς Κάτωνα τεθνεῶτα λόγος οὐ δοκεῖ πράως ἔχοντος οὐδ' εὐδιαλλάκτως σημεῖον εἶναι· Πῶς γὰρ ἂν ἐφείσατο ζῶντος, εἰς ἀναίσθητον ἐκχέας ὀργὴν τοσαύτην; τῇ δὲ πρὸς Κικέρωνα καὶ Βροῦτον αὐτοῦ καὶ μυρίους ἄλλους τῶν πεπολεμηκότων ἐπιεικίᾳ τεκμαίρονται, καὶ τὸν λόγον ἐκεῖνον, οὐκ ἐξ ἀπεχθείας, ἀλλὰ φιλοτιμίας πολιτικῆς, συντετάχθαι διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἔγραψε Κικέρων ἐγκώμιον Κάτωνος, ὄνομα τῷ λόγῳ θέμενος Κάτωνα· καὶ πολλοῖς ὁ λόγος ἦν διὰ σπουδῆς, ὡς εἰκός, ὑπὸ τοῦ*

---

[5]) Haec epistola una cum proximis duobus referenda est inter epistolas anni U. 707. post Epistt. ad Attic. 9, 6., apud Schutzium Epistt. CCCCXLIX. Vol. 4. p. 363.

δεινοτάτου τῶν ῥητόρων εἰς τὴν καλλίστην πεποιημένος ὑπόθεσιν. Τοῦτ᾽ ἠνία Καίσαρα, κατηγορίαν αὐτοῦ νομίζοντα τὸν τοῦ τεθνηκότος δι᾽ αὐτὸν ἔπαινον. Ἔγραψεν οὖν πολλάς τινας κατὰ τοῦ Κάτωνος αἰτίας συναγαγών· τὸ δὲ βιβλίον Ἀντικάτων ἐπιγέγραπται. Καὶ σπουδαστὰς ἔχει τῶν λόγων ἑκάτερος διὰ Καίσαρα καὶ Κάτωνα πολλούς. Nihilominus Caesar palam de libro M. Tullii honorificentissime iudicabat: *Legi epistolam* (Caesaris, ait Cicero ad Attic. 13, 46. Vol. 5. p. 278.); *multa de meo Catone, quo saepissime legendo se dicit copiosiorem factum; Bruti Catone lecto se sibi visum disertum.* Dio Cassius H. R. 43, 13. καίτοι καὶ τὸν Κάτωνα ἔσωσεν ἄν· οὕτω γὰρ αὐτὸν ἀνετεθαυμάκει, ὥστε τοῦ Κικέρωνος ἐγκώμιον μετὰ ταῦτα αὐτοῦ γράψαντος, ἀγανακτῆσαι μὲν μηδὲν, καίπερ καὶ ἐκείνου οἱ προσπολεμήσαντος, βιβλίον δέ τι γράψαι, ὃ καὶ Ἀντικάτων ἐκάλεσε. Specimen autem accusationum Caesaris erga Catonem habes apud Plutarchum V. Cat. Utic. c. 11., ubi ὁ γράψας est ipse Caesar in Anticatone. Conf. c. 36. vers. fin. 52. 54. Vit. Cic. c. 39. Erat omnino Catonis aut defensio aut accusatio scriptoribus eius temporis materies adamata: nam et Hirtius Anticatonem conscripserat, quem Cicero per librarios Attici transscribendum divulgandumque curavit, ut ipse narrat ad Attic. 12, 40. Vol. 5. p. 164. 12, 44. p. 174. 12, 45. p. 178. 12, 47. p. 180. Et ibidem 12, 41, 3. Vol. 5. p. 171. Anticatonem illum Hirtii, ad se missum, dicit πρόπλασμα *eius vituperationis, quam Caesar scripsit de Catone.* Praeterea Catonem scripserat M. Fabius Gallus, ut patet ex Epistt. Famil. 7, 24. Vol. 5. p. 292. et 7, 25. p. 297., ubi vide Schutz., itidemque Munatius Rufus, amicus Catonis, quanquam per hunc iniuria laesus, de cuius Catone vide Plutarch. V. Cat. Utic. c. 37. Huius eiusdem libro usus est L. Thrasea Paetus, maritus Arriae, Fanniae uxoris Helvidii maioris pater, cuius laudatio Aruleno Rustico capitalis fuit, (ut omnibus ex Taciti scriptis cognitum est), cum et ipse laudes Catonis componeret, ut constat ex Plutarchi l. c. coll. c. 25.

nunquam attigissem. Huc spectant verba in epistola Caecinae inter Ciceronis Epistt. Famil. 6, 7. Vol. 4. p. 445. *Auges etiam tu mihi timorem, qui in Oratore tuo caves tibi per Brutum, et ad excusationem socium quaeris.* Et timoris temporum virtuti inimicorum causa Tacitus vitae soceri scriptionem excusandam ratus in Vit. Agric. c. 1. ita scripsit: *At mihi nunc narraturo vitam defuncti hominis venia opus fuit: quam non petissem, ni incursaturus tam saeva et infesta virtutibus tempora* i. e. hätte ich nicht zu thun mit einer Zeit, die so unempfindlich und feindselig gegen die Tugend ist. Haec similitudo locorum Oratoris, dialogi de Oratoribus, (ex animadversione

I. Fr. Klossmanni, ut paulo superius adnotavi), et Agricolae paene suspicionem moveat de auctore dialogi illius et Agricolae [6]) non diverso.

Cap. XI.

§. 36. *qui χαρακτήρ Graece dicitur. Quae* Ern. restituit ex edd. pr. „Rectius, ait, foret *qui*, et sic scripsissem, nisi et alibi reperissem, a Cicerone relativi genus etiam ad antecedens substantivum referri, ut Topic. 22, 83. *descriptio, quam χαρακτῆρα Graeci vocant*, nisi etiam illic corrigendum est *quem*, et hic *qui. Qui* tamen habet ed. Lips. (in marg. *quae)*, nescio unde. Vulgatum *quod* est ab Aldo, quod nescio quare tam diu toleratum sit.“ Conf. eundem ad Topic. §. 45. 79. *Qui* habent Ven. 2. Tul. Lamb. 8. Sch. Or. 1. 2. *quae* Ven. 1. Med. Ern. 1. probante Ramsh. Gr. lat. §. 159. 2. b. adn. p. 355. lit. m. in imo margine. „Ioh. Frid. Eckhard in Prolus. Isenac. a. 1780. 4. Einige Nachricht von einer seltenen Ausgabe des Redners von dem Cicero p. 10. affert lectionem *qui* ex Tulichii ed. Lipsiensi comparatque huius attractionis in reciprocis tantum notionibus ideoque in definitionibus usitatae exempla in Somn. Scip. §. 4. extr. et 6. ad finem, de Rep. 6, 13. 15. Liv. 3, 34. sub fin.“ Bei. *Quod* Eins. Vit. Dr. Ald. Iunt. Crat. Steph. Cic. Lex. G. L. Bremi ad Cic. de Fat. p. 3. et Rostius in specimine 4 Observationum ad Cic. Epistt. (Lips. 1804.) p. 5. certa norma usum generis relativi definire conati canones suos, viris doctis non probaverunt. Circumspectius egit Meyerus: „Prima dicendi ratio (*qui*) est elegans et ab optimo quoque scriptorum Graecorum et Romanorum usurpata: altera est vulgaris et a cultiore sermone prope aliena [7]): tertium autem genus *formam, quod* secundum Germanorum linguae morem est formatum [8]). Conf. I. I. Ochsner ad. Cic. Eclogas p. 30.“ Adde Zumpt. Gr. Lat. §. 69. 4. adn. p. 300. ed. 4.

χαρακτήρ. i. e. proprie, die Merkmale, das Criterion: at loco Topicorum paulo superius memorato *χαρακτήρ* aliud est: ibi enim significat die Beschreibung der Merkmale, Characterisi-

---

[6]) Nexum sententiarum in prooemio Vitae huius mea quidem sententia nemo lucidius exposuit, quam L. Bischoff in scriptione scholast. Ueber die Vorrede des Tacitus zur Lebensbeschreibung des Agricola. Vesaliae 1824. 8.

[7]) Conf. tamen Hand. ad Wopkensii Lectt. Tull. p. 43.

[8]) Constat tamen innumeris exemplis, etiam neutrum pronominum substantivis vel masculinis vel femininis iungi: vide Hand. l. c. et Matth. Gr. Gr. §. 440. p. 823, 7. Verum id hoc quidem loco minime ferri potest. Quid si auctorem scripsisse cogitemus: *formam (χαρακτήρ Graece dicitur) exponere optimi*, nullo pronomine adhibito?

rung. Aliis denique locis, velut hic et in Epist. ad Quintum fratr. 2, 16, 5. Vol. 2. p. 207. ed. Schutz. *forma* sive χαρακτὴρ est der characteristische, eigenthümliche Ausdruck, stilus alicuius vel generis vel scriptoris proprius. Sic etiam vox accipienda est in libr. de Orat. 2, 23, 98. *Curio quandam suam expressit quasi formam figuramque dicendi.* Nec secus infra c. 39, 134. utitur *forma* sive χαρακτῆρι de elocutione optimo generi dicendi propria, quam eandem formam sive stilum alicui generi proprium c. 23, 75. dixit *cuiusque generis notam* (χαρακτῆρα) *et formulam.*

Ennio. Q. Ennius, Calaber dictus, quia Rudiis in Calabria (v. Fr. Osann. Analectt. p. 11. adn. 4.) natus erat a. U. 515 (239). vid. Cic. Brut. 18, 72. Cato M. 5, 14. A. Gell. N. A. 17, 21. p. 416. ed. Conr. Obiit a. U. 585 (169), vid. Cato M. l. c. Scripsit tragoedias, quarum innotuerunt 23 tituli, comoedias, satiras, de quibus vide Horat. Satir. 1, 10, 66. Diomed. 3. p. 482. Putsch. collatis Wachsm. Athenae. Vol. 1. p. 320. et C. E. Schober de Satirae initiis (Neissae 1835. 4.) p. 10. fin. Scripsit Annales belli Punici secundi et Scipionem. Idem Euhemeri opus de natura Deorum latine convertit, ut cognitum est ex Cic. de N. D. 1, 42. et Lactant. Institut. 1, 2. Vid. Merulae Vitam Q. Ennii apud E(rnestum) S(pangenbergium) in Fragmentis eius poetae Annalium (Lips. 1825. 8.) p. VII. sqq. De fragmento Ennii apud Orosium egit F. Naeke in Prooem. praelectt. Bonnens. hibern. 1834.

ait quispiam — *inquit alius.* Vides, quam parum vera fuerit eorum sententia, qui Ciceronem negarent usquam hoc *ait* mediae orationi interposuisse. Sed quod in quibusdam libris comparet *quispiam ait*, eum ordinem hoc quidem loco absurdum iudicaveris, si vera sunt quae dixi ad Xenoph. Hier. 1, 1. Frotsch. epist. crit. ad Meyerum p. XIII. *Quispiam* sive *aliquis*, (quanquam alii discernunt, velut Grysar Theorie des lat. Stils p. 109. adn.) Graece τις, converteris recte per Mancher. v. Doederl. Lat. Synon. Vol. 4. p. 274. nr. 6. Idem ibidem p. 8. de usu verborum *ait* et *inquit* ita praecipit: „ubi verba aliorum afferuntur, *ait* cum oratione obliqua, *inquit* cum directa coniungitur. Quam tamen normam Ramsh. Gr. lat. p. 624. ita circumscribit: praeterquam quum *ut* praecedit, vel propter variationem orationis a norma receditur.“ Velut hoc ipso loco. De collocatione autem verborum *ait* et *inquit* Heind. ad Cic. de N. D. 1, 7. p. 16. haec contra Goerenzium ad Fin. B. et M. 5, 32, 96. p. 655. observavit: „Verbum *inquit* praemittitur nomini suo, non subiungitur; isque iustus videtur et legitimus ordo, velut in Graeco sermone nomen post ἔφη sequitur, non praefigi-

tur. — Nunquam reperias ὁ Σωκράτης ἔφη, non magis quam ἐγὼ ἔφην, pro ἔφην ἐγώ."

communi more verborum. Ennius optimus auctor Latinae linguae habebatur. Cic. pro Muren. c. 14, 30. Ennius *ingeniosus poeta et auctor valde* bonus. Ex A. Gellii N. A. 18, 5. apparet, veteres Ennianam latinitatem in tanto honore habuisse, ut de aliquo vocabulo dubitantes libros Ennii summae vetustatis summo et studio et pretio, unius versus inspiciendi causa, conducerent: *Sed enim contentus, inquit* (Antonius Iulianus rhetor), *ego his non fui, et ut non turbidae fidei nec ambiguae, sed ut purae liquentisque esset, equusne an eques Ennius scriptum reliquisset; librum summae atque reverendae vetustatis, quem fere constabat Lampadionis manu emendatum, studio pretioque multo unius versus inspiciendi gratia conduxi* etc. Ab Horatio A. P. 56. linguam Romanam ditasse dicitur:

quum lingua Catonis et Enni
Sermonem patrium ditaverit et nova rerum
Nomina protulerit.

Quod autem Ennius communis moris retinens dicitur, id explicationem habet apud Donatum Vit. Virgil. c. 18. *Habet poeta ille* (Ennius) *egregias sententias sub verbis non multum ornatis,* et magis etiam apud Cic. de Orat. 1, 34, 154. *quod ea verba, quae maxime cuiusque rei propria, quaeque essent ornatissima atque optima, occupasset aut Ennius, si ad eius versus me exercerem, aut Gracchus, si eius orationem mihi forte proposuissem: ita, si iisdem verbis uterer, nihil prodesse; si aliis, etiam obesse, cum minus idoneis uti consuescerem.* Conf. Scriptor ad Herenn. 4, 1, 1. 2. Repugnare videtur, quod Donatus eidem poetae *non multum ornata*, Cicero *ornatissima* verba tribuit. At ornatissima etiam *propria* verba dici posse, docet idem Orat. 24, 80.

Ornatus — verborum duplex: unus simplicium, alter collocatorum. Simplicium probatur in propriis usitatisque verbis, quod aut optime sonat aut rem maxime explanat. In alienis aut translatum et sumtum aliunde ut mutuo, aut factum ab ipso et novum, aut priscum et inusitatum. Ennio igitur a Donato et Cicerone verba tribuuntur bene sonantia et significantia, verba non translata aut figurata: quare Donatus habet *non multum ornata*, quippe propria et dominantia, quae Horatius dicit Graecorum exemplo (κυρία). Locus Festi s. voc. Solitaurilia, p. 238. ed. Lindem., quo Osannus Analectt. p. 10 sq. utitur ad declarandum communem morem verborum Ennii nihil huc pertinet, quippe in quo agatur de geminandis in scribendo literis, non de vi et usu verborum.

Pacuvio. M. Pacuvius, Brundusinus, Ennii sorore genitus,

teste Plinio H. N. 35, 7. p. 5. Tauchn., summus tragicorum Romanorum, iudice Cicerone de opt. gen. oratt. 1, 2. Scripsit tragoedias, quarum 18 tituli adhuc ex libris veterum innotuerunt, in his etiam titulus Pauli, fabulae praetextatae, sicut Attius ex eodem genere scripserat Brutum. Si audias Fr. A. Ecksteinium Prolegg. in Dialog. de Oratt. (Halis 1835. 4.) p. 9., hic erat L. Aemilius Paulus Macedonicus. Sumserat etiam Maecenas argumentum fabulae ex memoria temporum aequalium, cum scriberet Octaviam, de qua vid. Neukirch de fabul. togat. p. 90 sq., itidemque Maternus ex sua aetate Domitium Neronem, ex remotiori Catonem personam fabulae fecerat, ut docuit Eckstein. l. c. p. 8 sqq. Extat etiamnunc Octavia fabula eiusdem generis Senecae. At Gibbon Decline and Fall of the Rom. Emp. c. 31. (Vol. 5. ed. Londin. 1813. 8.) p. 285. adn. 61. erravit, Pacuvio Brutum et praeterea Decium nescio quem tribuens. Pacuvius iam fère omnia ex Graecis exemplaribus sumebat, ut colligas ex Cic. Acad. 1, 4, 10. p. 19 sq. ed. Goerenz. Idem arti pingendi operam dabat, teste Plinio l. c. Pacuvium discimus octoginta annos natum fuisse, cum Attius, alter Romanorum tragicus poeta, vir triginta annorum esset, ex Cicer. Brut. 64, 229. Quippe vixit uterque saeculo Urbis sexto; floruerunt non multo post legationem, a Carneade, Critolao et Diogene Romam circ. a. U. 598 (156) susceptam, ut est apud A. Gellium N. A. 17, 21. p. 419 sq. ed. Conr. Conf. Vellei. Paterc. 2, 9. Natus erat Pacuvius a. U. 534 (220), v. infr. ad vocem: *Attio.* Floruit a. U. 600 (154), secundum Hieronymum in Chronico Eusebiano ad Ol. 156, 3 (154). Obiisse eum Tarenti concludas ex A. Gellii N. A. 13, 2. Insigne huius tragici poetae fragmentum extat apud Scriptorem ad Herennium 2, 23, 36 [9]). Aliud eiusmodi est apud A. Gellium 2, 26. p. 238. ed. Conr. Laudantur inter alia eius Chryses a Cicerone de Divin. 1, 57., Amphion de Orat. 2, 37, 155. et de Divin. 2, 64., Orestes [10]) in Laelio 7, 24., Antiopa de Fin. B. et M. 1, 2, 4. Ciceronis usque aetate plures Pacuvium, Ennium Attiumque legebant, quam Euripidem et Sophoclem, ut narrat ille de opt. gen. oratt. 6, 18. Conf. Pers. Satir. 1, 77. De Pacuvio hic libellus extat: Delle Memorie di M. Pacuvio, antichissimo poeta tragico dissertazione di Annibale di Leo. In Napoli 1763. 8., cuius brevem notitiam dedit Harlesius Supplementi ad Breviorem Notitiam Literaturae

---

9) De hoc ipso fragmento nuper egit I. C. Orellius in epist. ad Madvigium p. XXII. sqq. in fronte editionis maioris Tulliani Oratoris.

10) vid. Stieglitz. de Pacuvii Duloreste Berol. 1833. 4. F. Naeke in Prooem. praelectt. Bonnens. a. 1823. hibern.

Rom. Part. I. (Lips. 1799. 8.) p. 111 sq. Ab Horatio Epistt. 2, 1, 56. Pacuvius *doctus* appellatur:

aufert
Pacuvius docti famam senis, Attius alti,

non secus ac Sophocles et Euripides inter se comparantur, v. Fr. Iacobs Additamentt. ad Sulzer. 5, 2. p. 351. Proinde Pacuvius *doctus* appellatus esse videatur, quemadmodum Euripides, qui erat *sententiis densus et in iis, quae a sapientibus tradita sunt, paene ipsis par*, ut est apud Quintilianum 10, 1, 68. Quapropter philosophum scenicum appellabant, v. Iacobs l. c. p. 349 sq. adn. Quanquam Euripides non solum philosophica, sed etiam doctrinae fabularum laude floruit. Illi tamen explicationi vocis *doctus* non adversatur locus Quintiliani 10, 1, 97. *Tragoediae scriptores veterum Attius atque Pacuvius clarissimi gravitate sententiarum, verborum pondere, auctoritate personarum* i. e. sie sind durch das Philosophische der Sentenzen, den Nachdruck der Rede und durch die richtige Characterzeichnung ausgezeichnet. *Ceterum nitor et summa in excolendis operibus manus magis videri possit temporibus, quam ipsis defuisse. Virium tamen Attio plus tribuitur: Pacuvium videri doctiorem, qui esse docti affectant, volunt.* Praeterea Pacuvium male Latine locutum esse arguit Cic. Brut. c. 74, 258. Conf. Quintil. 1, 5, 67. Cum Lucilio [11]) et Terentio comparatur ab A. Gellio N. A. 7, 14.

multa apud alterum negligentius. Multis placebit Lambini lectio *multo*. Attamen de Ennio vix quisquam dixerit *omnes* versus apud eum multo negligentius esse compositos quam apud Pacuvium. Or. Noti sunt de Ennii ignorantia artis versus Horatii. Quodsi recte Pacuvii versus omnes ornati elaboratique dicuntur, Ennii scilicet prae illius omnes non ornatos elaboratosque dicere licebat. Lambini coniectura praestare videtur, siquidem uterque poeta nunc in una tantum re comparari cogitandi sunt, non in pluribus. Ceterum de scabra oratione saeculi Enniani v. loca Macrobii et aliorum veterum scriptorum apud E. Spangenbergium in fragmentis Annalium inde a pag. XXX.

Attio. L. Attius [12]) haud parvo iunior Pacuvio, quippe

---

[11]) v. Dziadek Satira Romana inprimis Luciliana antiquae comoediae Graecae non dissimilis. Conitz 1832. 4. et C. Lucilii Satirarum quae ex libro 3 supersunt scr. Varges (Stettin. 1836. 4.)

[12]) Librorum alii *Accio*, alii *Actio*, alii *Attio*. Vid. interpp. ad Dial. de Oratt. c. 20. Drakenb. ad Liv. 1, 36. Duk. ad Flor. 1, 5, 4. C. Beier. ad Cic. de Offic. 3. p. 343. L. Schneider Gr. Lat. 1, 1. p. 241. adn. „Nuper fuerunt, qui scripturam *Accius* praeferrent ex praestantissimis Ciceronis codicibus, ut I. C. Orellius, Steinmetzius al." Eckstein. indice ad Taciti edt. Waltherianam p. 427[b].

quinquaginta annis, si sequaris Ciceronem Brut. 64, 229. Conf. A. Gell. N. A. 17, 21. extr. et 13, 2. n. l. ab init. Natus fuit a. U. 584 (170), ni fallit Saxius Onomast. Vol. 1. p. 138. L. Attius laude poetica et amicitia Decimi Bruti floruit circ. a. U. 616 (138), quo anno Brutus consulatum gerebat, v. Brut. 28, 107. or. pro Arch. poet. 11. Ex illo loco Bruti simul hoc patet, Attium summam senectutem adeptum obiisse: nam Ciceroni a. U. 648 (106) nato de facie et frequenti consuetudine cognitus fuisse ibi dicitur, quod vix credibile factum esse ante annum M. Tullii 16, quo Attium sequitur annos circ. 80 natum fuisse. Attius scripsit tragoedias, quarum 57 tituli innotuerunt, et Annales carmine, teste Macrobio Saturn. 1, 7. al. Attius Pacuvio, ut narrat A. Gellius N. A. 13, 2., tragoediam suam, cui Atreo nomen erat, desideranti legit: *tum Pacuvium dixisse aiunt, sonora quidem esse, quae scripsisset, et grandia, sed videri ea tamen sibi duriora paulum et acerbiora.*

in picturis — delectant. in den Gemälden sehen Einige gern das Nachlässige, Ungekünstelte, Dunkle und Schattige; dagegen Andere das Glänzende, Muntere, Beleuchtete. Huc pertinent verba Plinii H. N. 35, 36, 18. p. 24. Tauchn. *Unum imitari nemo potuit, quod absoluta opera* (Apelles) *atramento illinebat ita tenui, ut id ipsum repercussu claritates colorum excitaret, custodiretque a pulvere et sordibus, ad manum intuenti demum appareret. Sed et cum ratione magna: ne colorum claritas oculorum aciem offenderet, veluti per lapidem specularem intuentibus e longinquo: et eadem res nimis floridis coloribus austeritatem occulte daret.* Adde verba C. O. Muelleri Archaeol. §. 319. 7. 8. p. 430. wie die Alten die harmonischen Verhältnisse der Farben (*ἁρμογή*) herauszufinden und zu beobachten sehr bestrebt waren: so hatten sie für das Mass des Lichtes, welches das Bild im Ganzen festhalten sollte, für die Einheit der gesammten Lichtwirkung, ein feines Auge; dies war der *τόνος* oder *splendor*, welchen Apelles durch einen zugleich schützenden und den schärferen Farbenreiz mildernden Ueberzug einer dünn zerlassenen Schwärze (*tenue atramentum*), also eine Lasurfarbe, beförderte. Im Ganzen wirkten Klima und Lebensansichten gleichmässig dahin, den Alten ein heiteres Colorit, mit entschiedenen Farbentönen, die sich in einen freundlichen Grundton auflösten, lieb zu machen. Adde adn. 7. p. 432.

alios — alios — delectant. Sic cum Eins. Fr. Gryph. 2. Ald. 2. Lamb., quibus accedit Nor., Ern. edidit. *alios — alios — delectat* Ald. 1. Iunt. Crat. Vict. Grut. *alius — alius — delectatur* Ven. 1. 2. Med. *alius — alius — delectat* Vit. Dr. Mon. „Sed ita illa *horrida* etc. non sunt pluralia, quibus Cicero alibi

in eadem re utitur. *Delectat* est ab Aldo et Iunta, quod multo minus probandum." Ern. Orellius conferri iubet Orat. §. 53., sed ibi non adiectiva, verum substantiva subiectorum loco sunt.

Quid est, quo. i. e. quo argumento et qua ratione cogas nos unum verum praescriptum sequi, quum plura genera probabilia sint? Ern. Eins. *quid est enim quo.* Crat. Lamb. *quid est, quod.* Mox *hac religione* est: durch diese Bedenklichkeit.

Cap. XII.

§. 37. *Sed quoniam plura sunt.* Antiquos constat tria orationum genera statuisse: genus deliberativum, (*συμβουλευτικόν*), quo de republica deliberatur: cuiusmodi sunt Ciceronis orationes pro lege Manilia, de lege Agraria, de provinciis consularibus, Philippicae; genus iudiciale, (*δικανικόν*), quo causae forenses agebantur: in quo genere sunt Ciceronis orationes pro S. Roscio, pro Milone, in Verrem etc.; denique genus demonstrativum, (*ἐπιδεικτικόν*), in quo genere sunt, quas ipse auctor hoc loco recenset, laudationes, historiae, suasiones, et omne genus scriptionum, ad ostentandam eloquentiam, non ad usum publicum factarum, quales Sophistae (die Schulredner) scribere solebant, v. Matthiae Theorie des lat. Stils p. 55, et de demonstrativo genere Maercker. de Theodect. p. 12. adn. 1., qui p. 89. adn. 6. tale schema trium illorum generum orationum post Westermannum proposuit. Illius haec verba sunt:

„Aristotelicae divisionis schema, quale Westermannus Gesch. der Beredsamk. der Gr. u. Römer Vol. 1. p. 151 ex Rhet. 1, 3, 1 — 5. confecit, hoc est:

	τὸ συμβουλευτικόν	τὸ δικανικόν	τὸ ἐπιδεικτικόν
ὁ ἀκροατής	ἐκκλησιαστής, ὁ περὶ τῶν μελλόντων κρίνων	δικαστής, ὁ περὶ τῶν γεγενημένων κρίνων	θεωρός, ὁ (περὶ τῆς δεινότητος) περὶ τοῦ παρόντος κρίνων
μέρη	προτροπὴ καὶ ἀποτροπή	κατηγορία καὶ ἀπολογία	ἔπαινος καὶ ψόγος
τέλος	τὸ συμφέρον καὶ βλαβερόν	τὸ δίκαιον καὶ ἄδικον	τὸ καλὸν καὶ αἰσχρόν"

Sua ex hoc loco Oratoris petiit Quintilianus 8, 3, 11., ubi de genere demonstrativo agit. „Ex operibus, non ad usum publicum et forensem conscriptis, sed ad genus demonstrativum pertinentibus Cicero mentionem facit in epist. ad Qu. fratr. 3, 8, 4,

Vol. 2. p. 318 ed. Schutz. laudationis funebris in Serranum Domesticum pro patre huius m. Novembr. a. U. 699 (55) conscriptae; porro in epist. ad Attic. 13, 37, 3. Vol. 5. p. 264. et 3, 48. p. 287 sq. laudationis Porciae, Catonis sororis, pro Domitio, filio Porciae, et Bruto, affini eiusdem mulieris conscriptae." Hand. s. v. Cicero p. 224.

in unam formam cadunt. i. e. ei conveniunt. Conf. 27, 95. Quintil. 2, 18, 132. Bei.

laudationum. Lambin. et Mey. hunc locum ita ediderunt: *laudationum, suasionum, et historiarum et talium scriptionum, qualem* etc., ubi praeterea Lamb. vocem *et historiarum* delendam putabat. Et quidem haec divisio et hic ordo vocum rationi convenientior est, quam vulgatus. Isocratis Panegyricus mixta laudatione et suasione oratio est, quare putandus Cicero est scripsisse: *scriptionum, qualem* etc., non *suasionum, qualem.* Vulgo enim hic ordo servatur: *laudationum, scriptionum et historiarum et talium suasionum, qualem* etc. „Non nimis audax videri debet Lambini transpositio in scripto ex uno duntaxat codice ad nos propagato, quum praesertim supra viderimus contra codices certe recens collatos cum editionibus aliquot veteribus similiter transponendum esse *incredibili fama virtutum admirabilium* pro *admirabili fama virtutum incredibilium.*" Or.

suasionum. Suasoriae nihil sunt nisi theses ad certas personas et certa tempora revocatae, de quibus Quintil. 2, 4, 25. ita disserit: *Sunt et illae* (theses) *paene totae ad deliberativum pertinentes genus: ducendane uxor, petendine sint magistratus? Namque hae, personis modo adiectis, suasoriae erunt.* 3, 5, 8. *Amplior est semper infinita* (quaestio sive thesis): *inde enim finita descendit. Quod ut exemplo pateat, infinita est, An uxor ducenda? finita, An Catoni ducenda? ideoque esse suasoria potest* etc.

et historiarum. In his verbis, quae suspecta erant Lambino, cogitandum inprimis de concionibus apud historicos tam frequentibus, ceterisque historiae ornamentis atque luminibus rhetoricis. Or. Haec verba minus recte Lamb. abesse voluit; nam etiam infra 20, 66. historia cum demonstrativo genere iuncta tractatur et generi Sophistarum finitima appellatur: *Huic generi historia finitima est, in qua et narratur ornate, et regio saepe aut pugna describitur; interponuntur etiam conciones et hortationes,* ex quo loco simul apparet, quatenus historia sub praeceptionem rhetoricam cadat, neque eam recte hic ex ordine excludi [13]).

---

[13]) Historia et demonstrativum genus rursus iunguntur c. 62, 207. *Ergo in aliis id est in historia et in eo quod appellamus ἐπιδεικτικὸν*

scriptionum. Si vulgatus ordo servatur, ista vox nimis indefinitam notionem habet, quam ut satis perspiciatur, quale ingenii operum genus significet. Atque Orellius quidem negat scriptiones aliter explicari posse, quam cum Strebaeo et Schutzio scripta philosophica, sc. ἐξωτερικά, ornatu oratorio instructa, qualia tamen Cicero nusquam praeceptione sua amplexus est [14]). Hoc igitur quoque argumentum est vocis transponendae, ut orationes scriptae, non habitae, cogitentur.

qualem Isocrates fecit. Qui ante Isocratem rhetorica tractarunt, Corax, Tisias, Gorgias, Protagoras, ceteraque Sophistarum turba, summa isti quidem acutioris ingenii contentione in rerum illustrium disputationibus, quae nunc communes appellantur loci, versabantur, unde pestiferum quoddam in candidiora veritatis eruendae studia philosophica defluxit damnum, utilitas fere nulla. Ecce tibi exortus est Isocrates, qui missis vanis illis et ad ostentationem solum comparatis disputationibus transiit ad genus dicendi forense et deliberativum, quam rem bene illustravit Dionys. Halic. de Isocr. iudic. c. 1. p. 536, 3. ed. Reisk.: *πρῶτος ἐχώρησεν* (Isocrates) *ἀπὸ τῶν ἐριστικῶν τε καὶ φυσικῶν ἐπὶ τοὺς πολιτικούς, καὶ περὶ ταύτην σπουδάζων τὴν ἐπιστήμην διετέλεσεν· ἐξ ἧς, ὥς φησιν αὐτός, τὸ βουλεύεσθαι καὶ λέγειν καὶ πράττειν τὰ συμφέροντα παραγίνεται τοῖς μαθοῦσιν. ἐπιφανέστατος δὲ γενόμενος τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν ἀκμασάντων χρόνον καὶ τοὺς κρατίστους τῶν Ἀθήνησί τε καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι νέων παιδεύσας* etc. Maerck. de Theodect. p. 11. sq. Isocrates inter sophistas, qui eloquentiae operam dabant, novum quasi campum aperuit. Dionys. Iudic. de Isocr. 1. p. 536, 1. *πεφυρημένην δὲ παραλαβὼν τὴν ἄσκησιν τῶν λόγων ὑπὸ τῶν περὶ Γοργίαν καὶ Πρωταγόραν σοφιστῶν πρῶτος ἐχώρησεν* etc. Ipse Protagoras apud Platonem in dialogo, qui ab ipso inscribitur, p. 318. E. (Vol. 2. p. 151. Tauchn.) sic loquitur: *τὸ δὲ μάθημα* (rhetorum) *ἐστὶν εὐβουλία περί τε τῶν οἰκείων, ὅπως ἂν ἄριστα τὴν αὑτοῦ οἰκίαν διοικοῖ, καὶ περὶ τῶν τῆς πόλεως, ὅπως τὰ τῆς πόλεως δυνατώτατος ἂν εἴη καὶ πράττειν καὶ λέγειν* [15]). Ipse igitur Protagoras profitebatur se versari in rebus civitatis, item ut Isocrates, sed contra quam Dionysius Hal. testatur. Gor-

---

placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more illa circumscriptione ambituque, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis.

14) Nisi quis forte huc trahere velit c. 19, 62 — 65., ubi auctor de umbratili philosophorum oratione loquitur et de scriptis philosophicis Theophrasti, Aristotelis, Platonis, Xenophontis. Nec tamen idcirco putaverim tam praeclara tantorum virorum opera mero scriptionum nomine satis insigniri.

15) De hac professione rhetorum vid. Stallbaum p. 51. G.

gias magis verbis, quam rebus operam dedit, ut cognosci licet ex Platonis Gorgia et Phaedro p. 267. A. (Vol. 8. p. 57. Tauchn.) *Τισίαν δὲ Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν, οἳ πρὸ τῶν ἀληθῶν τὰ εἰκότα εἶδον ὡς τιμητέα μᾶλλον· τά τε αὖ σμικρὰ μεγάλα, καὶ τὰ μεγάλα σμικρὰ φαίνεσθαι ποιοῦσι διὰ ῥώμην λόγου· καινά τ' ἀρχαίως, τά τ' ἐναντία καινῶς· συντομίαν τε λόγων καὶ ἄπειρα μήκη περὶ πάντων ἀνεῦρον.* Scripsit igitur Isocrates orationes de rebus publicis, easque perpolitas, et quasi medius erat inter *δημηγοροῦντας* et *σοφιστεύοντας ῥήτορας*. Leloup de Isocrate (Bonn. 1826. 8.) p. 16 sqq. Et profecto rhetoricas exercitationes a rebus futilibus (Laudat. Helen. §. 12. p. 233 Bekk.) revocans idem illud discipulis et amicis diligentissime explicuit et commendavit. Ad hoc perficiendum cum aliis eximiis reipublicae viris *ἑταιρείᾳ* quadam videtur coniunctus fuisse. Quod enim praedicat in laudibus maiorum nimium fortasse opinioni indulgens, in Panegyr. §. 79. p. 62. Bekk. *καὶ τὰς ἑταιρείας συνῆγον οὐχ ὑπὲρ τῶν ἰδίᾳ συμφερόντων, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τοῦ πλήθους ὠφελείᾳ*, id quis dubitet quin serio cum amicis imitatus sit? Erat autem in his egregius dux Atheniensium Timotheus, Cononis filius, e discipulo amicus factus, cuius merita resque gestas Isocrates in oratione *περὶ ἀντιδ.* §. 101 — 139. p. 369. insigni cum laude prosequitur. Pfund. de Vit. et Scriptt. Isocratis (Berol. 1833. 4.) p. 15.

Panegyricum. Extant Isocratis quinque orationes ex genere deliberativo, in quibus respublica tractatur, et demonstrativo: Panegyricus, Panathenaicus, Areopagiticus, Symmachicus et oratio ad Philippum. „Panegyricam orationem — una voce veteres clamant annorum amplius decem opus haberi, (Plutarch. Moral. Vol. 2. de glor. Athen. extr. pag. Vit. 10. oratt. s. v. Isocrates p. 142. Dionys. Hal. de C. V. c. 25. p. 208. ed. Reisk. p. 406. Schaef. Longin. de subl. 4, 2. p. 14. ed. Weisk.) Ad hoc tempus ipse respexit senex in Panathenaico §. 11. p. 262. Bekk. *ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν καὶ πονεῖν καὶ γράφειν ἃ διανοηθείην κατέφυγον, οὐ περὶ μικρῶν τὴν προαίρεσιν ποιούμενος οὐδὲ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων οὐδὲ περὶ ὧν ἄλλοι τινὲς ληροῦσιν, ἀλλὰ περὶ τῶν Ἑλληνικῶν καὶ βασιλικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων, δι' ἃ προσήκειν ᾤόμην μοι τοσούτῳ μᾶλλον τιμᾶσθαι τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα παριόντων, ὅσῳ περ περὶ μειζόνων καὶ καλλιόνων ἢ κεῖνοι τοὺς λόγους ἐποιούμην·* et paulo inferius §. 13. (*πάντες ἴσασιν*), *ἐμὲ τῶν λόγων ἡγεμόνα τούτων γεγενημένον τῶν παρακαλούντων τοὺς Ἕλληνας ἐπί τε τὴν ὁμόνοιαν τὴν πρὸς ἀλλήλους καὶ τὴν στρατείαν τὴν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, καὶ τῶν συμβουλευόντων ἀποικίαν ἐκπέμπειν κοινῇ πάντας ἡμᾶς ἐπὶ τοσαύτην χώραν καὶ τοιαύτην* etc. quae sequuntur de coloniis in fertilissimas Asiae regiones emittendis.“ I. God. Pfund. l. c. p. 13. 14. 15. Panegyrica finita et edita est Ol. 99, 4 (381),

ut Spohn. (dissertat. de tempore Panegyricae) demonstravit, quocum Clinton (ad ann. 380 et in Append. c. 12. de bello Cyprio) suis et propriis vestigiis insistens consentit, v. Pfund. l. c. p. 19. Panathenaica videtur scripta intra Ol. 109, 3 (342) et Ol. 110, 1 (340). Eo tempore auctor sese nonaginta quatuor annos natum fuisse scribit in Panathen. §. 3. p. 260. Bekk. Conf. Cic. Cat. M. 5, 13. v. Leloup l. c. p. 24 sq. Symmachica scripta est Ol. 106, 1 (356), v. Pfund. l. c. p. 21 coll. Clinton ad ann. 356. Areopagitica scripta est, ut videtur, paulo post Symmachicam, sed serius edita, v. Pfund. l. c. coll. Clinton ad annum 353. At Leloup l. c. Symmachicam arbitratur scriptam esse Ol. 105, 3 (358), cum auctor septuaginta quinque annos [16]) natus esset. Denique oratio ad Philippum scripta videtur Ol. 108, 3 (346). Scripta certe est in extrema senectute, ut patet ex ipsa oratione §. 10. p. 92. Bekk. vid. Pfund. l. c. p. 21. Leloup p. 24 sq. Postea tamen etiam alias orationes de republica Leloupio scripsisse videtur. Utrius autem generis, deliberativi an demonstrativi, hae orationes sint, disquirit Westerm. Quaestt. Demosth. 2. p. 20. Dionys. Hal. A. Rh. c. 9, 12. Vol. 5. p. 357. Reisk. (p. 248 Schott.) *ἀλλὰ καὶ πάλιν ὁ Πανηγυρικὸς Ἰσοκράτους τοιοῦτόν τι βιβλίον ἐστὶ, καὶ ὁ Φίλιππος Ἰσοκράτους, καὶ ὁ περὶ τῆς ἀντιδόσεως. ἐν γὰρ τοῖς τρίσι τούτοις βιβλίοις ἐγκώμια διέρχεται· τὸ μὲν Ἀθηναίων· τὸ δὲ Φιλίππου· τὸ δ' ἐξ αὐτοῦ. ἀλλὰ τοῖς μὲν Ἀθηναίων ἐγκωμίοις καὶ τοῖς Φιλίππου, συμβουλὴν ὑποθέμενος, τὸ εὐπρεπὲς τοῦ ἐγκωμίου ἐπραγματεύσατο καὶ πεποίηται ὥσπερ πάρεργον συμβουλῆς τὸ ἐγκώμιον· τὸ δ' ἐστὶν ἔργον τῶν ἐγκωμίων· πάρεργον δὲ ἡ συμβουλή* [17])· *αὐτῷ δ' ἔδωκεν ἐπαίνου ἀφορμὴν ἐν ἀνάγκῃ ἀπολογίας πρὸς τὰ κατηγορημένα.*

Sophistae. Rhetores primum appellabantur oratores, qui in causis forensibus versarentur. Deinde orationes in *πανηγύρεσιν* haberi coeptae sunt. Eas propter usque Gorgias rhetor nominatus est. Primum *σοφισταί* dicti sunt viri in aliquo genere eruditi, non solum poetae, sed etiam musici, medici etc. Deinde hoc nomen nacti sunt, qui in aliquo genere erudiebant. Paulatim id nomen in contemtum abiit, quod maxime operibus Platonis et Isocratis, eos despicientium et ridentium, effectum esse videtur. Praecipue *σοφισταί* nominati sunt magistri artis oratoriae et dialecticae. Antiquiori aetate Sophistae magis philosophica tractabant, posteriori magis eloquentiae studebant. Hos *λογοδαιδάλους*

---

[16]) Imo septuaginta octo, siquidem natus anno a Chr. 436. G.

[17]) Puto scribendum esse: *καὶ πεποίηται τῷ μὲν ὥσπερ πάρεργον συμβουλῆς τὸ ἐγκώμιον· τῷ δ' ἐστὶν ἔργον τὸ ἐγκώμιον, πάρεργον δὲ ἡ συμβουλή.* Ubi *τῷ μὲν* redit ad Philippicam, *τῷ δὲ* ad Panegyricam.

dicebat Plato, ab aliis ῥήτορες dicti sunt. vid. Leloup de Isocr. p. 13 sqq. et Westerm. Quaestt. Demosth. 2. p. 14.

reliquarumque rerum. Schutz. *rerum* deletum volebat. Equidem *earum* malim scribere. Vulgatam tuetur Orell: scribens: „Aeque ac Schutzius in hoc loco aliquando, sed immerito, ipse haesi in Sestianae §. 67. *Pompeius restitit auctoritate sua reliquis rebus, de praeteritis questus est,* ubi exspectabam *reliquis sceleribus* vel simile quid. Sed in casibus praesertim obliquis Cicero solet dicere *reliquarum rerum, reliquis rebus* pro neutris eiusdem formae cum masculinis, et propterea σολοικοφανέσι.“

formam. Hanc vocem Lambin. transpositam vult ante *non complectar.* Non opus est.

contentione. ἀγῶνι, cui ex adverso ponitur delectatio.

non quo negligenda sit. Saepe ubi duo membra inter sese respondere debebant, priore nonnullis adiectis uberius explicata alterum supprimitur, ita tamen ut sententia secundi membri nonnunquam post longum intervallum aliis verbis exponatur. Aliquanto magis alterum membrum priori relatum latet hoc loco. Namque post verba: *reliquarum rerum formam — non quo negligenda sit: est enim illa quasi nutrix eius oratoris, quem informare volumus* etc. multa scriptor addit de orationis formis et quasi figuris, in genere illo demonstrativo usitatis, ut intelligatur, quomodo illa nutrix summi oratoris dici possit. Denique c. 12, 42. haec sequuntur: *sed quod educata huius* (generis demonstrativi) *nutrimentis — nos autem in aciem dimicationemque descendamus.* Unde intelligitur, Ciceronem hoc loco ita dicere instituisse: non complectar hoc tempore, non quo negligenda sit, sed quod nobis iam in aciem dimicationemque descendendum est. Matthiae de Anacoluthis apud Ciceron. in Fr. A. Wolfii Analectt. liter. fasc. 3. p. 3.

ab hac et verborum. Durch diese Gattung (die epidictische oder Schulberedsamkeit) wird die Fülle des Ausdruckes und der durch die Stellung der Worte zu erreichende Wohlklang unterhalten und die Rücksicht auf rednerischen Wohllaut erhält hier mehr Spielraum. Quod enim studium in certamine forensi, ubi de vita et bonis aliisque seriis causis agitur, ineptum visurum esset, ut scholam et umbram redolens, et propterea causae dicentis magis nociturum, quam profuturum esset, id a schola ipsa minime alienum videtur.

constructio. non est fabricatio verborum, ut Brewer accepit, sed idem quod structura c. 44. Conf. 60, 202 extr. Bei.

§. 38. *arguti — ambitus.* studierte, abgemessene und ab-

gerundete Perioden. De voce *argutus* v. Doederl. Lat. Synon. Vol. 2. p. 161. 163.

verba — dimensa. Nonius in *demensum.* Conf. Orat. 19, 65. 25, 84. 49, 164. 165. 52, 175. 65, 220. Cic. de Orat. 3, 54, 206. *aut quae paribus paria referuntur.* Apud scriptorem ad Herenn. 4, 20, 27. haec figura dicitur *Compar.* Adde Demetr. de Elocut. §. 25. Dionys. Hal. A. Rh. 1, 8. p. 232. Reisk. (p. 16. Schott.) Ἰσόκωλα quae Graece dicuntur, significat, quorum exemplum huiusmodi est apud Matth. Theorie des lat. Stils p. 43. ex Cicer. or. pro Milon. 36, 76. *odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Goethe:

Der König sprachs, der Page lief;
Der Knabe kam, der König rief.

Schiller:

Der Waba ist kurz, die Reu ist lang.

His Cic. de Orat. 3, 54, 206. adiicit: *aut quae sunt inter se similia,* quae sunt τὰ πάρισα Aquilae Rom. c. 24. p. 168 Ruhnk. Conf. de paribus et similibus Quintil. 9, 3, 80.

conferantur pugnantia. Describit figuram antitheti, cuius exemplum extat infra c. 49, 167. ipsius auctoris ex Verrinis Act. 2. 4, 52. Hallerus:

Glückseliger Verlust von schadenvollen Gütern.

Conf. G. Hermanni Opuscc. Vol. 1. p. 109. init. De antithesi disputant I. Chr. Th. Ernesti lex. technol. Gr. rhett. p. 27. Harpocration s. v. ἀντίθεσις, Theophrast. apud Dionys. Hal. iudic. de Lys. c. 14. p. 484. Reisk.

pariter extrema terminentur. Describitur ὁμοιοτέλευτον, cuius apud Matthiaeum l. c. p. 46. hoc exemplum est ex Cic. or. pro Milon. 2, 5. *ad eius non salutem modo exstinguendam, sed etiam gloriam infringendam.*

in cadendo sonum. H. e. es reimt sich. Quodsi membra orationis iisdem nominum casibus terminentur, exsistit id, quod ὁμοιόπτωτον appellatur: eadem in Orat. 25, 84. dicuntur *eodem pacto cadentia.* Quale est hoc apud Matth. l. c. p. 46. ex Aquila Rom. c. 25. p. 169. *huic igitur socios vestros criminanti, et ad bellum vos exhortanti, et omnibus modis, ut in tumultu essetis, molienti.* Hoc simul est exemplum annominationis sive παρονομασίας, nam postremum vocabulum sonum reddit non prorsus parem, sed habet extremum membrum *parvam verbi immutationem,* ut est apud Cic. de Orat. 2, 63, 256, ubi hoc exemplum alliterationis est: *nobiliorem* et *mobiliorem.* Hinc scriptor infra c. 39, 135. *quum verba,* ait, *breviter commutata ponuntur;* v. Matth. l. c. p. 43. De alliteratione in universum dixit Naeke in Museo Rhenan. ann. 3 (1829) p. 324 sqq. et in Prooem. indic.

praelectt. Bonneus. anni 1831 hibern.; de alliteratione apud Ciceronem. Zumpt. ad Cic. Verrin. Act. 2. libr. 4, c. 5, 10. *putabant ereptionem esse, non emptionem.* „Annominationis, ait, figuram agnosco, quam describit auctor ad Herenn. 4, 21, 29. Rutil. Lup. c. 3. p. 11 sq. Ruhnk. Quintil. 9, 3, 69 sqq. et 75. At praeter exempla, quae illi laudant, alia sunt Ciceronis de N. D. 1, 7, 17. Quamquam hoc quidem genere Cicero multo parcius utitur, quam posset exspectari a tanto hominis nomine, si ipsum genus satis probasset, nec aut frigidum aut leve putasset [18]). — Magis rerum proprietate praepositionibus distinguenda delectatur, qualia illa sunt, quod Divin. 9, 28. Caecilium literas non *deportare* sed *asportare* velle dicit, et 1, 4 (?) Verrem sibi neque occulte *percipi*, neque impune *eripi* posse, aliaque multa.“ De alliteratione apud Plautum adi G. A. B. Wolffium Prolegg. in Plauti Aulalariam (Numburg. 1836. 4.) p. 37 sqq. Stolbergius Comes:

Sah die blanken Speere blinken.

Schiller:

Mir gefällt ein lebendiges Leben,
Mir ein ewiges Schwanken, und Schwingen und Schweben
Auf der steigenden fallenden Welle des Glücks.

Multi in hoc genere fuerunt maiores nostri iunctis saepenumero cum alliteratione verborum sonorumque lusibus, quos imitatus Schiller:

Lässt sich nennen den Wallenstein;
Ja, freilich ist er uns Allen ein Stein
Des Anstosses und Aergernisses,
Und so lang der Kaiser diesen Friedeland
Lässt walten, so wird nicht Fried im Land.

Adde Ernest. lexic. technol. gr. rhett. s. v. *παρονομασία*, Heindorf. ad Plat. Phaedr. c. 40. p. 241. D. et in addendis ad h. l. p. 361. ed. prior. — Dionys. Hal. iudic. de Thucyd. c. 48. p. 935. Reisk. in verbis Thucyd. 6, 76. *καί μοι δοκοῦσιν οὐ Λεοντίνους βούλεσθαι κατοικίσαι, ἀλλ᾽ ἡμᾶς μᾶλλον ἐξοικίσαι* ait inesse *ψυχρὰν παρονομασίαν;* mihi quidem videtur inesse contrariorum sponte sua occurrentium relatio. De toto hoc genere figurarum in similitudine vocum posito v. quos citavit C. Beier. ad Cic. Lael. 23, 88. p. 137 sq. Schoenborn de authentia declamationum Gorgiae Leontini (Vratisl. 1826. 4.) p. 20. 21 sqq.

in Panathenaico. §. 2. p. 259. Bekk.

ea studio se consectatum. Haec est librorum varietas: *ea*

---

[18]) Hoc idem erat iudicium Lucilii poetae apud A. Gell. N. A. 18, 8. G.

studiose consecutum Gu. 1. (quamquam dubitanter de hoc quidem Orell. loquitur), marg. Tulichii, Norimb. Ven. 1. Med. Ern. *ea studiose consectatum* Eins. Asc. 2. *ea studiose se consectatum.* Iunt. 2. *ea studio se consectatum.* Sch. 2. probante Beiero; *ea se studiose consectatum* Gu. 2. (teste Orellio in ed. 1.) Ald. 2. Lambin. *consectatum esse fatetur* Dr. *Consecutum* fert etiam Asc. 1. *ea studiose se consecutum* suspicatur Ern. Triplex oritur quaestio: 1. utrum *se* legendum, an omittendum sit. 2. si *se* legitur, utrum *studio se*, an *se studiose*, an *studiose se* praeferendum sit. 3. utrum *consecutum* an *consectatum* praestet. I. Pronomina *me*, *te*, *se* in structura accusativi cum infinitivo non raro omitti, docuerunt Goerenz. ad Cic. Fin. B. et M. 2, 3, 9. p. 124. et alii, quos citavit F. Hand. ad Wopkensii Lectt. Tullian. p. 13. Conf. supr. c. 7, 23. Nec tamen id semper fieri posse, et sponte sua apparet, nec praesenti loco omittendum esse, probavit mihi et Orellio idem Handius, cuius haec verba sunt: „Ubi in pronomine propria inest vis maior, aut ubi ambiguitas qualiscunque removenda est, necessario ponitur pronomen. Nec deesse facile potest ob hanc vim in oratore, sive scribamus cum Aldo *ea se* sive cum Ernestio *studiose se.* Id, quod Meyerus e cap. 69, 230. affert ipsum habet *se.*" II. Schutz. scripsit *studio se*, sicut antea dicatur *de industria* et Brut. 8, 33. *dedita opera.* Contra Goerenz. ad Cic. Fin. B. et M. 1, 10, 33. p. 46 vers. fin., etsi *studio* ex Graeco *σπουδῇ* defendi possit, tamen a Schutzio (in ed. 1. ? nam in altera habet *studio se*, ut dixi) *studiose* verissime contractum esse affirmat. Addideris ad haec a Goerenzio dicta, non aliter *studiose* infr. c. 56, 190 positum esse, quam sensu, quo hic opus est i. e. de industria, absichtlich. Nihilominus praetuli *studio se*, quia *studio* eodem sensu praeditum est, et mihi scripturam librorum, qui plerique *studiose* sine *se* habent, intuenti tutissimum visum est, ne *se* deesset, neve librorum, certissimorum in talibus locis ducum, fidem transgrederer, diductis syllabis, facillima emendandi ratione, *studio se* legere. III. *Consequi* pro *consectari* dici a Cicerone, docuit Ern. in cl. et vulgatam *consecutum* praesenti loco mutari vetat Goerenz. l. c. scribas dicens sic saepe mutasse *consequi* et *consectari*, de qua re dixit idem ad Cic. Legg. 2, 7, 18. *eum morem igitur cum brevitate, si potero, consequar* [19]). Tametsi hic quoque apud me maior numerus librorum praevaluit, in quibus Einsiedlensis est. Ceterum „hunc locum et 12, 42. respicit Quintil. 10, 1, 79." Bei.

---

19) Contrario modo *persequi* dici pro *consequi*, et Homerice *διώκειν* pro *κιχεῖν* animadvertit Doederl. Lat. Syn. Vol. 3. p. 148. sq.

§. 39. *Thrasymachum*. Conf. infr. c. 52, 175. de Orat. 3, 16, 59. 32, 128. Brut. 8, 30. Plat. de Rep. 1, 10. p. 328. 336 sqq. (Vol. 5. p. 3. 15. Tauchn.). Quintil. 3, 1, 10. Adde quos citavit Wachsm. A. Gr. 2, 2. p. 449, 22.

Leontinum — Gorgiam. Quod Lambinus scripsit *Gorgiam Leontinum ferunt*, fecit contra frequentissimum usum Ciceronis, ex quo patria hominis nomini praeponitur, *Ponticus Heraclides, Phalereus Demetrius* etc. Or.

Gorgiam. Quem Plato in dialogo cognomine traducit, Empedoclis discipulum, teste Quintil. 3, 1, 8., Isocratis magistrum, v. ibidem 3, 1, 13.

Theodorum. Quem Plato perstringit in Phaedro p. 261. C. p. 266. E., ubi v. Heindorf. p. 315 sq. ed. pr. Conf. Villoison. Anecdd. Gr. Vol. 1. p. 230. Diogen. Laert. 2, 104. Cic. Brut. 12, 48. Quintil. 2, 15, 16. 3, 1, 11.

inde. post Gorgiam, non post Thrasymachum, ut monui in Prolegomenis alteris ad Orat. de doctrina numeri Tulliana c. 4. §. 2.

λογοδαιδάλους. Conf. Quintil. 3, 1, 11. Apud Platonem est singularis λογοδαίδαλον de uno Theodoro: quare Spaldingius locum eius corruptum esse suspicatur, contra iudicante Heindorfio, et merito. Quid enim Tullium prohibebat, quominus ab uno id nomen traduceret in omnes, qui cum Theodoro eandem causam haberent?

in Phaedro Socrates. p. 266. E.

versiculorum similia. Etenim illi oratores, rudes in arte, studio concinnitatis, quam unam venustatem novissent, *in paribus contrariis immodici* (Quintil. 9, 3, 74.) membra orationis fingebant plus quam numerum oratorium habentia, versiculorum proinde similia.

depicta. Hoc est, allzu künstlich gruppirte Satzglieder. Schutzius legi vult *adstricta*, immemor locorum, ubi haec eadem depicta oratorum cuidam generi tribuuntur, velut in Brut. 37, 141. *σχήματα enim, quae vocant Graeci, ea maxime ornant oratorem; eaque non tam in verbis pingendis habent pondus, quam in illuminandis sententiis*. Ibid. c. 85, 293. *Lysiae — quo nihil potest esse pictius* coll. 9, 38., ubi de eodem Lysia agitur: *et suavis — videri maluit, quam gravis, sed suavitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret, tantum ut memoriam concinnitatis suae, non (quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis), cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, a quibus esset auditus*. His adde Aquil. Rom. de figur. c. 21. p. 165. *Sunt igitur figurarum elocutionis aliae ad ornandam tantum et quasi pingendam orationem accommodatae,*

quibus princeps Gorgias Leontinus usus est, sed sine modo. Vides ex his omnibus, *pictum* illud referri ad concinnitatem, etiam in his: Orat. 27, 96. *est enim quoddam etiam insigne et florens orationis, pictum et expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores.* c. 19, 65. *a re saepe discedunt* (Sophistae), *intexunt fabulas, verba apertius transferunt, eaque ita disponunt, ut pictores varietatem colorum: paria paribus referunt, adversa contrariis, saepissimeque similiter extrema definiunt.* Adde denique c. 50, 169. verba de antiquissimis oratoribus, minus peritis illis numerosae orationis. *Quid? si antiquissima illa pictura paucorum colorum magis, quam haec iam perfecta delectet illa nobis sit, credo, repetenda, haec scilicet repudianda.* Paucos colores dicit illa isocola et antitheta et similitudinis omnino figuras, ad nauseam usque repetitas. Etenim ut artificium delineandi et pictorum ars quaedam est necessaria in disponendis figuris et coloribus, ita apud illos antiquissimos oratores, quorum agmen ducebat Gorgias (Cic. de orat. 1, 22, 103. de Fin. B. et M. 2, 1, 1.) artificium disponendorum orationis membrorum cernebatur in illis verborum figuris, quod nescio an recte reddideris Gruppirung, quae vox non minus quam *depicta* ex arte delineandi pingendique sumta transfertur in alias quascunque artes, ut discas ex Sulzeri Theorie s. v. Gruppe Vol. 2. p. 454ᵃ. fin. Huc pertinent partim verba C. O. Muelleri Archaeol. p. 430. §. 319. 7., quae posui supra in adn. ad §. 36. Et Plinii H. N. 35, 11. p. 8. Tauchn. *Deinde adiectus est splendor, alius hic quam lumen: quem quia inter hoc et umbram esset, appellaverunt τόνον: commissuras vero colorum et transitus, harmogen.* Idem 35, 36, 5. p. 17. hanc artem temperandorum colorum appellat *symmetriam picturae*, itidemque 35, 36, 21. p. 27. *Eadem aetate fuit Asclepiodorus, quem in symmetria mirabatur Apelles.* et 35, 40, 25. p. 31 sq. *Volumina quoque composuit* (Euphranor) *de symmetria et coloribus.* Quod apud eundem est 35, 36, 10. p. 20. *Nam cedebat* (Apelles) *Amphioni de dispositione, Asclepiodoro de mensuris, hoc est, quanto quid a quo distare deberet*, dubium est, utrum symmetria colorum, an dispositio figurarum significetur. Puto equidem, utrumque. Quod autem Orat. 19, 65. legitur: *eaque ita disponunt* (Sophistae), *ut pictores varietatem colorum*, id nonnullis visum est comprobare coniecturam Lambini, legentis: *et versicolorium* (vel *versicolorum*) *similia quaedam, nimiumque depicta*, idque a Meyero calidius quam circumspectius in ordinem verborum receptum est, et perperam Heindorfio ad Platonis Phaedr. c. 112. p. 316. comprobatum, quanquam in Vit. reperitur. At ceteri (etiam Eius.) *versiculorum*, de cuius scripturae

sensu Meyerus perverse iudicavit, et sine fructu provocavit ad Quintil. 8. prooem. 20., ubi est *versicolor elocutio.* Sed ea longe diverso sensu intelligenda: poterat etiam ad Quintilianum 19, 1, 33. provocare, ubi Demetrio Phalereo tribuit *versicolorem vestem*. At versicoloria dicta sunt hoc utroque loco de vario ornatu florum sive translationum (Tropen), in quo plurimus erat Demetrius ille, ut discimus ex Oratore c. 27, 92. Conf. Gesner. ad Quintil. 8. prooem. 20. Vol. 3. p. 187. ed. Spalding, qui usum illum traductum in orationem esse docet a vestibus Cois: et Spaldingius post Boettigerum monet, versicolores vestes esse meretricum, ut significetur elocutio, quae *res ipsas effeminat, quae illo* (floridiore) *verborum habitu vestiuntur*, ut est apud Quintilianum ibidem [20]). His adde, quod locus Ciceronis Partitt. oratt. 21, 72. et de Orat. 3, 47, 182. *ne plane in versum aut similitudinem versuum incidamus*, a Schutzio allatus, satis vulgatam *versiculorum* tuetur: idque lucidissimum fiet infra post c. 41. ex doctrina numeri oratorii.

sine ullis salebris. Nonius in v. *salebris.*

canit — bellicum. Bellicum canere tropice dicitur ad arma vocare, ad bellum irritare. Phil. 7, 1, 3. *iidem — bellicum me cecinisse dicant.* pro Muren. 14, 30. *omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur, simul atque aliquis motus novus bellicum canere coepit.* Ern. in cl. s. v. *Bellicum.* His adde Quintil. 9, 4, 11. *non eosdem modos adhibent, cum bellicum est canendum, et cum posito genu supplicandum est.* Quid sit bellicum canere, ex his apparet, sed qui Thucydides in historia bellicum quodammodo canere dici possit, non item, neque explicat Quintil. 10, 1, 33., ubi hunc locum Oratoris repetit. Vellem etiam, Beierus non ita brevis fuisset, dum scribit, *canere bellicum* paulo alio significatu dici in Philippicis pro irritare ad bellum. Quo tandem significatu? An id est, quod de Antipatro scribit Cicero de Orat. 2, 12, 54. *Paululum se erexit, et addidit historiae maiorem sonum vocis — Antipater. Ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.* Ubi *sonus vocis* significare videtur idem, quod dicitur lebhafte Darstellung, idque convenit cum verbis: *incitatior fertur*, quibus idem significari alio loco dicetur [21]). Ut sit: durch Thucydides wird man gleichsam in das Geschrei und Getümmel des Krieges selbst versetzt. Eam descriptionis rerum virtutem *μίμησιν* dicere videtur Duris Samius apud Photium Bibl. cod. 176. p. 204. ed. Hoeschel. (p. 121^b.

---

[20]) Similiter Angli: a meretricious taste (having a gaudy but deceitful appearance. WEBSTER), quo odiosum ornatum significant.

[21]) Ad Orat. 20, 67.

init. Vol. 1. Bekk.), de quo loco ita iudicat Marx. ad Ephorum p. 40. adn. 16.: „Hanc *μίμησιν* ego eam narrationis artem intelligo, qua res gestae ad oculorum quodammodo sensum transferuntur,“ et affert locum praesentem, (verum non ex Oratore, sed tanquam ex libr. de Orat. 2, 12, 54.) An *bellicum canere* referri dicemus ad Thucydidis *μίμησιν τῶν παθῶν, τὸ δεινὸν* et *παθητικόν*? Id quidem maxime in eius orationibus cernitur. Vid. adn. ad c. 6, 20. Id tamen minus apte *bellicum canere* dici videri possit. Fortasse rectius utrumque iunctum intelligetur et *τὸ γραφικὸν* et *τὸ παθητικὸν τοῦ λόγου*. Et quidem Plutarch. V. Nic. n. l. ab init. Thucydidem dicit *παθητικώτατον καὶ ἐναργέστατον*. Nullus autem locus aptior ad declarandum id, quod volumus, quam Plutarchus de glor. Athen. p. 367. Reisk. ὁ — *Θουκυδίδης ἀεὶ τῷ λόγῳ πρὸς ταύτην ἁμιλλᾶται τὴν ἐνάργειαν, οἷον θεατὴν ποιῆσαι τὸν ἀκροατὴν καὶ τὰ γινόμενα περὶ τοὺς ὁρῶντας ἐκπληκτικὰ καὶ ταρακτικὰ πάθη τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἐνεργάσασθαι λιχνευόμενος. ὁ γὰρ παρὰ τὴν ῥαχίαν αὐτῆς τῆς Πύλου παρατάττων τοὺς Ἀθηναίους Δημοσθένης* (4, 9), *καὶ ὁ τὸν κυβερνήτην ἐπισπέρχων Βρασίδας ἐξοκέλλειν καὶ χωρῶν ἐπὶ τὴν βάθραν καὶ τραυματιζόμενος καὶ λειποψυχῶν καὶ ἀποκλίνων εἰς τὴν παρεξειρεσίαν* (4, 12), *καὶ οἱ πεζομαχοῦντες μὲν ἐκ θαλάττης Λακεδαιμόνιοι, ναυμαχοῦντες δὲ ἀπὸ γῆς Ἀθηναῖοι* (ibid.) *καὶ πάλιν ὁ ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων, ἰσοῤῥόπου* [22]) *τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας, ἄλαστον ἀγῶνα καὶ σύστασιν τῆς γνώμης ἔχων διὰ τὸ ἀκρίτως συνεχὲς τῆς ἁμίλλης, καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς συναπονεύων* (7, 71), *μεστὰ τῇ διαθέσει καὶ τῇ διατυπώσει τῶν γινομένων γραφικῆς ἐναργείας ἐστίν*. (Sic enim hunc locum scribendum existimo.) Conf. Popponis edit. Thucyd. 1, 1. p. 265.

Theophrastus. Eresi in insula Lesbo natus, prius Tyrtamus appellatus (Diogen. Laert. 5, 38), nam alterum nomen a divina paene eloquentia tulisse dicitur Orat. 19, 62. Conf. Brut. 31, 121. Quintil. 10, 1, 83. Quanquam non vere Attice loqui unquam didicit, ut constat ex lepida narratiuncula apud Cic. Brut. 46, 172. Quintil. 8, 1, 2. Conf. Wachsm. A. Gr. 2, 2. p. 386, 8. Vixit ab Ol. 97, 1. (392) usque ad Ol. 123, 1 (288) secundum Saxium Onomast. Vol. 1. p. 83., vel usque ad Ol. 123, 3 (286) secundum Wachsmuthium l. c. p. 475, 11. Discipulus fuit Aristotelis, v. Quintil. 3, 1, 15., eiusque in Lyceo successor et librorum heres v. Maerck. de Theodect. p. 36. Ipsius autem discipulus et successor Demetrius Phalereus fuit, teste Cic. Brut. 9, 37.

---

[22]) Fallor, an hoc verbo proposita a me apud Thucydidem scriptura: *καὶ διὰ τὸ ἀγχώμαλον ἀνώμαλον καὶ τὴν ἔποψιν τῆς ναυμαχίας ἐκ τῆς γῆς ἠναγκάζοντο ἔχειν* firmatur?

conf. Maerck. l. c. p. 38. Successerat autem Theophrastus Aristoteli Ol. 114, 2 (323) secundum Saxium Onomast. Vol. 1. p. 83. De rebus quibusdam philosophicis ad artem oratoriam pertinere putatis Aristoteles Theophrastusque non modo plura, quam omnes dicendi magistri, sed etiam meliora scripsisse dicuntur a Cicerone de Orat. 1, 10, 43. Nihilominus Theophrastus moriens accusasse naturam narratur, quod corvis et cornicibus vitam diuturnam, hominibus tam exiguam vitam dedisset, ut est apud Ciceronem Tusc. Dispp. 3, 28, 69. Quod praesenti loco Oratoris Theophrasti dictum refertur, id ex Arte eius rhetorica [28]) desumtum videtur, quae altero loco Oratoris 24, 79. et ipsa rursus significatur, itidemque a Diogene Laert. 5, 7, 48. Hermogene progymnasmatis, Cicerone de Divin. 2, 1, 5. Demetrio de Elocut. §. 41. 114. 173. 222., a Dionysio Hal. de C. V. c. 16. p. 101, 4. Reisk. (p. 212. Schaef.) et iudic. de Lys. c. 14. p. 483, 6. Reisk. (p. 129 Taylor.), et aliis locis vel significatur vel nominatim affertur, quae indicavi in adn. ad Demetr. §. 41. p. 102. — Quintiliani 3, 1, 15. de hoc opere Theophrasti haec sunt verba: *Theophrastus — Aristotelis discipulus de arte rhetorica diligenter scripsit: atque hinc vel studiosius philosophi, quam rhetores, praecipueque Stoicorum ac Peripateticorum principes.* Conf. Fabric. Bibl. gr. Vol. 3. p. 451. Harl. Meurs. Theophrast. §. CLXVII. Locus ex Arte rhetorica affertur a Dionysio Hal. in iudic. de Lys. c. 14. Vol. 5. p. 484, 2. Conf. iudic. de Isocrat. c. 3. p. 539, 11. et adn. ad Orat. 24, 79. Scripsit praeterea opus, cuius idem consilium fuisse videtur, quod Aristoteli in componenda *συναγωγῇ τεχνῶν*. Idem enim argumentum Theophrastus tractasse videtur in libro item deperdito *περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν, εἴδη ιζʹ*. Vid. Maerck. de Theodect. p. 36. Memoratur praeterea opus eius de civitate sive republica a Cicerone de Divin. 2, 1, 4., quod non aliud fuisse credibile est, quam quod Diogenes Laert. 5, 45. 49. memorat sub titulo *περὶ ἀρίστης πολιτείας*. Conf. Cic. de Legg. 3, 6, 14. de Fin. B. et M. 5, 4, 11. ibique Goerenz. p. 542. et Wachsm. A. Gr. 2, 2. p. 475, 11. Scripsit praeterea librum de luctu sive Callisthenem, cuius mentionem fecit Cic. Tusc. Dispp. 3, 10, 21. 5, 9, 24. 25. Porro apud Cic. ad Attic. 2, 3, 4. Vol. 1. p. 147. ed. Schutz. mentio libri Theophrasti fit *περὶ φιλοτιμίας*, sic enim posuit P. Victorius, cum antea fuisset *περὶ φιλομαθίας*, quia a Diogene Laert. 5, 49. memoratur Theophrasti liber sub illo titulo. At Tunstallus scribi volebat *περὶ πολιτείας*, probante Ernestio Indic. Histor. Cic. s. v. Theophrastus, quia illum librum Cicero ex bibliotheca fratris pe-

---

[28]) Inscripta erat *περὶ Λέξεως*.

tierit conscribendis libris de republica tunc occupatus. Mihi quidem scribentibus de republica etiam liber περὶ φιλοτιμίας (de simultate) utilis esse potuisse videtur. Deinde Theophrastus legitur quaedam contra Timaeum historicum de Zaleuco legumlatore Locrorum contendisse apud Ciceronem de Legg. 2, 6, 15. et in Epistt. ad Attic. 6, 1, 14. Vol. 3 p. 226. Id scripserat in opere περὶ τῆς τῶν Λοκρῶν πολιτείας, quae est opinio Heynii Opuscc. Academ. Vol. 2. p. 63. Mentio fit a Cicerone de Offic. 2, 16, 56. eius libri de Divitiis, et apud eundem de Fin. B. et M. 5, 5, 12. libri de Vita Beata. Extant Theophrasti etiamnunc Historiae Plantarum libri 10 et Causarum Plantarum libri 8. Qui autem praeterea supersunt triginta unus χαρακτῆρες ἠθικοί, post ipsum ex libris ipsius philosophicis collecti esse nonnullis videntur. Vid. H. E. Fossii de Theophrasti Notationibus Morum Commentationes duae. Brandenb. Nov. 1834. 35. 4. et Fr. Thiersch. in Actt. Philol. Monacc. Vol. 3. fasc. 3. p. 377 sqq. scripsit denique Theophrastus περὶ αἰσθήσεως, qui libellus magnam partem superest, de quo vid. I. Fr. Guil. Burchard. in Democriti de sensibus fragmentis (Mindae 1830. 4.) p. 3 sq.

historia commota est. Die Geschichte ist durch sie angeregt worden, dass sie beredter und schöner als die Vorgänger sich auszudrücken unternahm. Quintil. 3, 1, 8. *nam primus post eos, quos poetae tradiderunt, movisse aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur*, ubi v. Spalding. Vol. 1. p. 421. et, quem Meyerus citavit, Bentl. ad Horat. Carm. 3, 7, 20.

§. 40. *leniter.* Vulgo erat *leviter.* „Possum intelligere paullulum, sed verum esse puto *leniter*, quod magis sententiae convenit, et eruditae disputationi.“ Ern. Iordan Specim. Quaestt. Tullian. (Halberst. 1834. 4.) p. 12 sq. probat *leniter*, comparans Cic. de Orat. 2, 33, 145. *arrisit hic Crassus leniter* coll. Fin. B. et M. 1, 8, 26. de Rep. 6. §. 12. leniter *arridens*, ubi nulla scripturae varietas est. Ibidem p. 11. sqq. Iordan agit de differentia vocum *levis* et *lenis.* „*Lenia* proprie ea dicuntur, quae mollia sunt et nullam habent asperitatem, deinde mitia, quae omni vehementia et acritate carent [24]), tum quae a severitate et crudelitate sunt aliena; *levia* vero ea, quae pondere carent, quae nullius sunt momenti, exigua, parva. *Leve* iudicium illud dicitur, in quo res iudicantur, quae non magni sunt momenti [25]); *lenitas* vero iudicii non ad res refertur, quae in iudicium veniunt, sed

---

[24]) Hinc est, quod *lenia* ex adverso ponuntur etiam nervis sive viribus v. Bentl. ad Horat. A. P. 26. G.

[25]) Leve iudicium etiam illud dicitur, quod non satis subtile. G.

ad genus iudicii et ipsam actionis, quam quis eligit, formam et naturam [26]).“ Conf. interpp. ad Cic. de N. D. 2, 57, 143.

concisus. in kleine Satzglieder (incisa et membra) zerstückelt.

Theodorus. Hoc nomen Ernesti reposuit pro nomine Thucydidis, quod est in editis ante eum. Illud nomen hic reponendum esse, in clave monuit. „Est enim, ait, hic tertius ex iis, quos ante nominaverat. Thucydides non fuit in Sophistis. Nonius in *rotundum* habet *Theodectes*, sed etiam hic alienus est ab hoc loco.“

praefractior. zu abgebrochen, contrarius ei, qui *uno tenore fluere* dicitur supra c. 6, 21. Quippe praefractum idem illud concisum minutis membris dicit, quod modo Thrasymacho tribuit: cui ex adverso ponitur dilatata, tracta et fusa oratio, die periodische Satzbildung. Illud praefractum Quintilianus modo *praeceps* dicit, ut 9, 4, 83., modo *fragosum.* Fragosa autem non solum contrarie ponuntur fusae orationi; sed etiam levi, syllaba priori producta, ut fragosa oratio sit pro aspera. Vid. Spalding. ad Quintil. 9, 4, 116. Vol. 3. p. 620.

numeris explere. Seine Perioden ganz auszuführen mit angenehmerem Rhythmus. Conf. Liv. 7, 2. *impletas modis saturas*, die ganz in Musik gesetzten dramatischen Stücke.

officina — eloquentiae. Etenim Isocrates non tam dicendi, quam docendi facultate valebat, v. Maerck. de Theodect. p. 14. coll. p. 9. sq. adn. 2. 3. De Isocratis discipulis peculiarem librum scripserat Hermippus, vid. ibidem p. 2. adn. 2. p. 14. adn. 11. et inprimis p. 39. „Opus autem Hermippi certe tribus libris constitit, quum Athenaeus 8. p. 342. C. afferat eius tertium librum. Conf. etiam Meieri prooem. indic. scholl. academ. Halens. 1831. p. 4.“ I. Liebmann. de Isaei vit. et scriptt. (Halis 1831. 4.) p. 3. Isocratis scholam auctor βίου Ἰσοκράτους p. XI. dicit prope Lyceum gymnasium fuisse. Et Plutarch. vit. 10 Oratt. s. v. Isocrates p. 140. narrat, ei plus centum discipulos fuisse. Ex his Isocrates ipse or. de Antid. §. 93. sqq. p. 367. Bekk. appellat, qui publice aureis coronis donati sint; alios aliunde cognovimus, ut Aphareum ipsius privignum, Androtionem, Asclepiadem, Diodotum (v. Isocrat. epist. 4. §. 1. p. 489 Bekk.), Dioscoridem, Ephorum, Theopompum, Theodectem, Isaeum, Isocratem Apolloniatem, Cephisodorum, Coccum, Crateta Trallianum, Lacritum Phaselitem, Naucratem, Philiscum Milesium. Hos quidem Fabricius, Ruhnkenius et Coraes nominaverunt. Ex scriptore βίου

---

[26]) *Lenibus* aspera sensu morali; *levibus* eadem sensu physico contrarie ponuntur. G.

accedunt Hyperides, Lycurgus, Pytho Byzantius, orator Philippi. Demosthenis magister primum Isaeus, Isocratis discipulus, fuit, ut tradit Dionys. Hal. in iudic. de Isae. c. 1. p. 588. Reisk. Praeterea Plutarch. vit. Demosth. c. 5. narrat, Demosthenem Alcidamantis et Isocratis artes, ut edisceret, clam occultoque sibi comparasse [27])." Pfund. de vit. et scriptt. Isocratis (Berolin. 1833. 4.) p. 23 sq., qui peregrinis Isocratis discipulis addit alios, „quos undecunque, ex Sicilia, Ponto, aliisque locis, ut erudirentur, Athenas ad se confluxisse ipse gloriatur Isocrates de Antid. §. 224. p. 396. Bekk., eosque magno cum desiderio et lacrymis a se discessisse (ibidem §. 87. 88. p. 366. Bekk.) narrat [28]). — Ab Isocratis discipulis per saecula derivarunt artem et praecepta *Isocratici*, qui audiunt. Hos lusit Lucilius, Romanorum poeta, apud A. Gellium N. A. 18, 8., eorumque frequens mentio extat apud Ciceronem, Dionysium, Longinum et alios rhetores." De Hyperide, Theodecte, Androtione, Isocratis discipulis, v. Westerm. Quaestt. Demosth. 2. p. 22., ibique adn. Plurimi etiam Philistum historicum inter eius discipulos enumerant, ut Wachsm. A. Gr. 2, 2. p. 451, 40. Maerck. de Theodect. p. 14. et alii, quippe ex Ciceronis de Orat. 2, 23, 94., ubi etiamnunc falso Philisti nomen locum Philisci obtinet, etiam apud Schutzium et O. M. Muellerum.

§. 41. *a nostro Catone.* Vid. ad Famil. 15. epist. 4. §. 24 sqq. Bei.

quasi in extrema pagina Phaedri. p. 279. A. (p. 355. Heind. ed. pr.)

eum orationibus Lysiae. Similiter §. 68. *ego autem etiamsi quorundam grandis et ornata vox est poetarum, tamen in e a cum licentiam statuo maiorem esse quam in* n o b i s. est. [29]) §. 230. *sunt etiam qui — in genus abiectum incidant, Siculorum simillimum.* §. 39. *primusque ab his historia commota est, ut auderet uberius quam superiores et ornatius dicere.* Oppositiones non semper ad amussim esse exactas, docuerunt Porson ad Eurip. Phoen. 512. Garaton. ad Cic. or. pr. Flacc. 1, 18. 26, 30. pr. Sull. 26. in Verr. Act. 1, 17. Mey. Tacit.

---

[27]) Conf. C. H. Funkhaenel. Isocrates und Demosthenes in Zimmermanni Zeitschrift für Alterthumsw. 1837. fasc. 5. nr. 59. 60. G.

[28]) Conf. de discipulis Isocratis „Cic. de Orat. 2, 13, 57. 22, 94. Brut. 8, 32." Bei. et Phot. Bibl. cod. 260. Vol. 2. p. 486 sq. Bekk. (p. 793. Hoesch.) G.

[29]) Ubi Schutz. temere correctum volebat *in eis.* G.

Agric. c. 12. *Dierum spatia ultra nostri orbis mensuram*, ubi tamen facile *dierum* repetas.

concupiscat. Priscian. 8. p. 411. 418. ed. Krehl.

§. 42. *de seniore.* Etenim non suo nomine haec de Isocrate praedicabat Plato, sed viris dicenda in dialogo mandat, qui Isocrate adulescentulo vivebant. Phaedrus autem Platonis, unde hic locus Ciceronis ductus est, refertur a Schleiermachero versionis Platonis operum 1, 1. p. 70 sq. ad Ol. 93, 3 (406), vel tempus non multo posterius, quo tempore Isocrates annos natus erat triginta. Isocratem Platonis amicum fuisse, testatur Diogenes Laert. 3, 9. Nam Praxiphanes „quandam conscripsit inter eos habitam de Poetis disputationem, quum ruri Platonis hospitio frueretur Isocrates.“ Pfund. de Isocrat. vit. et scriptt. p. 6.

et scribit aequalis. Dionys. Hal. iudic. de Isocrat. init. Vol. 5. p. 534. Reisk. et p. 537. coll. Plutarcho vit. 10. rhett. s. v. Isocrates p. 139., Diogene Laert. 3, 2. Photio Bibl. cod. 260. Vol. 2. p. 486. Bekk. (p. 792. Hoesch.) tradunt Isocratem natum esse archonte Lysimacho Ol. 86, 1 (436), et obiisse paucis diebus post pugnam Chaeronensem archonte Chaeronda Ol. 110, 3 (338). Cum his omnia alia, quae ex vita Isocratis memoriae prodita sunt, convenire ait I. G. Pfundius de Isocr. vit. et scrr. p. 6. Conf. Clinton F. H. versionis Kruegeri ad ann. 338. Leloup de Isocr. p. 6. Lysia Isocrates duobus et viginti annis minor erat, ut ait Photius l. c., quem sequitur Heind. ad Phaedr. p. 354. Plato autem natus est Ol. 87, 3 (430), obiit Ol. 108, 1 (347).

cum Socrate et cum Platone. Alteram praepositionem cum exemplaribus quibusdam, ut Lambino [30]), expungi iussit Reisigius Coniectt. in Aristoph. 1. p. 242. Bei. Codices retinent, nisi quod in Eins. *cum* superscriptum est versui. Ac frequentius in talibus omittitur a scribis, quam intruditur; et significantior est repetitio, paulo scilicet minus significans quam *et cum Socrate et cum Platone*, quo tamen nimis alterum ab altero segregasset. Or. Quis est, quin sentiat, hoc fortius esse: mit Socrates und mit Plato, quam mit Socrates und Plato.

Dulce igitur — genus — est in illo — genere. Schutz. de coniectura hunc locum ita scripsit: *Dulce igitur orationis — est illud ἐπιδεικτικόν, quod diximus.* „Nam verisimile, ait, non est, Ciceronem scripsisse *genus est — in genere*, nec Graecum vocabulum ἐπιδεικτικόν latinis literis exarasse.“ Orellii in

---

[30]) et Ven. 1. 2. Med. Tul. Iunt. G.

ed. 1. haec opinio erat: „Fortasse sufficiet: *est in illo ἐπιδεικτικῷ, quod diximus, proprium.* Conf. §. 207. Dativis scil. graecis pro ablativis latinis, praesertim cum praepositionibus, ut aliter fieri nequibat, utitur etiam Cicero ad Attic. 5, 21.“ Cum Orellio facit Burchardius, recte improbante Meyero, qui monet, vocabulum *genus* utrimque alio sensu positum esse: quod volebat etiam Goerenz. ad Cic. Fin. B. et M. 2, 11, 33. p. 171., cui nihil aliud auctor voluisse videtur, nisi *dulcis oratio est — in epidictico genere* et confert Orat. 27, 94. *itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte, genere melius ille, qui ista omnia translationes vocat* [31]). Adde Goerenz. ibid. 4, 11, 28. p. 455ᵃ., ubi hos locos attulit: de Orat. 3, 28, 110. *Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis definitum, obtinent, atque id ipsum laciniâ* coll. 2, 15, 65. *Atque in hoc genere illa quoque est infinita silva, quod oratori plerique — duo genera ad dicendum dederunt: unum de certa definitaque causa, — alterum — infinitam generis sine tempore et sine persona quaestionem*, ubi *genere* significatur die Gattung, *genera* significant die Arten. Similiterque praesenti loco recte converteris: eine angenehme Ausdrucksweise ist in der epidictischen Gattung. Similis variatio significationis est in voce *pes* c. 64, 217.

solutum. dilatatum, non versiculorum simile, non nimis depictum, quemadmodum illa primum nata Thrasymachi, Gorgiae, Theodori. Conf. 19, 64. *mollis est enim oratio — nec vincta numeris, sed soluta liberius.* 23, 77. *sunt enim quidam — oratori numeri — observandi ratione quadam, sed alio in genere orationis, in hoc omnino relinquendi. Solutum quiddam sit nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare.*

affluens. Sic lego ex Gu. 2. pro *effluens*, quae vox nullum hic locum habet. Contra *affluens*, idem quod *abundans*, est oratio copiosa. Conf. infr. c. 24, 79. *unum aberit — ornatum illud suave et affluens.* Etenim *affluens* refertur ad verborum copiam; *uber* et *fecundum* illud c. 4, 15. ad res et sententias. Adde Cic. de Divin. 1, 29. *sive deest naturae quippiam, sive abundat atque affluit*, ubi olim item vitiose *effluit* legebatur. Ita *ex affluenti* est im Ueberfluss, v. Ern. ad Tacit. Hist. 1, 57. Nimia autem et vitiosa verbositas huic scriptori signatur vocabulis *redundans* et *circumfluens*, ut Brut. c. 55, 203. Alia denique oratio *effusa* est, „quam cum veteres damnant, cogitasse

---

31) Ubi sensus est: diese Gattung nennen die Griechen Allegorie; in Hinsicht der Benennung richtig, in Hinsicht der Bestimmung der Gattung that der besser, welcher u. s. w.

videntur de temeritate et impetu eorum, qui copiam non bene dispensant, sed prodigorum instar omnia simul profundunt." I. Chr. Th. Ern. de elocut. poett. lat. vett. luxur. comm. 1. p. 21., quem adi etiam in lexic. technol. lat. rhett. s. vv. *cursus* — *diffluens* — *effundere* — *loquacitas.* Conf. Doederl. lat. Synon. Vol. 1. p. 98. n. 9.

sententiis argutum. Brewer haec refert ad sensum, qui subesse dictis intelligatur, sed spectantur potius *concinnitas sententiarum* etc. 12, 38. et *satis arguta multa* etc. ibidem §. 39. Bei., cui assentior, nisi quod addit locum de opt. gen. oratt. 2, 5., ubi aperte vis et sensus sententiarum a structura verborum i. e. a numero et levitate distinguitur.

quod diximus. Schutzio duce virgula distinxi post *diximus,* quia vis latet in ἐπιδεικτικῷ et sequuntur alia membra, ad quae non magis, quam ad verba *proprium sophistarum,* verba *quod diximus* referri possunt.

gymnasiis et palaestrae. mehr geeignet zur Parade, als zur practischen Ausübung, mehr gewidmet der Uebung und der Rednerschule. Pro ludo gymnasia et palaestram nominat, ut quae et ipsa ludorum genera essent, post quorum exercitationem Olympium verum certamen sequeretur, sicut post declamationes rhetorum actiones verarum causarum forensium suscipiebantur. Hinc illa in dialog. de Oratt. c. 34.: *Ita nec praeceptor deerat optimus quidem et electissimus — nec adversarii et aemuli ferro, non rudibus dimicantes,* ubi v. adnotata ab Ecksteinio p. 364*. pone Tacitum Waltheri, qui monstrat, Ciceronem ipsum hoc loquendi genus praeiisse de opt. gen. oratt. 6, 17. *non enim in acie versatur et ferro, sed quasi rudibus eius* (Isocratis) *eludit oratio.* Porro Cicero, quum post interitum liberae reipublicae non iam in foro versaretur sed eloquentiam exerceret declamando cum Hirtio, Pansa et Dolabella, semet ipsum comparat cum Philoctete apud Attium, qui ingemiscebat, *quod haec pennigero* (avium), *non armigero in corpore tela exerceantur,* tela dicens Herculis Philoctetae permissa in Epistt. Famil. 7, 33. Vol. 4. p. 426. ed. Schutz. Pro pompa et palaestra *oleum* et *palaestra* est de Orat. 1, 18, 81. *Nitidum quoddam genus est verborum et laetum, sed palaestrae magis et olei, quam huius civilis turbae ac fori.* Eademque cum vi contrariorum otium et umbracula soli et pulveri referuntur de legg. 3, 6, 14. *Post a Theophrasto Phalereus ille Demetrius — mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit.* Et de Orat. 1, 34, 157., qui locus est plenissimus in hoc genere translationum: *Educenda deinde dictio est ex hac domestica exer-*

citatione et umbratili medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra atque in aciem forensem: subeundus usus omnium et periclitandae vires ingeni, et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. Vel castra et tabernacula umbraculis referuntur, ut in Brut. 9, 37. de eodem Demetrio: *processerat enim in solem et pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis.* „Hoc est, non in causis forensibus versatus est, sed in philosophorum subtili et leni ratione. Conf. *umbra* — *pulvis* in clav.“ Ern. Referuntur inter se arma et palaestra ibidem: *Phalereus enim successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem, sed non tam armis institutus, quam palaestra.* Respiciens ad hoc discrimen palaestrae et pugnae Cleochares Smyrleanus in Photii Bibl. cod. 176. Vol. 1. p. 121, 13. B. ed. Bekk. (p. 204. vers. fin. ed. Hoesch.) *τοὺς μὲν Δημοσθένους λόγους* ait *τοῖς τῶν στρατιωτῶν ἐοικέναι μάλιστα σώμασι, τοὺς δ' Ἰσοκρατικοὺς τοῖς τῶν ἀθλητῶν*, quibuscum I. G. Pfund. de Isocr. vit. et scrr. p. 4. adn. comparat dictum Philippi regis apud Plutarchum Vit. 10. rhett. in v. Demosthenes Vol. 5. ed. Tauchn. p. 159. et Photii Bibl. cod. 265. Vol. 2. p. 493, 20. B. ed. Bekk. (p. 804. Hoesch.) Proprie autem palaestra locus fuit in gymnasio, ubi Graeci lucta exercebantur, quos Romani imitati in villis suis et ipsi palaestras instruebant, velut L. Crassus; itidemque M. Tullius palaestram habebat cum domo Palatina coniunctam, ut docuit Pearce ad Cic. de Orat. 2, 5, 20.

nutrimentis. exercitationibus, declamationibus.

educata. adiuta, v. interpp. ad Tacit. Annal. 14, 53. p. 898. Oberl.

se colorat et roborat. sie bekommt Farbe und Leben i. e. wird für Lebensgeschäfte tauglich, quasi qui ex *σκιατραφίᾳ* sive umbraculis primum pallidus exeat et in solibus ac pulvere vivos colores ducat.

ludorum. sc. literariorum; non, ut Brewer accepit, certaminum solemnium. Conf. 15, 47. princ. de Orat. 1, 18, 81. extr. Bei.; quibus Orellius addit Orat. §. 47. *declamatorem de ludo.*

pompae. i. e. dictioni sophisticae, cui opponitur *acies* sive veritas causarum, v. de Orat. 2, 22, 94. Bei.

veniamus. Sic omnes libri tum scripti (etiam Eins.), tum editi, praeter Ven. 1. Med., qui habent *descendamus*, quod Ern. recepit, secutis Schutzio, Orellio, Meyero, ut proprium in hac re verbum, pro quo Aldum ait male edidisse *veniamus* secuto Iunta. Sensus est: doch so viel von der Schulübung und Prunkberedsamkeit: nun wollen wir uns auf den Schauplatz ernster

Kämpfe einlassen i. e. nun wollen wir von der practischen (Staats- und gerichtlichen) Beredsamkeit sprechen.

CAP. XIII.

§. 44. *Sunt enim non tam insignia — paene communia.* Hoc est, et tamen, quamvis necessaria, cum multis paene communia sunt, und doch, obwohl es wesentlich ist, gehört es nicht ausschliesslich der Beredsamkeit an, sondern ist der Beredsamkeit fast gemeinsam mit vielen Dingen. Dicit primum *communia cum multis* esse: quippe de multis necesse est ut orator, qui in foro et in tanta controversiarum varietate versatur, dicat. Addit autem *paene communia*, quia non cadit in unum hominem, per se omnia cognoscere, et tamen orator, ubi necesse est, unumquidque per alios in praesentia cognoscere potest. Velut ubi oratori dicendum erit in causa mercatoria, scilicet non ipse fiet mercator, sed ei fiet tamen rei mercatoriae cognitio paene communis cum mercatore, in quantum quidem ei ad illam talem causam orandam necessaria fuerit. Atque cum eam eatenus cognoverit, cognitam quidem habebit rem necessariam, non item ad suum artificium insignem: oratoria enim tunc demum causa fiet, cum per modum dicendi sive tractationem oratoriam expoliverit. Quare infra c. 35, 122. scripsit: *Tractatio rerum* (*τὰ ἔντεχνα*) *efficit admirabilem orationem. Nam ipsae quidem res in perfacili cognitione versantur.* De infinita autem paene copia rerum, oratori cognoscenda v. Cic. de Orat. 1, 5. 6. 11—16. 18—20. 34. 3, 14, 54. Messalam in Dial. de Oratt. c. 30—32. Summam huius loci reddit et explanat Quintil. prooem. libr. 8. §. 14.

quid dicas. Schutz. de coniectura scripsit: *quid et quo loco dicas.* Inseruit *et quo loco*, quia infra c. 16, 51. est: *quum autem, et quid et quo loco dicat, invenerit.* „Itaque hic, ait, necesse erat primum inventionis, deinde dispositionis mentionem faceret. Idque confirmatur per Quintilianum 8 prooem. 9. 14.“ Beiero non opus videtur hoc additamento; scriptorem enim hic primum caput, a quo ipso alterum pendet, tractare incipere, et iubet adire de Orat. 2, 27, 120. Addit adversari correctioni etiam ipsum Quintilianum 3, 3, 6. *Cicero quidem in Rhetoricis iudicium subiecit inventioni.* Hic tamen locus valde controversus est, neque inde quidquam certi efficias. At tamen „fallitur Schutzius. Nam inde ab illis verbis *Nam et invenire et iudicare quid dicas* etc. non de collocatione oratoris, ut ex verbis ipsis apparet, sed de inventione disputatur. Cicero enim postquam diviserat orationis munus in tria capita, de singulis nunc dicere incipit. Prius autem quam de prima parte vel de inven-

tione loquitur, observationem quandam, quae ad duo prima capita communiter spectat, praemittit: *Ac duo breviter — communia.* Nunc vero ad primam, quae est de inventione, disputationem se vertit. Absolvit hanc materiam §. 49. Tum secundam partem, collocationem, suscipit §. 50. *Iam vero ea quae invenerit, qua diligentia collocabit? quoniam id secundum erat de tribus.* Breviter rem tractat, hisque verbis totam concludit disquisitionem: *Atque in primis duabus dicendi partibus qualis esset, summatim breviterque descripsimus.*" Mey.

qua tamen — vacua prudentia. Locum vitiosum esse viderunt omnes. In coniecturis virorum doctorum optima est Phil. Melanchthonis: *quae tamen qua in causa est vacua prudentia.* Fr. Gryphius 2. Iunt. 2. *qua enim in causa est vacua prudentia.*" Ern. Ald. (1 an 2?) et Lambin. *quae tamen causa est vacua prudentia.* Eins. *qua tamen in causa vacua prudentia* omisso *est.* Vit. Dr. Ven. 1. Med. Iunt. 1. Ald. Grut. Ern. 1. Sch. Or. *qua tamen in causa est vacua prudentia.* Ven. 2. Tul. *quae enim causa est vacua prudentia.* Acidalius ad Vellei. Pat. p. 1103. Ruhnk. *quae tamen in qua causa est vacua prudentia.* Orell. ed. mai. [*quae*] *qua tamen in causa est vacua prudentia.* Heinrichio omnia ista *qua — prudentia* pannus videbantur a librario assutus. *Qua enim* habet margo Crat. Nihil vitii videtur in scriptura librorum scriptorum esse, si *vacua* sumas dictum esse pro *otiosa,* hoc sensu: in welcher Sache jedoch hätte Sachkenntniss nichts zu thun? Brut. 5, 20. *quum te sciremus esse vacuum.* Meyerus, qui et ipse scripturam librorum scriptorum servat, ita interpretatur: „qua tamen in causa eloquentia carere potest prudentia? ubi *prudentia* est ablativus." Ad sententiam Orellius confert Brut. 6, 23.

rationum locos. E coniectura *actionum locos* substituentem Schutzium sequuntur interpretes Hauffius et Brewer. Sed librorum lectionem defendit Burchardi eiusque censor Beckius in Diar. Lips. 1816. p. 622. Bei.

§. 45. *aut sitne, aut quid sit, aut quale sit.* Hoc est, omnis causa sive iudicialis controversia est aut coniecturalis, aut legitima, aut iuridicialis, ut est apud scriptorem ad Herenn. 1, 11, 18. Coniecturalis est, quum de facto (*sitne*) controversia est; legitima, quum in scripto aliquid controversiae nascitur i. e. quum *quid sit* quaeritur. Denique iuridicialis constitutio est, quum de facto convenit, sed iure an iniuria factum sit h. e. *quale sit* quaeritur. Conf. Quintil. 3, 6.

I. Legitimam constitutionem scriptor ad Herennium l. c. dividit in partes sex: 1. in scriptum et sententiam. 2. in contrarias leges. 3. in ambiguum. 4. in definitionem. 5. in translationem.

6. in ratiocinationem. Ex *scripto et sententia* nascitur controversia, quum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire. Quod si fit, alter oratorum verbis ipsis, quae scripta sunt, utitur; alter ad id, quod scriptorem sensisse dicit, orationem accommodat. Talis controversiae nobile exemplum fuit in causa Curionis, quum M. Scaevola et L. Crassus, alter in scripto, alter a sententia dixerunt. Narrat rem Cic. in Brut. 52, 195. 53, 197. Aliud exemplum est apud Cicer. de Invent. 2, 42, 121. 122. *Paterfamilias quum liberorum nihil haberet, uxorem autem haberet, in testamento ita scripsit:* SI MIHI FILIUS GENITUR UNUS PLURESVE, IS MIHI HERES ESTO. *Deinde quae assolent. Postea,* SI FILIUS ANTE MORITUR, QUAM IN TUTELAM SUAM VENERIT, TU MIHI, *dicebat,* SECUNDUS HERES ESTO. *Filius non est natus. Ambigunt agnati cum eo, qui est heres, si filius ante, quam in suam tutelam venerit, mortuus sit.* Aequitatis causam Cicero egit in or. pro Caecin. c. 18. Ex *contrariis legibus* fit controversia, quum alia lex iubet aut permittit, alia vetat quippiam fieri. Huius exemplum est apud Cic. de Inv. 2, 49, 144. *Lex est:* QUI TYRANNUM OCCIDERIT, OLYMPIONICARUM PRAEMIUM CAPITO, ET QUAM VOLET SIBI REM A MAGISTRATU DEPOSCITO, ET MAGISTRATUS EI CONCEDITO. Et *altera lex:* TYRANNO OCCISO QUINQUE EIUS PROXIMOS COGNATIONE MAGISTRATUS NECATO. *Alexandrum, qui apud Pheraeos in Thessalia tyrannidem occuparat, uxor sua, cui Thebe nomen fuit, noctu, quum simul cubaret, occidit. Haec filium suum, quem ex tyranno habebat, sibi in praemii loco deposcit. Sunt, qui ex lege puerum occidi dicant oportere. Res in iudicio est.* A scripto legis Cicero dicit in or. pro Cluent. c. 54. et pro Rabirio Postum. c. 6. Vol. 8, 1. p. 440 sq. ed. Schutz. *Ex ambiguo* controversia fit, cum res in unam sententiam scripta duas aut plures sententias significat. Huius exemplum est apud scriptorem ad Herenn. 1, 12, 20. et Cicer. de Inv. 2, 40, 116. *Paterfamilias, quum filium heredem faceret, vasorum argenteorum pondo centum uxori suae sic legavit:* HERES MEUS UXORI MEAE VASORUM ARGENTEORUM PONDO CENTUM, QUAE VOLET, DATO. *Post mortem eius vasa magnifica et pretiose caelata petit a filio mater. Ille se, quae ipse vellet, debere dicit.* Conf. E. Platner. de iis partibus librorum Ciceronis rhetoricorum, quae ad ius spectant (Marburg. Sine ind. anni. Ed. sec.) p. 2. *Ex definitione* controversia nascitur, quum quaeritur, quo nomine factum appelletur. Exemplum est de Inv. 2, 51, 153. *Lex:* QUI IN ADVERSA TEMPESTATE NAVIM RELIQUERINT, OMNIA AMITTUNTO: EORUM NAVIS ET

ONERA SUNTO, QUI IN NAVI REMANSERINT. *Duo quidam, quum iam in alto navigarent, et quum eorum alterius navis, alterius onus esset, naufragum quendam natantem, et manus ad se tendentem animadverterunt: misericordia commoti navim ad eum applicarunt: hominem ad se sustulerunt. Postea aliquanto ipsos quoque tempestas vehementius iactare coepit, usque adeo ut dominus navis, quum idem gubernator esset, in scapham confugeret et inde funiculo, qui a puppi religatus scapham annexam trahebat, navim, quoad posset, moderaretur; ille autem, cuius merces erant, in gladium ibidem incumberet. Hic ille naufragus ad gubernaculum accessit, et navi, quoad potuit, est opitulatus. Sedatis autem fluctibus et tempestate iam commutata navis in portum pervehitur. Ille autem, qui in gladium incubuerat, leviter saucius facile est ex vulnere recreatus. Navim cum onere horum trium suam quisque esse dicit. Hic omnes scripto ad causam accedunt, et ex nominis vi nascitur controversia. Nam et relinquere navim, et remanere in navi, denique navis ipsa quid sit, definitionibus quaeritur. Ex translatione* ita controversia fit: antequam ipsa causa in iudicio tractatur, quaeri potest, num is qui agit, petitionem aut persecutionem habeat, num alio modo, loco, tempore, num alia lege, num alio quaerente agendum sit. Haec constitutio etiam translativa vocatur ab scriptore ad Herennium 1, 12, 22. 2, 12, 18., a Cicerone de Inv. 1, 8, 10., eiusque inventor Hermagoras dicitur ibidem 1, 11, 16. Conf. orat. partitt. 38, 135. Quintil. 3, 6, 53. 54. 60. 69. 70. Planissimus de hac constitutione locus extat de Inv. 2, 19, 57. *Quum autem actio translationis aut commutationis indigere videtur, quod non aut is agit, quem oportet, aut cum eo, quicum oportet, aut apud quos, qua lege, qua poena, quo crimine, quo tempore oportet, constitutio translativa appellatur.* Exemplum est ibidem 2, 20, 59.: *Quum ad vim faciendam quidam armati venissent, armati contra praesto fuerunt, et cuidam equiti Romano quidam ex armatis resistenti gladio manum praecidit. Agit is, cui manus praecisa est, iniuriarum. Postulat is, quicum agitur, a praetore exceptionem,* EXTRA QUAM IN REUM CAPITIS PRAEIUDICIUM FIAT. etc. etc. Denique *ex ratiocinatione* controversia fit, quum res sine propria lege venit in iudicium, quae tamen ab aliis legibus similitudinem aucupatur. Exemplum est de Inv. 2, 50, 148. *Ex ratiocinatione nascitur controversia, quum ex eo, quod uspiam est, ad id quod nusquam scriptum est pervenitur, hoc pacto: Lex est:* SI FURIOSUS EST, AGNATUM GENTILIUMQUE IN EO PECUNIAQUE EIUS POTESTAS ESTO. *Et lex:* PATERFAMILIAS UTI SUPER FAMILIA PECUNIAQUE SUA

LEGASSIT, ITA IUS ESTO. *Et lex:* SI PATERFAMILIAS INTESTATO MORITUR, FAMILIA PECUNIAQUE EIUS AGNATUM GENTILIUMQUE ESTO. *Quidam iudicatus est parentem occidisse. Ei statim, quod effugiendi potestas non fuit, ligneae soleae in pedes indutae sunt: os autem obvolutum est folliculo et praeligatum: deinde est in carcerem deductus, ut ibi esset tantisper, dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur. Interea quidam eius familiares in carcerem tabulas afferunt, et testes adducunt: heredes, quos ipse iubet, scribunt: tabulae obsignantur. De illo post supplicium sumitur. Inter eos, qui heredes in tabulis scripti sunt, et inter agnatos de hereditate controversia est. Hic certa lex, quae testamenti faciendi iis, qui in eo loco sint, adimat potestatem, nulla profertur. Ex ceteris legibus, et quae hunc ipsum supplicio huius modi afficiunt, et quae ad testamenti faciendi potestatem pertinent, per ratiocinationem veniendum est ad eiusmodi rationem, ut quaeratur, habueritne testamenti faciendi potestatem.*

II. Apud Ciceronem de Inv. 2, 40, 116. haec partitio fit: *In scripto versatur controversia, quum ex scriptionis ratione aliquid dubii nascitur. Id fit ex ambiguo, ex scripto et sententia, ex contrariis legibus, ex ratiocinatione, ex definitione.* Conf. ibid. 1, 13, 17. Vides, hic aliud genus poni, quam apud scriptorem ad Herennium: Cicero enim pro constitutione legitima ponit scriptum, et praeterea hoc ab illo abit, quod omisit translationem. Neutra constitutionum partitio probatur E. Platnero l. c. p. 1. „Haec genera, ait, cum non ita sint constituta, ut se invicem excludant, ideoque ad pauciora redigi possint, rectius in Topicis tria tantummodo proponuntur."

III. Ergo a Cicerone in Topicis 25, 96. tria tantummodo genera proponuntur controversiae ex scripto: ambiguum, discrepantia scripti et voluntatis et scripta contraria.

IV. Cicero de Orat. 2, 26, 110. unum modo genus controversiae ex scripto statuit, idque ex ambiguo. Nam illud ipsum, quum scriptum a sententia discrepat, genus quoddam habere ambigui. Conf. de Orat. 1, 31, 140. Partitt. oratt. 38, 132. Atqui sic restant scripta contraria, quae non possunt sub genus ambigui redigi.

V. Denique hic scriptor in Oratore, consummatissimo opere, c. 35, 121. scriptum dividit in ambiguum et contrarium, idque profecto est rectissimum. — Ceterum hoc loco Oratoris, in quo nunc versamur, utitur Quintil. 3, 6, 44. 80.

signis. Haec ad coniecturalem constitutionem pertinere, iam dictum est. Eam auctor ad Herenn. 2, 2, 3. in sex partes

distribuit, quas et ipsas E. Platner. l. c. p. 21. iusto dividendi fundamento destitutas ad pauciores redigi posse affirmat. Verum ea nihil huc attinent. Cicero enim uno vocabulo *signorum* ea sex genera argumentorum comprehendisse putandus est, quanquam inter signum et argumentum, sicut inter haec duo et reliqua probationum genera rhetores differentiam esse statuunt. Vide scriptorem ad Herenn. 2, 4, 6. 5, 8. Quintil. 5, 9. et de Graecis Schott. ad Dionysii Hal., qui fertur A. Rh. 11, 9. p. 356. n. 107. Signi, quod specialiter dicitur et unum est ex generibus sex probationum, naturam aperit E. Platner. l. c. p. 21 sqq. Quid signum sit, vel optime exemplo declarabitur scriptoris ad Herenn. 4, 40, 53. *Frequentatio est, quum res in tota causa dispersae coguntur in unum, quo gravior aut acrior aut criminosior oratio sit. — Eiusdem generis est illa frequentatio, quae plurimum coniecturalibus causis opitulatur, quum suspiciones, quae separatim dictae minutae et infirmae erant, unum in locum coactae rem videntur perspicuam facere, non suspiciosam, hoc pacto: „Nolite igitur, nolite, iudices, ea, quae dixi, separatim spectare: sed omnia colligite et conferte in unum. Si et commodum ad istum ex illius morte veniebat, et vita hominis est turpissima, animus avarissimus, fortunae familiares attenuatissimae, et res ista bono nemini praeter istum fuit: neque alius quisquam aeque commode, neque iste aliis commodioribus rationibus facere potuit: neque praeteritum quidquam est ab isto, quod opus fuerit ad maleficium: neque factum, quod opus non fuerit: et quum locus idoneus maxime quaesitus, tum occasio adgrediendi commoda, tempus adeundi opportunissimum, spatium conficiendi longissimum sumptum est, non sine maxima occultandi et perficiendi maleficii spe: et praeterea ante, quam occisus homo is est, iste visus est in eo loco, in quo est occisio facta, solus: paulo post in ipso loco maleficii vox illius, qui occidebatur, audita: deinde post occisionem istum multa nocte domum rediisse constat, postera die titubanter et inconstanter de occisione illius locutum: haec partim testimoniis, partim quaestionibus et argumentis omnia comprobantur, et rumore populi, quem ex argumentis natum necesse est esse verum: vestrum, iudices, est, his in unum collatis certum sumere scientiam, non suspicionem maleficii. Nam unum aliquid aut alterum potest in istum casu cecidisse suspiciose: ut omnia inter se a primo ad postremum conveniant maleficia, necesse est casu non posse fieri.“*

definitionibus. v. adn. ad Orat. c. 35, 121.

recti pravique partibus. Deest verbum, ut *docetur, demonstratur, cognoscitur* etc. Ern. Facilius suppletur *quaeritur.* Hae

autem partes quae sint, aperiet vel unus locus Ciceronis Oratt. Partitt. c. 12, 42., ubi, cum factum constat et nomen, et qualia sint, in dubitationem vocatur, has partes recenset: *aut iure factum, depellendi aut ulciscendi doloris gratia, aut pietatis, aut pudicitiae, aut religionis, aut patriae nomine, aut denique necessitate, inscientia, casu. Nam quae motu animi et perturbatione facta sine ratione sunt, ea defensionem contra crimen in legitimis iudiciis non habent, in liberis disceptationibus habere possunt.* Conf. E. Platner. l. c. p. 34.

quibus ut uti possit orator. Vocabulo *quibus* apodosis huius sententiae incipit, quum *his* pro *quibus* exspectes. Etenim auctor per genus quoddam anacoluthi sententiam aliter terminavit, quam instituerat. Aut *quoniam* initio sententiae omittendum, aut *his* pro *quibus* dicendum erat. Contulit cum hoc loco Elmsleius Sophoclem Oed. Reg. v. 258.:

νῦν δ' ἐπεὶ κυρῶ τ' ἐγὼ
ἔχων μὲν ἀρχὰς, ἃς ἐκεῖνος εἶχε πρὶν,
ἔχων δὲ λέκτρα, καὶ γυναῖχ' ὁμόσπορον,
— — — — —
ἀνθ' ὧν ἐγὼ τάδ', ὡσπερεὶ τοὐμοῦ πατρὸς,
ὑπερμαχοῦμαι etc.

i. e. ἀντὶ τούτων ὑπερμαχοῦμαι.

personis et temporibus. Hi dativi sunt, pendentes ab ablativo *propriis.* Hic autem sensus totius loci est: denn weil bei jedem Dinge, das ein Gegenstand des gerichtlichen Streites werden kann, untersucht wird, ob es sey, oder was es sey, oder welcher Art es sey: und zwar, ob es sey, durch Beweisführung; was es sey, durch Definition; welcher Art es sey, durch die Merkmale des Rechten und Unrechten, so lenkt, um diese Mittel anzuwenden, der Redner, nicht jener gemeine, sondern dieser vollkommene, die Untersuchung von dem Individuellen der Personen und Zeiten, wo möglich, immer ab.

quod in universo. Quintil. 3, 5, 9. 10. 15.

Cap. XIV.

§. 46. *ad universi generis orationem.* Memorabilis est lectio Nizolii et Purgoldi: *ad un. gen. rationem*, probata etiam Schutzio. Conf. §. 125. Or.

θέσις. Diese Untersuchung nun, die von der Art und dem Individuellen abstrahirt, und sich an die Gattung hält, heisst Thesis. Conf. Cic. de Orat. 3, 30, 120. Brut. 93, 322. Fin. B. et M. 4, 4, 10. Orat. 36, 125. Topic. 21, 79., ubi thesibus contrarie ponuntur hypotheses, quae sunt *cum complexu rerum* d. i. welche individuelle Dinge umfassen. His adde Quintil.

2, 1, 9. 2, 4, 24. 3, 5, 17. Thesium exempla habes apud Ciceronem pro S. Roscio 22, 62—73., pro leg. Manil. 10, 27. Conf. Matth. Theorie des lat. St. p. 65. adde pr. Muraen. c. 8—16. et quae ipse auctor exempla sibi proposuit ad Attic. 9, 4. Vol. 4. p. 115 sq. ed. Schutz. 9, 9, 2. Vol. 4. p. 133. Conf. Quintil. 10, 5, 11. ibique Spalding. Vol. 4. p. 176 sq. Ad has ipsas thesium exercitationes refertur locus Ciceronis Paradox. prooem. §. 5., quem Gesner. et Spalding. ad Quintil. 2, 1, 11. non debebant ad locos communes trahere. Alia exempla sunt apud Nicolaum Sophistam Progymn. c. 13. p. 415. Vol. 1. rhett. Gr. ed. Walz., apud Georgium Progymn. c. 12. ibidem p. 583. De thesi agunt etiam Hermogenes Progymn. c. 11. ibidem p. 50. Aphthon. Progymn. c. 13. ibidem p. 108. Theo Progymn. c. 1. ibidem p. 149, 11. et inprimis c. 12. p. 242. Schutz. scripsit *θέσις* pro *thesis:* „at Cicero, ait, hoc vocabulum nunquam nisi Graecis literis scriptum ponit. Sic Topic. c. 21, 79. et infra c. 37, 125. dicit: *in universa generis quaestione, quam (ut supra dixi) Graeci appellant θέσιν.*"

In hac Aristoteles. In dieser übte Aristoteles die Jünglinge, nicht nach der Philosophen Weise spitzfindige Untersuchungen anzustellen, sondern um rednerische Fülle des Ausdrucks zu gewinnen, dass sie für und wider jede Sache schöner und beredter sich ausdrücken lernten.

dici posset. Sic dedimus pro *possit,* quod ratum esse non potest. Sic reperimus etiam in editione Gryphii 2. Ern. Itidemque Lamb. Mey. et Orell. ediderunt.

locos. vid. Partitt. oratt. 31, 109. Bei.

argumentorum notas. Die Quellen und Puncte der Beweisführung, aus denen aller Stoff, um für und wider eine Sache zu sprechen, entnommen werden könnte. *Argumentorum notas* dixit etiam Acad. 1, 8, 32., at in or. pr. Coel. 9, 22. *argumenta et signa.* Conf. Goerenz. ad Acad. l. c. p. 52*. De his Aristotelis in artem rhetoricam meritis disserit Maerck. de Theodect. p. 19 sq.

§. 47. *rabulam.* Nonius s. v.

utetur aptis — qui communes appellantur loci. Haec Schutz. seclusit, nulla ratione damnationis addita, nisi quod sibi spuria visa sint. In his Ern. dicit se ex codicibus scriptis dedisse *generatim dicet* pro *discet,* quod nihili esse hoc loco dicit. Libri tamen scripti, quantum sciam, ferunt *dicat.* Sic Eins. Dr. Gu. 1. 2. Vit., et ex editis Ven. 1. 2. Tul. Med. At *discet* habent inter alios Crat. Vict. Man. Aldd. Lamb. Grut. Idem Ern. mutavit interpunctionem. Antea enim sic erat: *Facile igitur hic noster, quoniam loci certi traduntur, per-*

curret omnes, utetur aptis generatim, discet ex quo emanant etiam qui appellantur communes loci. Eins. *quaerimus ut quoniam loci certi traduntur percurrat omnes utatur aptis gradatim dicat ex quo emanent* etc. Et sic fere etiam Vit. Dr. Gu. 1. 2. Veram autem interpunctionem dederant iam ante Ernestium Lamb. marg. 1584 et I. Lipsius V. L. 2, 7. et hic quidem ex auctoritate codicis Lovaniensis, ex eodemque veram scripturam *dicet* restituerat. Atque est haec eadem forma huius loci etiam in edd. Ven. 2. Tul. et cod. Vit. Dr. Gu. 1. 2. adde Ox. 1., testibus Ernestio, Meyero et Orellio ed. 1., nisi quod *dicat*, sicut antea *percurrat* — *utatur* habent. Dr. tamen *utantur*. Deinde in his *emanant* Ern. dedit ex Ven. 1. Med. Aldd. Iunt., quibus adde Crat. Vict. Man., pro *emanent*, quod natum esse ait, dum librarii terminationem superioribus similem reddere volebant. Sensum hunc esse ait: „Deliget communes locos, qui causae optime conveniant, rem a singulis personis et temporibus avocabit ad genus universum et ex hoc ipso reperiet opportunitatem locos communes quaerendi et inveniendi.“ Paulo accuratius Lipsius l. c.: „Orator percurret omnes locos, e quibus argumenta duci possint, nec tamen sine delectu utetur omnibus, sed dumtaxat accommodatis ad causam et aptis; generatim etiam aliquando et universe de re dicet et a propriis personis ac temporibus ad universi generis tractationem orationem avocabit, ex quo fonte emanant et oriuntur communes illi, qui appellantur, loci.“ A Schutzio suspicor locum propterea damnatum esse, quod theses et locos communes non discerneret, et locorum communium mentionem inani ante dictorum repetitione fieri opinaretur. Quintiliani ergo non meminerat, qui 2, 4, 22. claris ea verbis sic distinguit: *Communes loci, (de iis loquor, quibus citra personas in ipsa vitia moris est perorare, ut in adulterum, aleatorem, petulantem,) ex mediis sunt iudiciis, et, si reum adiicias, accusationes: quamquam hi quoque ab illo generali tractatu ad quasdam deduci species solent, ut, si ponatur adulter coecus, aleator pauper, petulans senex. Habent autem nonnunquam etiam defensionem. Nam et pro luxuria, et pro amore dicimus, et leno interim parasitusque defenditur: sic ut non homini patrocinemur, sed crimini. Theses autem, quae sumuntur ex rerum comparatione, ut rusticane vita, an urbana potior? iurisperiti, an militaris viri laus maior? mire sunt ad exercitationem dicendi speciosae atque uberes, quae vel ad suadendi officium, vel etiam ad iudiciorum disceptationem iuvant plurimum. Nam posterior ex praedictis locus in causa Murenae copiosissime a Cicerone tractatur.* Iam dicat aliquis Quintiliani hanc distinctionem esse, non Ciceronis. At hunc et ipsum

ea usum esse, vel hinc apparet, quod Aristotelem paulo ante scripsit adolescentes per thesin ad copiam rhetorum, *in utramque partem* ut ornatius et uberius dici posset, exercuisse. Quod qui sine rerum comparatione fieret? Hinc est etiam, ut Quintil. 3, 5, 5. scriberet: *Infinitae* (quaestiones) *sunt, quae remotis personis et temporibus et locis ceterisque similibus in utramque partem tractantur, quod Graeci θέσιν dicunt; Cicero* (Topic. 21, 79.) *propositum; alii quaestiones universales; alii quaestiones philosopho convenientes; Athenaeus* (et cum secutus Cicero Topic. l. c.) *partem causae appellat.* Nec comparatio deest in illis thesibus, quarum exempla Cicero sibi ipsi proposuit in epistt. ad Attic. 9, 4. et 9, 9, 2. Apertius etiam theses a locis communibus distinguit infra c. 37, 125., ubi αὔξησιν dicit aptam esse locis communibus, et §. 126. ita pergit dicere: *At vero illa pars orationis, quae est de genere universo, totas causas saepe continet. Quidquid est enim illud, in quo quasi certamen est controversiae, quod Graece κρινόμενον dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quaestionem, atque ut de universo genere dicatur: nisi cum de vero ambigitur, quod quaeri coniectura solet.* Thesin partem causae Athenaeus et Cicero dixisse putandi sunt, non quo res generalis pars rei specialis esse possit, sed quia theses interdum fiebant partes tractationis causarum: pars enim rerum tractandarum erat in rebus circa definitas personas, tempora definita, definitos locos et huiusmodi versantibus, et iis quidem maximis, quippe ad ipsam litem spectantibus, et quibus de facto quaereretur: partem generatim tractare licebat, sive per thesin, velut ea, in quibus quid et quale esset, quaerebatur. „Laudationem consulatus sui ipse Cic. ad Attic. 1, 14, 4. Vol. 1. p. 63. locum communem appellat, quem varie suis orationibus pingere soleret: quippe id tempus adeo constanter in mente versabat, ut perpetua eius in eo cogitatio fuisse videatur. v. Epistt. ad Famil. 5, 12. Vol. 2. p. 85. ad Attic. 1, 19, 8. Vol. 1. p. 115.“ Hand. s. v. Cicero p. 220ᵃ. Locus communis de testamentorum auctoritate in exemplo laudatur, de Orat. 57, 245. Bei. De communibus locis agunt Hermogenes Progymn. c. 6. Vol. 1. rhett. Gr. p. 29. ed. Walz., Aphthonius Prog. c. 7. ibidem p. 80. Theo Progymn. c. 1. ibid. p. 148, 15. et inprimis c. 7. p. 222. Locos communes, ut supra vidimus, composuerat M. Tullius, ediderat Q. Hortensius: utrumque testatur Quintil. 2, 1, 11. conf. 10, 5, 12. 2, 4, 27. Exempla praeterea extant apud Nicolaum Sophistam Prog. c. 7. Vol. 1. p. 319. et apud Georgium Prog. c. 6. ibidem p. 561.

sed omnia expendet et seliget. Schutzius de suo scripsit: *sed idonea exquiret et seliget.* „At *expendendi* officium, ait,

deinde memoratur. Neque recte poterat dici: *omnia seliget*, sed *idonea* tantum. Sic dicitur de Offic. 2, 18, 62. *in deligendis idoneis iudicium ac diligentiam adhibere.*" Contra haec dicas, eiusdem verbi parvo intervallo repetitiones in hoc libro Ciceronis multas esse. Et *omnia seliget* nimirum dictum pro: in omnibus delectum habebit, sive omnibus, quibus utetur, selectis utetur. Et „ad alterum membrum *et seliget* intellige *inde* vel *ex iis*." Bei. Dissentit a mutatione ista etiam Burchardi.

momenta sunt. Denn nicht immer und nicht in allen Sachen gehen aus denselben Quellen dieselben entscheidenden Beweisgründe hervor.

§. 48. *Nihil est enim.* Omisso *est* Gu. 2. Dr. Ven. 1. Aldd. Med. Lamb. Iunt. Crat. Gryph. 1. Mey. habent *nihil enim.* At *nihil enim est* Vit. Man. Grut. Ern. Sch. 2. Or. 2. *nihil est* omisso *enim* Gu. 1. *nihil est enim* Eins. Or. 1. Sch. 1. De collocatione particulae, ubi cum verbo substantivo coniuncta est, vid. interpp. ad Tacit. dialog. d. Oratt. c. 30. 31. Ellendt. ad Cic. Brut. p. 130 sq. Docent, particulam *enim* sic plerumque tertium locum habere. Tametsi apud Ciceronem etiam exempla reperiri, in quibus sine ulla veterum librorum fluctuatione *enim* secundum locum obtineat, et inanem operam insumi in transponendas particulas *enim*, *autem*, *etiam* ac similes, monuerunt Eckstein. Indice Taciti Waltheriani p. 439ᵃ. et Orell. ad Orat. 1, 2.

feracius. vid. Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 332.

non utilia. i. e. cum aliquo malo coniuncta Conf. 2. de Orat. 76, 308. et ad §. 49. conf. indidem 2, 72, 92. nec non illustre Antonii exemplum ibid. capp. 48 sqq., denique cum hoc loco §. 50. contende ex illo 2, 77, 313 sqq. Bei.

§. 49. *delectus magnus adhibebitur. Alioqui quonam modo.* Sic Ern. interpunxit, ut fecerunt etiam Crat. Fr. Gryph. 1. Ald. 2. Camer. Lamb. Sch. Or. 1. Mey. In vulgatis ,*alioqui* adhaeret praecedentibus, ubi cum stare non posset, erant qui delerent, ut Eins. Vit. Dr. Mon. Gu. 1. 2. Palatt. Med. Ven. 1. 2. Tul. Man. Ald. 1. Vict. „Sed si delemus, hiat oratio." Ern. *adhibebitur. Quonam modo ille* etc. Sic cum codicibus notis constituendus mihi nunc videtur locus: videlicet quemadmodum in sequentibus mixta quodammodo cum exclamatione interrogatio est: *Iam vero ea quae invenerit, qua diligentia collocabit?* sequiturque responsio *Vestibula nimirum honesta — faciet*, sic hoc quoque loco eandem orationis formam agnosco: interrogat *Quonam modo ille in bonis haerebit et habitabit suis?* Respondet: *Aut molliet — obstabit.* In his enim omnibus, quae h. l. enumerat, continetur iste *delectus magnus*, quo qui utitur, in bonis suis haeret et habitat (frei waltet). Quod si ἀσύνδετον

improbandum videatur, nihil potuit fieri facilius, quam ut excideret ex uno illo archetypo *igitur* vel *ergo*, quorum compendium saepenumero in codicibus ipse hoc vidi: gi et ge, unde haud raro utraque particula est vel confusa vel omissa: ut fuerit *Quonam igitur modo*, ut §. 27. Iam vulgata haec est: *Alioqui quonam modo*, et continuantur interrogationes usque ad finem clausulae; eamque primum reperi in Asc. 2. Ceterae antiquiores, item Vict. cum codicibus notis non agnoscunt vocem *alioqui:* agnoscit Oxoniensis, si fides collatoribus, quae tamen hoc ipso loco in ceterorum aperto consensu exigua videtur aut nulla. Sed, quod maius etiam est, Handius in Tursellin. 1. p. 235. demonstravit, eam particulam omnino Tullianam non esse: quocirca, ea merito deleta, totum locum sic scribendum censet: *Quodammodo ille* etc. usque ad vocem *obstabit* sine interrogatione. In qua tamen ratione equidem omnem cum praecedentibus nexum desidero, et omnino languidior evadit oratio. Quid? quod tropus ille *in bonis suis haerere et habitare*, qui nostra ex ratione satis scite explanatur verbis propriis, ex Handiana his sine explicatione aequiparatur, ipsaque vis verborum *haerebit et habitabit* mirum in modum infringitur voce *quodammodo*. Or. Unice placet Handii ratio.

habitabit. Der Redner wird bei dem, was seiner Sache vortheilhaft ist, stehen bleiben und verweilen. Hic sensus horum verborum est, non is quem Orellius dixit. Ex adverso ponuntur bona oratoris et dura. Unde efficitur, verbis: *aut molliet dura — obstabit* non responsum contineri posse ad illa: *Quonam modo ille — habitabit suis?* Atque displicet ἀσύνδετον, quod nullum est, si Handium sequaris. *Quodammodo* a scriptore additum puta propter translationem in verbis *haerebit* et *habitabit.* Alio sensu *suo bono* dictum est a Cicerone Fin. B. et M. 2, 18, 57., ubi v. Goerenz. p. 207 sq.

molliet dura. er wird das Spröde erweichen i. e. id quod causa sua non bonum habet, specie quadam melius reddet per quoddam argumentandi artificium, ex certis quibusdam iisque aptissimis locis argumenta petendo.

dilui. was sich nicht wird von der Hand weisen lassen.

opprimet. er wird die Gemüther überraschen und gleichsam überfallen.

quod — obstabit. oder er wird etwas Anderes vorbringen, dessen Einwendung annehmlicher ist, als dasjenige, was ihm eingewendet wird. Haec est, opinor, figura paromologiae, quam dicit Rutil. Lup. c. 19. p. 63. Ceterum *obstabit* sibi suspectum Ern. mutatum volebat in *obstet* aut *obstabat.* Temere: nam *obstabit* idem est ac si dixisset: *obstare reperietur.*

Cap. XV.

§. 50. *Iam vero.* vollends, gr. μήν. v. Doederl. Decade lectionum Horatt. (Erlang. 1827. 4.) p. 17. (Extat etiam in Niebuhrii et Brandisii Museo Rhenan. 3, 1. p. 15.) Hand. Tursellin. Vol. 3. p. 148. nr. 28.

vestibula. v. Nonium. s. v. Victor. V. L. 23, 15. Iul. Victor. p. 82. *Oportet autem, ut aedibus ac templis vestibula, sic causis principia, nec magnis parva nec parvis magna praeponi.* Mey.

illustris. er wird ansehnliche Vorhallen eröffnen und Eingänge zur Sache machen, die mit Vortheil in die Augen fallen. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 2. p. 84.

Cap. XVI.

§. 51. *Carneades.* Cyrenaeus, v. Cic. Tusc. Dispp. 4, 3, 5., discipulus in dialecticis Diogenis Babylonii, Stoici. Cic. Acad. 2, 30, 98. Qui Diogenes natus erat Seleuciae ad Tigrin, quam ne confunde cum Seleucia in Syria tetrapoli apud Strabonem 16. p. 749. Par. (p. 1087. A. Alm.) Erat etiam philosophus Epicureus, nomine Diogenes, item ille Seleucia oriundus, qui memoratur ab Athenaeo 5, 13. p. 211. A. conf. Brucker. Hist. crit. philos. Vol. 1. p. 1316. Diogenes autem ille Stoicus auditor erat Chrysippi, v. Cic. de divin. 1, 3, 6. Eius opera extabant περὶ φωνῆς, Diogen. Laert. 7, 55., de divinatione, Cic. de divin. 1, 3, 6. conf. 2, 43, 90. 91., de Minerva, Cic. de N. D. 1, 15, 39. v. Steinhart s. v. Diogènes apud Ersch. et Grub. in Encycl. AA. et LL. — Carneadem dicit virum summa eloquentia, divina quadam celeritate ingenii dicendique copia, dialecticae artis peritissimum, nullius omnino philosophiae partis ignarum Cic. de Orat. 1, 11, 45. 3, 18, 68. de Fin. B. et M. 3, 12, 41. Acad. 2, 18, 60. 1, 12, 46. Eundem de Orat. 2, 38, 161. narrat nullam unquam in disputationibus suis rem defendisse, quam non probaret, nullam oppugnasse, quam non everteret.

I. Veterem Academiam Plato condiderat. Post eum Speusippus, Platonis sororis filius, (Cic. de orat. 3, 18, 67.), Xenocrates, Platonis auditor, (de orat. ibid.), Polemo, Xenocratis auditor (ibid.), Crates et Crantor veteri academiae praefuerant, Cic. Acad. 1, 9, 34. II. Academia recentior condita est ab Arcesilao, (Acad. 1, 12, 45. 46.), auditore Polemonis, Cic. de orat. 3, 18, 67. Acad. 1, 9, 34. Obiit Arcesilas triginta septem annis ante quam Carneades natus est, v. Goerenz. ad Cic. Fin. B. et M. p. 653. Obiit igitur Ol. 132, 2 (251). Arcesilaum insecuti sunt Lacydes, eius discipulus, (Acad. 2, 6, 16), Euander, Lacydis discipulus, (ibid.), Egesinus, Euandri

discipulus (ibid.) III. Tertia Academia fuit Carneadis, Egesini discipuli, (Acad. 1, 12, 46. 2, 6, 16.), qui explevit nonaginta vitae annos, teste Cicerone l. c.; si verum spectes, octoginta quinque annos, v. Diogen. Laert. 4, 65. Obiit Ol. 162, 4 (129.), v. Goerenz. ad Acad. 2. p. 36[b]. Fin. B. et M. p. 653. Pierce ad Cic. de Orat. 1, 11, 45. Natus igitur Carneades erat Ol. 141, 3 (214). Idem cum Critolao peripatetico et Diogene Stoico nobilem illam Atheniensium legationem ad senatum Romanum suscepit a. U. 599 (155), aetate Catonis M., P. Scipione Nasica Corculo et M. Marcello alterum coss. Vid. Tusc. Dispp. 4, 3, 5. de orat. 2, 37, 155. Acad. 2, 45, 137. A. Gell. N. A. 7, 14. 17, 21. p. 418. ed. Conr. Quintil. 12, 1, 35. De causa huius legationis loquitur Cic. in epistt. ad Attic. 12, 23. Vol. 5. p. 113. ed. Schutz., ubi vid. P. Manut. Carneades quidem in peregrinatione perpetua aetatem consumsit, ut est apud Cicer. Tusc. Dispp. 5, 37, 107. Ipse et Arcesilaus veterem Socratis rationem tenebant in utramque partem disserendi, Cic. de N. D. 1, 5, 11. Hoc apparet etiam ex narratione apud Quintilianum 12, 1, 35.

Clitomachum, Poenum, Cic. Acad. 2, 31, 98. Is fuit Carneadis auditor et in Academia successor, Acad. 2, 6, 16. de Orat. 1, 11, 45. et quidem usque ad senectutem cum Carneade versatus, Acad. 2, 31, 98. Clitomachus ad Lucilium poetam de ratione Academiae assensum sustinendi (περὶ τῆς ἐποχῆς [32]) librum misit, et iisdem de rebus scripsit ad L. Censorinum, eum qui consul erat a. U. 605 (149), Cic. Acad. 2, 32, 102. Unde aetas eius cognoscitur circa tempus dirutae Carthaginis fuisse. Ex Clitomachi scriptis, quorum multitudo fuit, (Acad. 2, 6, 16.), memorantur quatuor illi libri περὶ τοῦ ἐπέχειν, conf. Acad. 2, 31, 98. et solatium ad Carthaginienses, captivos cives suos, post eversam urbem, Tusc. Dispp. 3, 22, 54.

Charmadam. Alii, ut P. Victorius V. L. 32, 24., volunt *Charmidam*, et sic est apud Lambin. 1584. Grut. At Goerenz. ad Acad. 2, 6, 16. p. 37. apud Ciceronem praefert *Charmadam*. Conf. interpp. ad Cic. de Orat. 1, 11, 45. Ern. ibidem 2, 88, 360. Eins. hoc loco habet *Carnadam*. Dr. Mon. *Carmadam*. Vit. *Carneadam*. Liber scriptus in adnotationibus Ioach. Camerarii *Charinadam*. Edd. vett. pleraeque *Carneadem*, Victorius primus, quod sciam, edidit *Charmadam*, deinceps post illum itidem C. Stephan. et Lambin. 1566. — Charmadas discipulus fuit Carneadis et ipse, Cic. de Orat. 1, 11, 45. Acad. 2, 6, 16. Vir acutissimus et

---

[32]) Ἐποχή ista quid sit, docet Fr. A. Wolf. in Analectt. liter. 2. p. 284. Conf. Cic. ad Attic. 13, 21, 4. Vol. 5. p. 248.

inter philosophos eloquentissimus: conf. Fin. B. et M. 5, 2, 4. ibique Goerenz. Is cum L. Crasso Athenis Gorgiam Platonis legisse narratur de Orat. 1, 11, 47. Conf. 1, 20, 93. Unde cognoscitur, eum L. Crassi et M. Antonii Oratorum aequalem fuisse, quod etiam apparet ex Cic. de Orat. 2, 88, 360. vid. Corsin. F. A. Vol. 4. p. 113 sq. ad Ol. 163 (128). Vir divina memoriae vi, ut est apud Cic. de Orat. l. c. et Tusc. Dispp. 1, 24, 59. conf. Maerck. de Theodect. p. 41. adn. 3.

eodem etiam modo dicere. Hoc prorsus ineptum dicit Schutzius. „Nam si Charmadas, ait, *eadem* dixisset, quae Clitomachus, et *eodem etiam modo*, nihil prorsus inter utrumque interfuisset." Hinc scripsit: *Charmadam autem quodam etiam modo*, omisso *dicere*. „*Dicere quodam modo*, addit, est certa quadam ratione et arte dicere. Sic Brut. c. 40, 149. *ut dicantur a me quodam modo*. de Orat. 3, 10, 37. *ergo haec et agenda sunt ab oratore, et dicenda quodam modo.*" Addere poterat de Orat. 3, 43, 169. 48, 184. Partitt. Oratt. 5, 17. Quintil. 9, 1, 1., qui pro eadem dictione mox §. 3. habet *cum aliqua dicendi virtute*. Etenim haec formula *quodam modo* significat: auf eine Art, die Effect macht, vid. adn. ad Orat. 49, 164. super verbis: *quodam genere verborum*. Expunxit praeterea Schutz. verbum *dicere* post *modo* repetitum, quia illud *quodam modo* fere in clausula ponatur, idque ait bene monuisse Goerenzium ad Acad. 2, 24, 76. At *quodam modo* non semper in clausula est, ut statim Brut. 8, 30. *Sed ut intellectum est, quantam vim haberet accurata et facta quodam modo oratio; tum etiam magistri dicendi multi subito extiterunt.* Quod autem Goerenz. ad Acad. l. c. p. 140[b]. ait recte se habere *eadem dicere* et *eodem modo*, idque facilius intelligi, si Graeca aliquis comparavit: ταὐτὰ λέγειν et ταὐτῷ τρόπῳ sc. ᾗγε δεῖ, nec poni hic *quodam modo* in clausula, sequi enim *dicere*, hoc ipsum vidimus paulo ante Schutzium deletum velle, et *eodem modo* quomodo Graecis illis respondere possit, vellem vir summus docuisset. Haec verba rectius, opinor, interpretati sunt Burchardius et Meyerus, quam Schutzius et Goerenzius. Nam Schutz. ita intellexit: eodem cum Clitomacho modo; Goerenz. vero ita cepit: eo modo, quo decet. Perperam uterque. Imo „Carneades duos illos suos discipulos inter se comparat, sed ita, ut se ipso tamquam exemplo utatur. Clitomachus, ait, eadem atque ego dicit; Charmadas vero non modo eadem dicit atque ego, sed eodem etiam modo atque ego i. e. pari eloquentia." Burchard. Animadvv. ad Cic. Orator. (Berolin. 1815. 4.) p. 13. Carneades orator, de quo multus est in libris suis Cicero, sic comparavit secum Clitomachum et Charmadam, auditores suos, ut diceret Clitomachum aeque valere atque semet ipsum in rebus philoso-

phicis: Charmadam autem non solum acumine ingenii et sagacitate, sed eloquentia etiam proxime ad se ipsum accedere. Vel aliis verbis: Clitomachus aeque magnus philosophus est atque ego: alter me ipsum et in philosophia et in eloquentia imitatur. Hoc latere videtur in illo scito Carneadis dicto. Confirmatur autem haec verborum explicatio quam maxime ex Acad. Cic. 4, 6. (2, 6, 16.): *Sed ipse Carneades diu tenuit, (nam nonaginta annos vixit), et qui illum audierant, admodum floruerunt: e quibus industriae plurimum in Clitomacho fuit; (declarat multitudo librorum). Ingenii non minus in hoc homine, quam in Charmada eloquentiae.* Mey.

§. 52. *Quod quidem.* Pronomen relativum per sequentia explicatur, sed non eo, quo debebat, ordine: non enim statim subiicit, quid illud *quod* intelligat, sed prius dicit, quid non intelligat. Hic autem erat naturalis ordo verborum: *quod quidem ego, Brute, ex tuis literis sentiebam: id mihi quaerere videbaris, quod genus ipsius orationis optimum iudicarem, non id sciscitari, qualem ego in inveniendo et in collocando summum esse oratorem vellem.*

non te id. Melius leges: *non id te,* quoniam *non* ad *id* spectat. Mey. Si quid hoc loco mutandum est, malim equidem *te non id,* vel potius *non id sciscitari te.* Neutrum tamen necessarium videtur: Nam quod primo loco posita negatio est, id licet repugnet vulgaribus praeceptis, facere tamen non possum quin probem vel maxime. Acrior sic utriusque vocis (et negationis et demonstrativi pronominis) vis cernitur, interposito minoris ponderis vocabulo. Conf. Goerenz. ad 2 de Fin. 27, 89. p. 256, b. Sallust. Cat. 51, 17. *Verum sententia eius non mihi crudelis — sed aliena a republica nostra videtur.* Frotscher. in epist. crit. ad H. Meyerum p. XIII.

sciscitari. Vit. Ox. Ven. 2. Tul. Ceteri *scitari,* etiam Eins. „*Scitari* et *sciscitari* sunt verba frequentativa cum notione desiderandi, ducta a verbo *scire* et eius inchoativo *sciscere.* Unde par est differentia, ut *scitari* sit wissen wollen; *sciscitari* erfahren wollen. *Scitari* a prosa oratione alienum est: ego quidem unum modo locum novi, ubi in prosa oratione legatur: isque est apud Ciceronem in Oratore.“ Doederl. lat. Synon. Vol. 5. p. 126.

in inveniendo et in collocando. Propter repetitionem praepositionis v. Goerenz. ad Cic. Fin. B. et M. p. 611 sq. Nimirum sic paulo fortius haec verba sonant, quam semel posita.

Rem difficilem. Accusativi appositionis, de quibus agit Matth. Gr. Gr. p. 803. ed. sec. Conf. de Orat. 2, 19, 79. *rem sane non reconditam.*

atque omnium difficillimam. Hoc est *vel potius* omnium difficillimam, v. Goerenz. ad Cic. Acad. 2. p. 60ª. et p. 71ᵇ.

§. 53. *respirationes.* i. e. elocutio incisim et membratim composita.

in lenitate et aequabilitate. Eins. Ven. 1. Nor. Tul. *levitate*, probante Lambino, qui scribit *laevitate*. Male. Nam *aequabilitate* ἐκ παραλλήλου positum idem fere significat, quod *lenitate*. Si *levitate* et *aequabilitate* legimus, componitur genus et unum eorum, quae illi generi subiecta sunt, quod non magis cum ratione convenit, quam si dicas: die Menschen und die Neger, vel die Rosen und die Blumen. Efficitur autem lenitas per levitatem et structuram orationis i. e. durch die Glättung und wohlklingende Anordnung der Rede, de quibus in doctrina numeri inde a c. 41. disserendi locus erit. Haec est illa *lactea ubertas*, quam Livio tribuit Quintilianus, et ille *quasi sedatus amnis sine ullis salebris fluens*, quocum Cicero Herodotum comparavit c. 12, 39. „*In* a codicibus notis omissum videtur insertum ex coniectura, sed necessaria, apud Nizolium, Lambinum sqq." Or.

puro. Puram orationem Bentl. ad Horat. A. P. 99. docuit constare civilibus, popularibus, quotidianis verbis ex eiusdem poetae Satir. 1, 4, 54. A. Gellio N. A. 13, 28. Scriptore ad Herenn. 4, 8, 11. Caesare de Terentio, Terentii ipsius prologo etc.

quasi quodam et. Mey. ex Ven. 1. Med. dedit *et quasi quodam*. Lamb. marg. 1578. *et puro quodam et quasi cand. gen.* Ceteri *et puro quasi quodam et cand. gen.* „Hic quoque consulto retinui codicum nunc notorum ordinem, quia et in voce *puro* et in v. *candido* agnosco metaphoram, molliorque videtur verborum iunctura. Si quid mutandum, sequendus potius erit Meyerus, quam Beierus, cui placuit ordo marg. Lamb., laudanti §. 25. *opimum quoddam et tanquam adip.* etc." Or.

candido. Comparatur oratio rivo, nam ὕδωρ λευκόν laudatur Athenaeo 2, 13. p. 155. Schweigh. (p. 41. A. Cas.) Bei. Quis unquam rivum candidum appellari audivit? Imo translatum est ex hominum natura. Nam „candidus homo dicitur non suae utilitatis cupidus, non suspicax, non tectus, neque ea meditans, quibus aliorum bonis officiat, apertus, non simulatus, sincerus, innocens incorruptus inprimis et integer, magis natura quam susceptarum sententiarum ratione bonus." Doederl. lat. Synon. Vol. 3. p. 193. 196. sq. Ergo candida oratio non alia est nisi dilucida et significans, in einer gewöhnlichen und deutlichen Sprache. „Candidum est dicendi genus, quod nihil oblique significet, sed omnia

liquido exponat. Pari ratione sententias *albas* [33]) vocabat Asinius Pollio simplices, apertas, nihil occultum, nihil insperatum afferentes, ut est apud Senec. rhet. p. 198. Sic *candide* et *simpliciter* iunguntur a Quintil. 12, 11, 8., ubi tamen animus designatur." SPALD. ad Quintil. 2, 5, 19. Vol. 1. p. 295.

Ecce aliqui. M. Coelium Rufum significari putavit Ellendt hist. eloqu. p. 113. MEY.

quodque paulo ante divisimus — quot orationum genera esse diximus. Hoc est, quam — divisionem proposuimus. BEI. Hic nisi *divisimus* ita accipiemus, ut sit pro *dividendo diximus* dictum, cum Schutzio transponenda erunt verba *divisimus* et *diximus*, in hunc modum: *quodque paulo ante diximus — quot orationum genera divisimus.* Sed puto illud alterum verius esse, ut sensus sit, quasi scripsisset: *quodque paulo ante ita divisimus, ut diceremus, alios graves, alios tenues, alios temperatos velle videri.* Similis brevileqnentia est apud Livium 33, 22. ex codice Bamberg., quem tamen Kreyssigius hic aspernatus est: *nominabant etiam tribunos militum — adversa pugna cum multis aliis viris fortibus — cecidisse* i. e. dicebant tribunos — cecidisse et nominabant eos, ubi Fr. Iacobs p. 396 editionis Francof. libri 33 comparavit usum verbi ὀνομάζεσθαι sequente εἶναι, v. Reiz. ad Viger. p. 750, 177. Similis usus verbi αἰνεῖν apud Leonidam Tarent. Epigr. 9, 25, 5. Antholog. Palat. Vol. 2. p. 13. ed. Iac.

αἰνείσθω δὲ καμὼν ἔργον μέγα, καὶ Διὸς εἶναι
δεύτερος, ὅστις ἔθηκ᾽ ἄστρα φαεινότερα.

Ad hunc locum Ioh. Dan. Schulze, vir amplissimus, in Anthologiae Gr. epigrammatibus quinque (Essendiae 1826. 4.) p. 20. haec adnotavit: „Ad εἶναι supple λεγέσθω, idque ex αἰνείσθω repetendum. Saepe enim tum Graeci tum Latini scriptores duobus membris orationis unum verbum ita iungunt, ut, si sententiam quidem spectes, ad prius tantum referri possit, ad alterum autem vel pars tantum significationis illius verbi, vel cognata quaedam significatio sit intelligenda. Qui quidem loquendi usus maxime in verbis dicendi, cognoscendi et cogitandi obtinet, cuiusque generis pauca quaedam sufficiant exempla: Liv. 3, 48. *decemvir negat — sed*, ubi *dicit* est supplendum ex *negat*. Aeschyl. Prom. 21.:

ἵν᾽ οὔτε φωνὴν, οὔτε του μορφὴν βροτῶν
ὄψει —

ubi ad φωνήν supplendum est ἀκούσεις, (imo ἀκούσει), idque ex voce ὄψει repetendum, quoniam verba videndi latissime patent, et omnino habent vim cognoscendi. Conf. Virgil. Aen. 8, 528.

---

[33]) Hic quoque potius cogitaverim de lacte, quam de rivo, collata *lactea ubertate* Livii. Candida quidem aqua non magis quam alba dicitur.

arma inter nubem, coeli in regione serena,
per sudum rutilare vident et pulsa tonare.

Quanquam alia de toto hoc genere statuit G. A. Schaefer. ad Musaeum a se nuper editum v. 5. Herodot. 7, 220. *λέγεται δὲ ὡς αὐτός σφεας ἀπέπεμψε Λεωνίδης, μὴ ἀπόλωνται κηδόμενος· αὐτῷ δὲ καὶ Σπαρτιητέων τοῖσι παρεοῦσι οὐκ ἔχειν εὐπρεπέως ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν ἐς τὴν ἦλθον φυλάξοντες ἀρχήν.* Quae quidem suspensa putes ab *νομίζων*, quod verbum commode ex voce *κηδόμενος* repeti potest [34]). Similis ratio est Thucydidei loci 2, 93. *προσδοκία οὐδεμία ἦν — μὴ οὐκ ἂν προαισθέσθαι.* Plura de hoc usu loquendi congessit Stroth. ad Liv. 3, 67." Haec exempla nonnihil differunt: in aliis enim mera repetitio (constructio *ἀπὸ κοινοῦ*) fit, in aliis ad repetitionem hoc accedit, quod verbum aliquod praegnans simul orationem de consueta norma loquendi deflectit, velut nemo dicit *αἰνῶ εἶναι*, sed *αἰνῶ τὸ ὄν*. Quare nescio an rectius cum illo loco epigrammatis Leonidae conferas Cic. de N. D. 1, 13, 34. *deos enim octo esse dicit: quinque eos, qui in stellis vagis nominantur* i. e. in stellis vagis sunt, et hoc nomine nominantur, ne quis cum Davisio *numerantur* legi velit. Vid. Wyttenb. ad h. l. p. 727. ed. Creuz. et ad Platon. Phaedon. p. 285. ed. L. B. Simillimum illud Homericum est Il. λ', 757.:

— *καὶ Ἀλεισίου ἔνθα κολώνη*
κέκληται

i. e. *ἔνθα κεῖται, ἣ κέκληται Ἀλ. κολ.* Eodem modo *dicere* cum praegnantia est apud Quintil. 6, 3, 110. *quae sunt generis eiusdem, quo ridicula dicuntur* i. e. quo sunt, quae rid. dicuntur. Minus placet Spaldingii ratio, supplentis *ex quo g.* Adde Sophocl. Ai. 713. Herm.

τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ στρατοῦ
ξύναιμον ἀποκαλοῦντες, ὡς οὐκ ἀρκέσοι
τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν

i. e. nominantes et dicentes, non satis vindictae fore, nisi totus lapidibus obrueretur. Persius Satir. 4, 35. *despuat in mores — pandere* i. e. despuat et dicat, pandere etc. Idem est usus verbi *laudo*, ut graeci *ἐπαινεῖν*. Plaut. Aulul. v. 476.

Laudant sapienter factum

i. e. laudant et praedicant sapienter factum esse, ubi vid. adnotata. Et verbi *defendo* apud Cic. de Inv. 2, 32, 98. *vi quadam reus id, quod fecerit, fecisse defenditur* i. e. defendendo dicitur. v. C. Beier. ad Cic. oratt. fragmm. p. 44. Et verbi *describere* ap. eund. Fin. B. et M. 2, 28, 92. *beatum esse describit.*

---

[34]) Commodius etiam *φροντίζων* G.

Cap. XVII.

§. 54. *hoc munus augere.* Da ich angefangen habe, diesem Geschäft (der Darstellung des vollkommenen Redners) einen grösseren Umfang zu geben. Munus (γέρας) id est, quod amori vel gratiae tribuimus, (v. Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 142.), velut hoc negotium informandi principis oratoris amore Bruti se suscepisse ipse auctor in prooemio et aliis locis profitetur. Cic. Partitt. orat. 38, 132. *munus promissi omne confecero.* Dialog. de oratt. c. 32. *quoniam quidem ego iam meum munus explevi.*

pars nulla erit. Quod nullam partem praetermissam dicit, nisi memoriam, tenendum est, artis oratoriae has partes a scriptoribus constitui: inventionem (εὕρεσιν), dispositionem (τάξιν), et in hac sunt exordium, narratio sive propositio, partitio, argumentatio, peroratio; deinde elocutionem (ἑρμηνείαν sive λέξιν), actionem (ὑπόκρισιν), memoriam (μνήμην). Conf. Quintil. 3, 3. init., ubi quod §. 7. citatur Cicero in Oratore, eius locum in primo de Orat. c. 31, 142, non hic inveniri nescio cur dixerit Spalding Vol. 1. p. 445. in notis crit. et exegeticis, si quidem hic eadem auctor docet, quamquam minus aperte. Ceterum alii rhetores aliter de his partibus artis suae statuerunt, de qua re vid. Maerck. de Theodect. p. 41. adn. 1. 2. 4. et Cic. de Orat. 2, 19, 79. dein rursus Maerck. l. c. p. 45. adn. 13. et p. 63. §§. 29 sqq.

§. 55. *quum constet.* Pro *quum* Ern. putat legendum esse *quae;* esse enim definitionem, non rationem. At ratio hic non minus recte locum habet, quam definitio. Ratio autem haec est: vox et motus sunt corporis; ergo vocis et motus eloquentia corporis eloquentia est.

e voce atque motu. Ven. 1. *et voce et motu.* Med. *et voce motu.* Quintil. 11, 3, 1. *Pronuntiatio a plerisque actio dicitur, sed prius nomen a voce, sequens a gestu videtur accipere. Namque actionem Cicero alias quasi sermonem, alias eloquentiam quandam corporis dicit. Idem tamen duas eius partes facit, quae sunt eaedem pronunciationis, vocem atque motum.* Mey. Actionem (die Geberdensprache), quam *corporis eloquentiam* dicit, in tribus ponit, in voce, in gestu (Geberden), et vultu (Miene). Gestus a gestiendo dictus videtur, quod tamen verbum non significat nisi certam quandam speciem gestus, sich über — sich auf etwas freuen, sich vor Freude nicht zu lassen wissen, v. Doederl. lat. Synon. Vol. 5. p. 58. 59. nr. 8. 9. At substantivum *gestus* totam corporis eloquentiam indicat, latiori sensu etiam vultum comprehendens, quemadmodum vox Geberden. Quin germanica vox etiam ambitum latinae excedit, quod non solum mo-

tus indices sensuum, affectuum, cogitationum et voluntatis, sed etiam motus horum indiciorum expertes significat. Eius autem partis eloquentiae corporis, quae voce Miene explicatur, duplicem latina lingua denominationem habet: *os* et *vultum*. Quorum illud significat oris et vicinae regionis eloquentiam, vultus autem oculorum et eorum, quae circa oculos sunt. Vultum Doederl. l. c. Vol. 4. p. 320. existimat a volvendo dictum, et primitus mobilitatem oculorum et fortasse etiam supercilium (das Falten der Stirn) significasse. De gestu data opera scripserant L. Plotius Gallus et Nigidius, qui L. Crassi oratoris aetate florebant. v. Quintil. 11, 3, 143 coll. 2, 4, 42., ubi v. Spalding. Vol. 1. p. 288.

iamdudum. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 264.

§. 56. *Nam et infantes*. Nonius v. *infans: nam et infantes actionis saepe fructum tulerunt*. Mey.

Demosthenes. Idem dictum v. de Orat. 3, 56, 213. Quintil. 11, 3, 6. Iul. Victor. p. 111. *huic* (actioni) *non immerito Demosthenes ex omnibus oratoris virtutibus primas dedit et secundas et tertias*. Id.

Cap. XVIII.

flexa miserabilis. Er wird mit starker Stimme drohend, mit ruhiger sanft, mit gesenkter ernst, mit weicher kläglich sprechen wollen. Vocem *inclinata* supra c. 8, 27. cum *ululanti* voce iunctam non alio sensu cepisse videtur, quam hic vocem *flexa*. Alio sensu videlicet vox *inclinata* accipitur hic, ubi cum *gravi* iungitur, siquidem non potest ululantis eadem vox esse, quae gravis hominis. Cic. de Orat. 3, 57, 216. *Nam voces ut chordae sunt intentae, quae ad quemque tactum respondeant: acuta gravis, cita tarda, magna parva; quas tamen inter omnes est suo quaeque in genere mediocris. Atque etiam illa sunt ab his delapsa plura genera*, (i. e. und von diesen Gattungen sind unter andern folgende Nebengattungen ausgegangen) *lene asperum, contractum diffusum, continenti spiritu intermisso, fractum scissum*, (i. e. die dünne Stimme aus enger Kehle und der hölzerne Ton ohne Metall), *flexo sono attenuatum inflatum* (i. e. die weinerliche, dünn hauchende und die mit Keichen ausgestossene Stimme. Conf. de Orat. 3, 11, 41. *nolo verba exiliter animata exire, nolo inflata et quasi anhelata gravius*.) Pro *flexa* autem hic ante Schutzium legebatur *inflexa*. „In miserationibus, ait, orator utitur voce *flexa* et *circumducta*. Conf. Quintil. 11, 3, 170. Aliud est, quum dicitur de Orat. 2, 46, 193. *inflexa ad miserabilem sonum voce*. Neque vero hic commode poneretur *inflexa*, quia statim sequitur *inflexo*, alia significatione.“

§. 57. *inflexo*, *acuto*, *gravi*. Aus dem mittleren, hohen (i. e. Discant und hohen oder tiefen Alt) und tiefen Ton (i. e. Tenor und Bass). Inflexus sonus nimirum hic idem est, qui de Orat. 3, 57, 216. *mediocris* i. e. die Mittelstimme. Mirus est error Beieri, *inflexum* sonum interpretantis προσῳδίαν περισπωμένην, ut apud Arnonium 1 post med. p. 44. Herald. (al. 35.) *Quid officit — utrumne quid grave an hirsuta cum asperitate promatur; inflectatur quod acui, an acuatur quod oportebat inflecti?* At auctor etiamnunc aperte loquitur de cantu, non de accentu: de hoc demum inde a §. 58. agere incipit.

varietas. Modulation, quam supra c. 17, 55. dixit *vocis mutationes*.

cantus obscurior. Etwas singendes, Gr. οἷον ᾠδὴ, μέλος καὶ μοῦσα. Vid. omnino Quintil. 11, 3, 57 — 60. Cave cogites, hunc cantum obscuriorem, sive quas paulo inferius *flexiones* dixit, aut Ciceroni aut Quintiliano improbari. Sic enim hic ibi §. 60. exeunte, postquam illum e Phrygia et Caria rhetorum epilogum, paene canticum, ut vitium omnium minime ferendum oratoribus sui aequalibus exprobravit: *Quid ergo? non et Cicero dicit esse aliquem in oratione cantum obscuriorem? et hoc quodam naturali initio venit* [35])? *Ostendam non multo post, ubi et quatenus recipiendus sit hic flexus et cantus quidem, sed, quod plerique intelligere nolunt, obscurior*. Illud promissum exsequitur §. 167. *Iam cantici quiddam habent sensimque resupina sunt: „saxa atque solitudines voci respondent* [36]).“ *Tales sunt illae inclinationes vocis, quas invicem Demosthenes atque Aeschines exprobrant, non ideo improbandae: cum enim uterque alteri obiiciat, palam est utrumque fecisse. Nam neque ille per Marathonis et Plataearum et Salaminis propugnatores recto sono iuravit, nec ille Thebas sermone deflevit.* Propter eandem rem de aetate proxima post Ciceronem v. Dialog. de Oratt. c. 26.

non hic e Phrygia et Caria — epilogus. Iul. Vict. p. 111. *Tullius dixit, in Phrygia et Caria turpissime rhetoras epilogos coepisse cantare*. Mey. Quintil. 11, 3, 58. *Nam Cicero illos ex Lycia et Caria rhetoras paene cantare in epilogis dixit. Nos etiam cantandi severiorem paulo modum excessimus*. Habet igitur Lyciam pro Phrygia Ciceronis. Sed hoc Spaldingius dicit ex solitis eius scriptoris erratis esse. „Sensus est: non hic,

---

[35]) „Illud de *initio naturali*, quanquam non his ipsis vocabulis, etiam apud Ciceronem est, ut possis apud Quintilianum pro *venit* optare infinitivum *venire*.“ Spald.

[36]) Verba desumta ex Ciceronis or. pr. Ligario c. 3.

quo rhetores e Phrygia et Caria utuntur in epilogis, ut sit paene canticum. Sed videtur addendum *quorum* post *rhetorum*. Nam epilogus ipse non est cantus, sed pronunciatur voce canente, unde *canticum* dicitur." Ern. Nihil in sensu mutatur, *quorum* addas, an omittas. Hoc autem paene canticum iam supr. c. 8, 27. tetigit. Cantica intelligit Romanarum fabularum, „quae fere idem erant, quod apud Graecos ἀπὸ σκηνῆς vocabatur, partes ipsarum fabularum et quidem quae non solo gestu, sed etiam oratione et cantu constarent. Quum a cantu ductum sit nomen, per se non indicat, utrum unius an plurium cantus intelligatur. Itaque *e choro* canticum dixerunt, ubi canticum a choro cantatum significant. Sed quum in tragoediis et comoediis apud Romanos unus tantum caneret, isque solus secum aliquid, non cum aliis, loquens, factum est, ut canticum saepissime de μονῳδίᾳ diceretur. Nam histriones diverbia pronunciabant, cantica agebant tantum, canente alio. Agere autem dicebant *saltare*. Saltare tragoediam dicitur, qui gestus agit; cantare, qui versus canit. Unde saltare proprium est histrionis; cantare cantoris." G. Herm. de Cantico in Romanorum fabulis scenic. p. 9. (Opusc. Vol. 1. p. 297.), qui profitetur p. 13. (p. 302.), nihil dum se reperisse, unde certo intelligi posset, histrionem cantica interdum etiam cecinisse: paulo ante tamen dubitanter dixerat, Horatium aperte cantorem et histrionem eundem esse significare, dicentem:

— *donec cantor*, *Vos plaudite dicat*

A. P. 154. Quo loco qui cantor dicitur, eum Bentl. ad Terent. Andr. extr. tibicinem intelligit, velut in Andria Flaccum, Claudi filium. Contra hunc ipsum Flaccum Herm. p. 7. (p. 295 sq.) virum artis peritum affirmat fuisse, qui modos canticorum fecerit, non tibicinem. Quare dubitatio, Horatii loco commota, quum remota fuerit, et non prius, perstabit sententia, sola ab histrionibus diverbia pronuntiata esse. Post G. Hermannum de canticis Romanorum scriptor extitit G. A. B. Wolfius, qui, quod Ille se optare significaverat, cantica in Terentii Plautique fabulis a diverbiis secernere suscepit in Commentatione Halis a. 1824. 4. edita. Is igitur p. 11. cantica ita definit: „Cantica i. e. partes fabularum, in quibus una tantum persona in scena verba faciebat, ita agi solebant, ut, dum verba canebantur ab alio, histrio ipse, cuius erant partes, in quas ceciderat canticum, gesticulationem tacitus perageret, utrique et gestum peragenti et canenti tibicine numeros modosque exhibente et praeeunte." Quod autem G. Hermannus quaesiverat, num interdum etiam histriones ipsi simul et saltaverint et cantaverint fabulam, Wolfius p. 18. canticorum actionem respondet Diomedis grammatici tempore ita immutatam fuisse, ut non amplius alius cantaret, alius gesticularetur, sed

haud dubie tantum unus recitaret. Cantorem loci Horatiani Idem ibidem intelligit eum, qui cantica soleret cantare, gestum histrione exhibente; nam tibicinem nunquam simpliciter *cantorem* dici. Atqui haec trium de illo loco opinionum haec probabilissima videtur, ut non histrio, non tibicen, sed cantor illud *Plaudite* dixerit.

vocis flexiones. Hoc est, cantum obscuriorem, quem dixerat, etwas Singendes. Aliae intelligendae sunt flexiones hoc loco Ciceronis de Orat. 3, 25, 98., ubi de cantu ipso, non de obscuriore agit: *Quanto molliores sunt et delicatiores in cantu flexiones et falsae voculae, quam certae et severae? quibus tamen non modo austeri, sed, si saepius fiunt, multitudo ipsa reclamat.* Hic flexiones videntur esse angenehme Schleifungen, sanftes Ziehen der Töne. Demosthenes Aeschini illas vocis flexiones inter alia obiicit in or. pr. Coron. §. 259. p. 281. Bekk. *ἐπὶ τῷ μηδένα πώποτε τηλικοῦτ᾽ ὀλολύξαι σεμνυνόμενος.* §. 280. p. 286. *καί μοι δοκεῖς ἐκ τούτων, Αἰσχίνη, λόγων ἐπίδειξίν τινα καὶ φωνασκίας βουλόμενος ποιήσασθαι τοῦτον προελέσθαι τὸν ἀγῶνα, οὐκ ἀδικήματος οὐδενὸς λαβεῖν τιμωρίαν. ἔστι δ᾽ οὐχ ὁ λόγος τοῦ ῥήτορος, Αἰσχίνη, τίμιον, οὐδ᾽ ὁ τόνος τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τὸ ταὐτὰ προαιρεῖσθαι τοῖς πολλοῖς καὶ τὸ τοὺς αὐτοὺς μισεῖν καὶ φιλεῖν οὕσπερ ἂν ἡ πατρίς.* §. 287. p. 288 extr. *μηδὲ τῇ φωνῇ δακρύειν ὑποκρινόμενον τὴν ἐκείνων τύχην, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ συναλγεῖν.* §. 291. p. 290. *ἀλλ᾽ ἐπάρας τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς καὶ λαρυγγίζων ᾤετο μὲν ἐμοῦ κατηγορεῖν δηλονότι.* At Aeschines Demostheni in orat. adv. Ctesiphontem §. 70. p. 173. ed. Brem. *περὶ δὲ τῶν δακρύων, καὶ τοῦ τόνου τῆς φωνῆς, ὅταν ὑμᾶς ἐπερωτᾷ, ποῖ καταφύγω, ἄνδρες Ἀθηναῖοι; — ἀνθυποβάλλετε αὐτῷ* etc. §. 71. p. 174. *ὅλως δὲ τί τὰ δάκρυα; τίς ἡ κραυγή; τίς ὁ τόνος τῆς φωνῆς;* §. 77. p. 186. *ἀφομοιοῖ γάρ μου τὴν φύσιν ταῖς Σειρῆσιν, ὡς ἔοικε* etc.

Dicit plura etiam. Dicit Ernestio vitiosum videbatur et ex altero membro repetitum, et id sensisse Lambinus, quum repeteret *obiicit*, scribens *obiicit plura Aeschini Demosthenes*, idque sane esse aptius; sed melius intelligi, deleto *dicit*. Schutz. in ed. 2. pro *dicit* scribere maluit *et huic* sc. Aeschini, ut concinnius respondens verbis *alter alteri*. Schirach. *obiicit plura etiam Demosthenes.* Eins. *et Aeschines, illumque saepe dicat* (sic) *voce dulci et clara fuisse.* Goerenz. ad Cic. Fin. B. et M. 1, 21, 71. p. 100. docet morem Ciceronis esse, verbum *dicendi* finitum repetere et accusativis interiicere, et hoc quoque loco utrumque haberi, et duplex *dicit*, et alterum accusativo cum infinitivo interpositum. Quocum equidem vulgatam retineo.

voce dulci et clara. Eine angenehm und volltönende Stimme. Loca Demosthenis inter alia haec sunt in or. de falsa legat.

p. 380, 1. Reisk. p. 403, 15. *καὶ τὸν βεβιωμένον — λαμπρᾷ τῇ φωνῇ*. p. 405, 16. *λαμπρᾷ τῇ φωνῇ*. p. 408, 17, *μηδέ γε εἰ καλὸν καὶ μέγα οὗτος φθέγγεται, μηδ' εἰ φαῦλον ἐγώ*. p. 415, 15. p. 449, 20. Huc pertinet etiam locus Aeschinis c. Ctesiph. §. 77. p. 186. Brem. de Sirenibus. Ulpian. ad Demosth. de f. leg. p. 449, 26. *ἔστι γὰρ εὐφωνότατος Αἰσχίνης, ὡς αὐτὸς μαρτυρεῖ πολλάκις ὁ Δημοσθένης*. Plin. Epistt. 2, 3, 10. Quos locos maximam partem indicavit Taylor ad Demosth. or. cit. p. 405, 16. apud Schaeferum in Apparat. or. Demosth. Vol. 2. p. 622.

§. 58. *quasi modularetur*. Als wollte die Natur die menschliche Stimme musikalisch machen. Conf. de Orat. 3, 48, 185. extr. *Nam si rudis et impolita putanda est illa sine intervallis loquacitas peremnis et profluens, quid est aliud causae, cur repudietur, nisi quod hominum auribus vocem modulatur natura ipsa? quod fieri, nisi inest numerus in voce, non potest.* De quo loco v. Prolegg. altera de doctrina numeri c. 2. §. 3. Margo Lamb. 1578. *moderaretur*. Pessime, neque quidquam huc pertinet locus Orat. §. 182., quem huc traxit Orellius. „Accentus sive voculatio intelligitur percussio in variis vocabulorum syllabis, quae notatur vocis contentione et remissione, sonoque vocis acuto et gravi. v. Priscian. p. 1286. ed. Putsch. Etenim in nulla lingua omnes syllabae unius vocabuli pari vocis vel intentione vel submissione pronuntiari possunt: sic enim pronuntiata series syllabarum nunquam ut totum quiddam ad aures caderet. Quippe partibus nulla re inter se iunctis et aptis singuli soni inter se ita excepturi essent, ut non in unius vocabuli formam colligarentur. Eo autem, quod una syllabarum prae ceteris acuitur, omnes syllabae artius inter se coagmentatae in unum et totum coalescunt, quum fortior pars submissiorem secum trahat, et submissior fortiori acclinetur. Quoniam igitur accentu fit, ut ceterae syllabae versus illam unam ferantur, et singulae syllabae, unde totum verbum componi debet, artissime inter se cohaereant, accentus ex singulis syllabis verba efficit. Quum ergo sine accentu nulla verba componi possint, nulla lingua eo carere potest, quin ne cogitari quidem ulla lingua sine accentu potest. Ille est similis animae corporum terrestrium et coelestium, sine qua ista rudis et indigesta moles futura essent, quaque penetrantur et tanquam vitali spiritu animantur. Itaque Diomedes 2 p. 425. ed. Putsch. *Est accentus*, ait, *ut quidam recte putaverunt, vel anima vocis*. Conf. Martian. Capell. p. 60. ed. Grut., Liscovius über den jetzigen Begriff von Accent im Allgemeinen, in Iahnii Annal. 1828. fasc. 8. p. 465. G. L. Staedler Wissenschaft der Grammatik, Berol. 1833. p. 54. Eichler Abh. über Ton und Accent nach Bedeutung und Wesen, nebst einer Vergleichung des deutschen,

lateinischen und französischen Wortaccentes, Stendal. 1834. p. 4. 5. Ut igitur accentus syllabas vocabulorum ligat, ne solutae diffluant, ita percussionibus linguam modulatur. Quodsi in ulla lingua accentus notatio nulla fieret, sonus periret, dissonus clangor (ψόφος) fieret velut brutorum animalium. Accentu autem ad syllabam accedente lingua sonora fit et quadam quasi modulatione afficitur. Quare veteres loquuntur de cantu per accentum effecto, quem cantum modulationem linguae (*μέλος λογῶδες*) appellant. Aristoxenus Element. Harmon. p. 18. ed. Meibom. 1. Dionys. Hal. de C. V. c. 11. p. 126. Schaef. et Diomedes 2. p. 425. *Accentus*, ait, *dictus est ab accinendo*, *quod est quasi quidam cuiusque syllabae cantus: apud Graecos adeo προσῳδία dicitur, quod προσᾴδεται ταῖς συλλαβαῖς.* Conf. Cic. Orat. h. l. et Boeckh. de Metris Pindar. p. 51." Zeyss. über den lat. Accent (Rastenburg. 1836. 4.) p. 3. 4.

in omni verbo posuit acutam vocem, *nec una plus*, *nec a postrema syllaba citra tertiam.* *Ὀξύτης* et *βαρύτης* a veteribus ita describuntur, quasi sint vocis intentio et remissio, quas dicunt vocis quasi ascensu et descensu fieri. Vid. locos apud Liscovium über die Aussprache des Griechischen und über die Bedeutung des griechischen Accents. Lips. 1825. Haec nomina, ut Liscovius eo libro et Ritter in Elementis grammaticae lat. p. 5. animadverterunt, desumta sunt a sonis nervorum et tibiarum, quemadmodum nomina *προσῳδία* et *accentus* a cantu in sonos linguae transferuntur. Nam quae inter sonos vocis, eadem differentia inter sonos nervorum et tibiarum, praecipue tamen nervorum, est. Quo maior tensio in pari natura, crassitudine et longitudine nervorum, tanto acutiorem; quo minor, tanto graviorem sonum reddunt. Haec tensio fidium *τάσις ὀξεῖα* et *βαρεῖα* appellatur. Dionys. Hal. de C. V. c. 11. p. 126. Schaef. Aristid. Quintil. 7. p. 8. ed. Meibom. Zeyss. l. c. p. 5. Apud eundem haec sunt huc pertinentia p. 10.: „Accentus verborum pendet vel ex sensu vel ex forma verborum, vel ex ambobus. Et ex sensu quidem pendet, quum percussio fit eius syllabae, qua notio primaria verbi continetur, sive quae pro vi ac sensu suo in verbo primaria est. Hanc voculationis rationem invenias in omnibus linguis, quas Germanicarum nomine complectimur: nam in his linguis, quae quidem vocabula vere germanicae originis sunt, accentum semper in syllaba ad sensum gravissima habent. Quae quum plerumque radix sive syllaba primitiva sit, ea per excellentiam in lingua germanica ictum habet, ibique accentus sedes est, quamvis multis ad radicem syllabis adiectis. Eadem de causa in germanicis vocabulis compositis acutus accentus non in verbum primitivum, quod insequitur, et in quo generis notio inest, sed in verbum definiens, quod

praeponitur, et notas singulorum generi subiectorum proprias continet, et quo proinde notio verbi compositi restringitur, cadit. Vocabulum enim definiens potiorem notionem habet. Contra a forma grammatica vocabulorum voculatio pendere dicitur, cum nulla relatio fit inter sensum ac significationem syllabarum et accentus notatur in certa quadam syllaba nulla aliarum rerum ratione habita, vel notatio accentus fit ratione proceritatis et brevitatis syllabarum. Hanc legem sequuntur pleraeque linguae non germanicae. Utramque illam accentus notationem iunctam reperias in lingua Anglica, in qua accentus notatio germanicorum vocabulorum ex sensu, romanensium vocabulorum ex forma fit. Linguarum, in quibus accentus non pendet ex sensu et significatione syllabarum, sed solum ex forma grammatica, ex ante dictis duae classes sunt, in quarum altera voculatio fit ex proceritate et brevitate syllabarum, ut in latina [37]); in altera non ita fit, velut in lingua Gallica, cuius fere omnia vocabula in extrema acuuntur. Lex latini accentus aptissime dicitur rhythmica, ut qua tempora et spatium syllabarum respiciantur. Nec tamen inde colligere licet, in latina lingua numeros sive rhythmum accentu constitui." His adde, quae ibidem sunt p. 12 sq. „Praeterquam vero, quod linguae latinae accentus ex moris syllabarum pendet, haec duo tenenda sunt: Primum id, quo latinae cum graeca lingua convenit, quod acutus non potest retrahi citra tertiam ab extremo, quia voci in pronuntiando vocabulo nulla interspiratio conceditur, ut quo fieret, ut morae, si accentus ulterius versus initium vocabuli, quam in tertiam a postremo retraheretur, pronuntiantibus ita extenuari deberent, ut loquentes nequirent syllabis suos et plenos sonos reddere. Quod ut intelligatur, nihil opus est, nisi ut reputes, penultimam in germanico vocabulo Schrécklichere ita attenuari, ut litera e in ea vix audiatur. Ceterum veteres disertis verbis docent, acutum latinorum vocabulorum non citra tertiam a fine positum esse [38]), ut Cicero Orat. h. l. Quintil. 1, 5, 30. Pris-

---

[37]) In latina lingua accentus notationem ex proceritate et brevitate syllabarum pendere, vel prima elementa doctrinae accentus latini docent: „Unaquaeque syllaba accentu notatur aut gravi aut acuto aut circumflexo: ut nulla syllaba sine vocali, ita nulla sine accentu est. At una tantum syllaba in unoquoque vocabulo acuitur, v. Cic. Orat. h. l. Quintil. 1, 5, 31. et quidem in aurea aetate linguae latinae in hunc modum et ad hanc legem acuitur:

1. Monosyllaba. a) Si syllaba suapte longa constant, circumflexo notantur, ut *fûr*, *sôl*, *dôs* etc.

b) Si vocalem natura brevem continent, utrumvis syllaba sit brevis, an longa per positionem, acuto notantur, ut *mél*, *fél*, *vír*, *cór* etc." Zeyss. l. c. p. 16 sqq.

[38]) Nisi quod in vocabulis tres breves syllabas ante ultimam habentibus constante propemodum usu poetae quartam a fine acuunt, *míseria*, *fámi-*

cian. p. 1287. ed. Putsch. Maximus Victorin. p. 1942. Diomed. p. 425. 428. Deinde illud, quo lingua latina a Graeca recedit, quod in illa nullum vocabulum, exceptis videlicet monosyllabis, in extrema acuitur, v. Quintil. 1, 5, 30. 31. 12, 10, 33. Priscian. p. 1287. ed. Putsch. Donat. p. 1740. 41. Maxim. Victorin. p. 1942. Diomedes p. 425. Olympiodor. ad Aristotel. Meteor. p. 27. Pompei. Comment. p. 77. ed. Lindem. *Quae syllaba habet accentum? — Ultima enim nunquam habet aut in versu aut in prosa.* Itaque Romani omne vocabulum plurium syllabarum ita pronuntiabant, ut acutus vel in penultima, vel in tertia a fine poneretur." Hanc doctrinam in antiquis tractaverat inter alios Tyrannio in libro περὶ προσῳδιῶν, de quo vide Cicero in epistt. ad Attic. 12, 2. Vol. 4. p. 341. ibique Schutz. 12, 6, 2. Vol. 4. p. 380 ibique eundem. De Grammatico ipso celeberrimo adi Popmam ad Cic. epistt. ad Attic. 2, 6. Vol. 1. p. 186., adde Cic. epistt. ad Quint. fratr. 2, 4, 2. Vol. 2. p. 65. 3, 5, 5. p. 303. ad Attic. 4, 4. Vol. 2. p. 77. 4, 8. p. 102.

citra tertiam. Ern. sine haesitatione edidit *ultra* pro *citra*. „Vult, ait, dicere, tantum tres syllabas ultimas acui voce, (id quod tirones sciunt): nunquam quartam, nempe a postrema; ab hac enim hic numerandi initium. Vid. Quintil. 1, 5, 30. Hoc vitium non animadversum esse et tam diu toleratum, miror." Schutzius restituit *citra*, addens, recte mutationem Ernestii Spaldingio ad Quintil. l. c. improbari.

---

liam, *tétigeris*, *rédiero* dicentes, ut monuit G. Hermannus Elem. doctr. metr. p. 64. Quo accedit id, quod ibidem dicitur: „Quumque vocabula, quorum duae, quae ultimam antecedunt syllabae, longae sunt, accentum in penultima habere videantur, tamen si eliditur ultima, retrahi fere a poetis accentum videmus in tertiam a fine:

poeta quúm primum animum ad scríbendum appulit.

Quo in versu et *scribendum* et, quae duo vocabula pro uno sunt, *quum primum*, si ultima non elideretur, accentum deberent in penultima habere, nisi a versus loco, ut in verbo *scríbendum*, excusatio accederet, de qua v. Bentl. in Schediasmate de metris Terentianis, ut,

poeta quúm primum se ad scríbendum dedit

ubi *scribendum* recte, non item *quum primum* sine elisione positum esset. Sic saepe *cóncede huc*, *sécede huc*, atque alia innumerabilia." Quod autem C. Beierus in adn. ad h. l. legem de accentu non citra tertiam retrahendo intra primitiva vocabula restringit, et ait, quum acuatur prima syllaba vocum *fácere*, *fácinus*, *mémor*, *mémorem*, *ácus*, acui eandem in *fácinoris*, *fácinoribus*, *mémoribus*, *mémoria*, *áculeus;* pervertit naturam accentus Latini: sic enim fieret, ut et in uno vocabulo duae acuerentur, et acueretur ultima, quod utrumque a ratione accentus huius linguae abhorret. Beieri sententiae Orellius dicit favere pronuntiationem Italorum in vocibus *cápitano* a verbo *capitare*, *óccupano*, *desíderano*, *abbéverano*, *togliéndosene* ac similibus. At quis est, qui nesciat, accentu ratione linguas recentiores prorsus ab antiquis recedere? In talibus verum est, nos antiquis ipsis credere.

industria. das absichtliche, sich selbst bewusste Streben.

§. 59. *bonitas.* die natürliche Güte der Stimme, die angeborne gute Stimme. Eodem sensu dicitur bonitas ingenii, vini, omnium denique rerum natura bonarum, etiam latinorum verborum c. 48, 164.

nihil ut supersit. Schutz. edidit: *nihil ut desit aut supersit.* „Cur autem, ait, Cicero tantum id, quod nimium fit in gestu, tangeret? Plenius Quintil. 9, 4, 84. *si quidquam supersit aut desit.*" At ibi Quintilianus non de actione agit. Vulgatam nescio an tuearis illa sententia, quae legitur c. 21, 73. *etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum*, et c. 53, 178. *quod cum in plerisque tum in hoc genere nimium quod est, offendit vehementius quam id quod videtur parum*, idque ante omnia tenendum est in moderando gestu, in quo facilius quod supersit, quam quod desit, offendat. Unde evenisse putandum est, ut scriptor satis haberet monere, ne quid in gestu supersit, nec adderet: *ne quid desit.*

rarus incessus. Hoc est, rara in rostris ambulatio, das seltene Auf- und Abgehen auf der Rednerbühne. Quintil. 11, 3, 126. *Conveniet etiam ambulatio quaedam, propter immodicas laudationum moras: quanquam Cicero rarum incessum, neque ita longum probat. Discursare vero, et quod Domitius Afer de Curio Mallo dixit, satagere ineptissimum: urbaneque Flavus Virginius interrogavit de quodam suo antisophiste, quot millia passuum declamasset?*

excursio moderata. Das Vorschreiten auf die Zuhörer zu, quasi der Anlauf. v. Gesner. Thesaur. L. L. Quintil. 1, 11, 3. *plurimum tamen aberit* (orator) *a scenico, nec vultu nec manu, nec excursionibus nimius.* 2, 2, 12. *At nunc proni atque succincti ad omnem clausulam non exsurgunt modo, verum etiam excurrunt, et cum indecora exsultatione conclamant.* Sed alia nimirum intelligenda est excursio apud eundem 2, 13, 1. 4, 2, 104. et 4, 3. per totum caput. Uno loco idem rhetor pro *excursione* posuisse videtur *procursionem* 11, 3, 126. *Procursio opportuna brevis, moderata, rara. Conveniet etiam ambulatio quaedam* etc., nam statim sequuntur, quae paulo superius adscripsi ex eodem loco de ambulatione.

argutiae digitorum. die Ziererei mit den Fingern. v. Ern. ad Tacit. Annal. 11, 28. p. 609 sq. Oberl. Hunc locum recitat Quintil. 11, 3, 122.

articulus ad numerum cadens. Der Finger senke sich nicht nach dem Tact.

trunco magis. Nonius s. v. *flexus.* Der Redner habe mehr den ganzen Oberleib in seiner Gewalt. Quintil. 11, 3, 122.

Pectus ac venter ne proiiciantur, observandum: pandant enim posteriora; et est odiosa omnis supinitas. Latera cum gestu consentiant. Facit enim aliquid et totius corporis motus: adeo ut Cicero plus illo agi quam manibus ipsis putet.

virili — flexione. Mit einer männlichen Bewegung der Seiten. Cic. de Orat. 3, 59, 220. *Omnes autem hos motus subsequi debet gestus, non hic verba exprimens, sed universam rem et sententiam,* (die Sache und die Gedanken im Ganzen), *non demonstratione, sed significatione* (nicht mit einer Art bühnenmässiger Aufführung, sondern mit Andeutung) *declarans, laterum inflexione hac forti ac virili, non ab scena et histrionibus, sed ab armis aut etiam a palaestra. Manus autem minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens: brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis: supplosio pedis in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis.*

brachii proiectione — contractione. mit den Armen ausgestreckt — und an den Leib gehalten.

§. 60. De vultu et oculis quae sequuntur, ea confer cum eodem loco libri de Orat. 3, 59, 221.

voltuosum. Nonius s. v. Die Grimasse, seltsame, verzerrte, widerliche Geberden. „Optime explicat vocem Ern. Lex. rhett. lat. v. *vultus.*" Mey.

Nam ut imago. Denn wie die Miene ein Spiegel der Seele ist, so sind die Augen Verräther unseres Inneren. Non aliter Cic. de Orat. l. c. *Animi est enim omnis actio, et imago animi vultus est, indices oculi. Nam haec est una pars corporis, quae, quot animi motus sunt, tot significationes et commutationes possit efficere. Neque vero est quispiam, qui eadem connivens efficiat. Theophrastus quidem, Tauriscum quendam, dixit, actorem aversum solitum esse dicere, qui in agendo connivens aliquid pronuntiaret. Quare oculorum est magna moderatio* i. e. daher ist das Spiel der Augen sehr wichtig.

Cap. XIX.

§. 61. *id est oratione.* Haec delevit Schutz. „Vulgo, ait, additur *id est or.*, nempe glossemate in ordinem recepto." Gu. 1. *qui sunt in oratione.*

cetera in eo latere. Dass das Uebrige (das *quid dicat et quo quidque loco*, v. cap. 13, 44. ac *duo breviter prima* etc.) stillschweigend darin begriffen sei, zeigt der blosse Name. Siquidem orator dicitur ab eloquentia i. e. a modo dicendi.

dicendi — maxima vis. Hoc est, maxima earum rerum, quae sunt in oratore scil. dicendi facultas. 21, 69. *vis omnis*

oratoris est consummata virtus oratoris. Utroque loco errarunt interpretes. Bei.

§. 62. *Quanquam enim et philosophi quidam.* A. Matthiae de anacoluthis apud Ciceron. p. 4., postquam docuit, particulam *et* ita poni, ut alterum *et* omittatur, quibus locis monet ne quis *et* pro *etiam* accipiat, et postquam p. 5. monstravit, *et* semel positum recte se habere locis plurimis, postremo p. 6. addit, hoc loco auctorem videri sic continuare voluisse: *Quanquam enim et philosophi quidam ornate locuti sunt, et sophistae et historici, tamen* etc., sed eum primum tantum posuisse: *Quanquam enim et philosophi quidam ornate locuti sunt*, post quae interpellato per verba: *siquidem et Theophrastus — Plato* constructionis ordine statim sequi haec: *tamen horum oratio neque nervos neque aculeos oratorios ac forenses habet.* Tum §. 65. *Sophistarum magis distinguenda similitudo videtur* et c. 20, 66. *Huic generi historia finitima est* etc.

divinitate loquendi. v. Spalding. ad Quintil. 10, 1, 83. Vol. 4. p. 68.

nomen invenit. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 3. p. 144.

Aristoteles Isocratem ipsum lacessivit. Nonius voce *lacessere.* Rem aperit Cic. de Orat. 3, 35, 141. *Itaque ipse Aristoteles, quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod ille suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repente totam formam prope disciplinae suae, versumque quendam de Philocteta paulo secus dixit. Ille enim turpe sibi ait esse tacere, quum barbaros: hic autem, quum Isocratem pateretur dicere. Itaque ornavit et illustravit doctrinam illam omnem, rerumque cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit.* Tusc. Dispp. 1, 4, 7. *ut Aristoteles vir summo ingenio, scientia, copia, quum motus esset Isocratis rhetoris gloria, dicere etiam coepit adolescentis docere et prudentiam cum eloquentia iungere* etc. Quintil. 3, 1, 14. *Hinc velut diversae secari coeperunt viae. Nam et Isocratis praestantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere: eoque iam seniore (octavum enim et nonagesimum implevit annum) pomeridianis scholis Aristoteles praecipere artem oratoriam coepit, noto quidem illo (ut traditur) versu ex Philocteta frequenter usus*

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, καὶ Ἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν

Turpe esse tacere et Isocratem pati dicere.

Adde locos apud Maerckerum de Theodect. p. 18. adn. 6. Quod illi scriptores narrant, Aristotelem versum quendam de Philocteta paulo secus dixisse, virorum doctorum sententia discrepat, cuius poetae et in qua fabula hic versus fuerit. Structurae et

metri vitiositas Graeci versus apud Quintilianum effecit, ut Spalding. Vol. 1. p. 428. in nott. crit. glossema putaret eum, quem ipsum dare noluerit Quintilianus. „Erat, ait, solenne fere rhetoribus, aliisque etiam scriptoribus, respicere ad eum, qui in proverbium paene abierat. Ita factum, ut etiam hic eum significatum a Quintiliano allineret memoriter, qui tractaret antiquissimum aliquem codicem, male *καὶ* effingens ex latino *et*.“ Atque in adnotationibus addit, versionem hanc versus graeci a Quintiliano vix potuisse subiici. Et in Voss. 3. cod. Quintiliani negatur versus esse. Latina modo si a glossatore essent profecta, putat verbo finito hunc fuisse usurum, non infinitivo *esse*; neque apparere, quare nullo praeterea loco Graeco tam male sedulus interpres sese prodidisset. Etiam quod Ciceronis locus ob oculos versatus videatur Quintiliano, Spaldingium avertit a Graecis his veris et germanis credendis. Cicero posuerat sententiam solam, latinis verbis expressam, non versum Graecum. Idem fecisse Quintilianum putat, a tanto auctore ne in minimis quidem temere defecturum. Ceterum Barnesius, ut monuit idem in nott. crit., fragmentum hoc assignat Philoctetae Euripidis deperdito, nullo tamen demonstrato veterum loco, ubi auctor claris verbis memoratus sit. Musgravius ex Plutarcho adv. Colot. p. 1108. B. alterum eiusdem fragmenti post Gatakerum eruit, ubi haec sunt:

ὑπέρ γε μέντοι παντὸς Ἑλλήνων στρατοῦ
αἰσχρὸν σιωπᾶν.

Plura ibi non leguntur, ut altera posterioris versus pars:

— *βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν*

adhuc quidem in nullo scriptore Graeco appareat, sed efficta sit ab aliquo ex loco Ciceroniano de Oratore. Et ne hoc quidem loco Plutarchi hi versus diserte Euripidi tribuuntur. Gesneri dubitatio erat, an alius poetae, velut Aeschyli, esset. Valckenaerius occasionem pronuntiandi huius in tragoedia Euripidea versus demonstrat in diatrib. in Euripid. fragmm. p. 116., sed protracto ex latebris altero illo versu, quem ipse non videtur animadvertisse, tam bene eum non procedere observavit Spaldingius. Neque Valckenaerius de auctore dubitat, argumento tamen certo non prolato. Gatakerus Spaldingio videtur primus Euripidem agnovisse, quo vel auctore vel argumento non prodens. In eadem opinione de auctore fragmenti erat Bentleius, ut discimus ex eius epist. 28. ad I. G. Graevium p. 95. (p. 79. ed. Friedem.), et versum supplebat, ut vulgo: „Ille siquidem, ait, (is est Philoctetes Euripidis) dixerat:

αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν.

Hic autem, nempe Aristoteles, versum *παρῳδήσας*,

αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν.“

Etiam G. Hermanno Opusc. Vol. 3. p. 129. adn. verisimilius videtur, versum esse Euripidis Philoctetae. His adde quos citat Maerck. de Theodect. p. 18 sq. adn. 6. et praecipue A. Matthiae Euripidis fragmm. (Vol. 9. ed. eius poetae) p. 286. — Leloup de Isocrate (Bonn. 1823. 8.) p. 7. hanc de Isocrate narratiunculam effictam putat ex iis, quae Diogenes Laert. 5, 3. narrat, Aristotelem post reditum ex Macedonia hunc versum de Philocteta paulo secus dixisse contra Xenocratem, Academiae tunc caput; sic enim est apud illum:

αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ξενοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν.

Idem reprehendit O. M. Muellerum ad Cic. de Orat. p. 515., quod dicat Isocratem obiisse ante a. U. 417 (337), cum Aristoteles demum a. U. 420 (334) ex Macedonia redierit. Sic etiam cogitabat A. Matthiae fragmm. Euripid. l. c. At Leloup respondit, eum versum a Diogene narrari per Aristotelem dictum esse non post educatum Alexandrum, sed prius post legationem ad Philippum susceptam, eoque referri illum reditum Aristotelis ex Macedonia apud Diogenem. Et quidem rhetoricas scholas Aristotelem habuisse tum ante vitam in Macedonia, tum post eam in Lyceo docet Maerck. l. c. p. 18. 19. Contra quam Leloup omnes fere viri docti apud Diogenem Xenocratis nomen in Ἰσοκράτην mutatum voluerunt, reiiciente id Maerckero p. 19. adn. 9., quia Stagirites eundem versum, quem in Isocratem dixerat, postea contra Xenocratem usurpare potuerit; certe Aristotelem narrari gloria Xenocratis motum philosophiae praecepta tradere instituisse. Quae tamen repetitio eiusdem dicterii valde mihi ab ingenio faceti hominis aliena futura fuisse videtur. Quod restat, de illa aemulatione Aristotelis et Isocratis, discipulorumque utriusque v. H. Valesium ad Maussaci notas in Harpocrat. p. 248. (p. 441. super p. 100. ed. Lips.) et quos citavit Maercker. l. c. p. 20. adn. 10. 11.

Musas — locutas. Quintil. 10, 1, 33.

et suavitate et gravitate. Mss. apud Lamb. et Palat. quintus. *et gravitate* Eins. Vit. Dr. Ven. 1. 2. Tul. Ald. 1. Iunt. Crat. Vict. Man. Grut. *gravitate* Med. *et copia dicendi et gravitate* Nizol. *dicendi copia et gravitate* Ald. 2. *et ubertate et gravitate* Lambin. in adnott. *eloquentia et gravitate* marg. Gothofr. „*Et* suspicionem fecit, quum vulgo omitterentur verba *et suavitate*, alterum substantivum excidisse. — Si *et* intelligas *etiam*, nihil desit. Nempe Theophrastus et Isocrates copia et suavitate, Plato etiam gravitate excelluit." Ern. *Et* Ciceroni pro *etiam* dici, non sine circumscriptione quadam verum est. v. Matth. de anacoluth. ap. Cicer. p. 4 sq. F. Hand. in Tursellin.

Vol. 2. p. 499 sqq. Propter suavitatem Platonis Meyerus monuit loci Cic. de Divin. 1, 36, 78.

nervos — aculeos. Hoc est, die Erregung der Affecte, quam vim philosophorum eloquentiae abiudicat, forensibus oratoribus tribuit. Quare mox *res turbulentas* (leidenschaftliche Gegenstände) philosophorum *rebus placatis* contrarie ponit, (conf. Doederl. lat. Synon. Vol. 5. p. 4. init.) et paulo inferius (§. 64.) de eadem oratione philosophorum est: *nihil iratum habet* et supra ad c. 9, 29. vim permovendi animos, eamque summam ab Eupolide poeta sub eodem nomine *aculeorum* Pericli oratori tribui vidimus.

§. 63. *loquuntur cum doctis.* Quum alterum *loquuntur*, quod est post *capiendi*, itemque *sic* absit a Gu. 1., (et Or. in ed. mai. ait etiam *de* abesse ab hoc cod.; quod errore ab viro clarissimo dictum suspicor), Schutz. suspicatur, Ciceronem scripsisse: *loquuntur cum doctis, quorum sedare animos malunt, quam incitare, de rebus placatis ac minime turbulentis, docendi causa, non capiendi, ut* etc. Certe in *sic* iam olim editores haeserant. Nam *si de* habent Dr. Ven. 1. Tul. *fide* Eins. Mon. Ven. 2. (Si Orellium audias, hi libri habent *fide placatis*, omisso etiam *rebus*, quale nihil apud Meyerum); *si quidem de* Iunt. 2. Crat. Gryph. 1. Lamb. *sed de* Man. At Orellius de coniectura scripsit: *loquuntur — incitare,* [*et*] *sic — loquuntur*, ceterum servata lectione vulgata.

§. 64. *umbratilis.* schmeckt nach der Studierstube, (et propterea *mollis* dicta esse videri debet i. e. non colorata, non roborata) und nach der Rednerschule.

popularibus. weder Gedanken, noch Worte gebrauchend, die gemacht sind, beim Volke Beifall zu erwerben. Hac mente M. Antonius apud Cicer. de Orat. 2, 1, 4. populo orationem suam probabilem fore censebat, si omnino didicisse nunquam putaretur, et L. Crassum quoque opinio fuit, (ut est ibidem §. 2.), non plus attigisse doctrinae, quam quantum prima puerili institutione potuisset, quamquam sic Graece locutus sit, ut nullam aliam linguam nosse videretur. Inprimis Cicero identidem monet, ne quis orator philosophorum decreta inter orandum proferret, v. Paradox. prooem. §. 3. de Orat. 1, 51, 219. 3, 18, 65. 66. Conf. Spalding. de orat. Marcelliana p. 50 sq. et Fr. Iacobs. Verm. Schr. Vol. 6. p. 349 sqq. Ut L. Crassus apud Ciceronem, „sic in dialog. de Oratt. c. 2. Aper, celeberrimum tum ingenium fori, eruditione imbutus, contemnebat potius literas, quam nesciebat, maiorem industriae gloriam habiturus." I. Fr. Klossmann. prolegg. in Dialog. de oratt. (Vratisl. 1833. 4.) p. 4. adn.

nec vincta numeris. Idem de genere dicendi Sophistarum, cui hoc philosophorum simile est, supra c. 12, 42. praedicavit: *Dulce igitur orationis genus, et solutum et affluens.* Ceterum *vincta* Ern. edidit. pro *iuncta*, „quia est proprium in ea re et perpetuum Ciceronis verbum, quod et accurate verbo *soluta* opponitur. Verba quidem dicuntur *iungi*, ut mox cap. sq., sed non numeris, verum collocando ita, ut ne ultima et prima aspere concurrant, aut fiat hiatus etc.; numeris autem *vincitur* oratio, sicut apud poetas maxime, sic et suo modo apud oratores. Post et c. 23, 77. clare sunt *vincula numerorum.* In hac tanta evidentia necesse fuit recipere *vincta*, etsi nullis libris auctoribus. *Vincta* et *iuncta* saepe ut *vis* et *ius* permutantur in edd. pr. Sic supra c. 13, 40. in *arte quadam vinxisse verba* ed. Med. habet *iunxisse*." Vid. interpp. ad Tac. Hist. 2, 12. 3, 13. Drakenb. ad Sil. Italic. 8, 487. *Vincta* habent Eins. Vit. Gu. 1. Lamb. *iuncta* ceteri ante Lambinum.

nihil atrox. οὐδὲν γοργόν.

nihil mirabile. Mirabile quod dicit, id est principis oratoris et generis dicendi gravis, ut saepius in hoc libello (ut c. 28, 97., ubi vid. adn.) legimus. Manut. edidit *nihil miserabile* et sic Eins. a manu sec. „Malui *miserabile* i. e. quod ad fletum possit adducere, ut est in Bruto 93, 322. Conf. Orat. 17, 56. extr. 38, 131., ubi nemini attentiori scrupulum iniiciet, quod ibi additur *faciendum etiam, ut — iudex — contemnat, admiretur.* Item de Orat. 2, 47, 196. 51, 206. 52, 211. 3 Nat. D. 24, 62. in codicibus confunduntur vocabula *miserandum* et *mirandum.*" Bei. *miserabile* merito etiam ab O. M. Muellero commendatum cum Beiero recepit Meyerus, quos secutus sum. Conf. §. 56. Or.

nihil astutum. Astutum sive callidum tribuit tenui oratori.

casta. Nonius s. v. *castum.* v. Doederl. lat. Synon. Vol. 3. p. 199. adn. p. 202. Sic autem oratio philosophorum audire videtur propter rerum, quas tractat, sublimitatem et remotam a sordibus terrestrium contemplationem veri, ita ut turbulentis abiectisque rebus indocti vulgi non polluatur.

verecunda. Quod nolebat sapientibus hominibus displicere, et omni vehementiori turpique animorum commotioni temperabat, v. Doederl. lat. Synon. Vol. 2. p. 211. nr. 11.

sermo. Dialog. Sic dicitur oratio philosophorum vel propterea quod opera philosophorum plerumque in disputatione et dialogo scribebantur, v. Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 24 sq.

hoc proprio. Scripsit sine dubio Cicero *proprie*, quod et alibi in adiectivum mutatum novimus, sicut alia adverbia. Ern.

signata. „Dedi *dignata* ex Nonio voce *dignatus*, ubi est:

quanquam enim omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio dignata nomine est. Conf. Cic. Oeconomic. Lib. 1. fragm. primum: *Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur.* de Orat. 3, 7, 25. *signata* ceteri." Mey.

§. 65. *de quibus supra dixi.* c. 12, 42.

magis distinguenda. Sententia haec est: *Est quaedam in Sophistis atque oratoribus difficilior ad distinguendum similitudo*, ut loquitur 2. de Orat. c. 53. pr. Bei.

flores. Tropen.

probabilis. als Beifall verdienend, ut patet ex Cic. de Orat. 2, 36, 153. *semper ego existimavi, iucundiorem et probabiliorem huic populo oratorem fore, qui primum quam minimam artificii alicuius, deinde nullam Graecarum rerum significationem daret.* Et probabiles sententias dicit eas, quas εὐπροσώπους λόγους Dionysius Hal. A. Rh. 8, 2. p. 112. i. e. sententias, quae facile probantur, audientibus placentes, speciosas, ut ibi A. Schottus explicat.

apertius transferunt. Perperam Schutz. invitis et mss. et edd. edidit *audacius*, quod sensum postulare dicit et sic legi c. 59, 202. Vulgatam stabiliunt hi loci: Cap. 12, 38. *datur etiam venia concinnitati sententiarum: et arguti certique et circumscripti verborum ambitus conceduntur: de industriaque, non ex* insidiis, *sed aperte ac palam elaboratur, ut verba verbis quasi demensa et paria respondeant* etc. c. 25, 84. *ne elaborata concinnitas et quoddam aucupium delectationis manifesto deprehensum appareat* c. 58, 197. *Sic minime animadvertetur delectationis aucupium et quadrandae orationis industria: quae latebit eo magis, si et verborum et sententiarum ponderibus utemur.* c. 62, 209. *genus autem hoc orationis neque totum assumendum est — neque omnino repudiandum: si enim semper utare, cum satietatem affert, tum quale sit etiam ab imperitis agnoscitur. Detrahit praeterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem et fidem.* Sensus est, illos artem oratoriam minus celare, quam forenses, ideoque etiam metaphoris et in universum translationibus minus occulto studio placendi et audientes capiendi uti. Neque magis necessaria videtur Orellii coniectura legentis: *verba altius transferunt*, quod est c. 25, 82. Quod autem modo praecessit: *apertius id faciunt*, haec si iusta corrigendi causa esset, alia eiusmodi permulta in hoc libello corrigenda essent. Beierus et in eandem, quam Orellius, coniecturam incidit, (eademque Mosero probatur,) et *liberius* proposuit.

CAP. XX.

§. 66. *contorta oratio.* Eine Rede, die viel Enthymemata, Argumentation und Streit enthält, qua orator quasi hastis vibratis (contortis) in adversarios pungendi et feriendi causa utitur. Haec est graece ἀγωνιστικὴ λέξις, v. Schott. ad Dionys. Hal., qui fertur A. Rh. p. 80. adn. 71. et adn. ad c. 70, 234. Eadem quia animos permovet, et modo placat modo irritat, *acris* appellatur (Affecte und Leidenschaften erregend).

Ab his. sc. ab philosophis, sophistis, historicis. De oratione historicorum (narratione) conf. Cic. de Orat. 2, 12—15. Oratt. Partitt. c. 9, 31. Quintil. 4, 2. et Kallenbach über Geschichtserzählung (Quedlinb. 1836. 4.) p. 5 sq.

quaestionem attulerunt. i. e. materiam suppeditarunt quaestioni a grammaticis et rhetoribus tractandae. Errarunt hoc loco interpretes. Ceterum inprimis memorabilis G. Hermanni de differentia prosae et poeticae orationis disputatio. Lips. 1803. 4. et I. C. T. Ernesti comment. de elocut. poett. Lat. luxurie in Beckii Actis seminar. reg. Lips. Vol. 2. p. 134 sqq. BEI.

iam ipse numerus. ist bereits ebenfalls der Rhythmus aufgekommen, ut interpretatur Goerenz. ad Cic. Fin. B. et M. 2, 13, 43. p. 186ᵇ. „i. e. praeter ea, quae oratoribus cum poetis communia sunt, *iam ipse* quoque *numerus.*" BEI. Haec disputavit contra Schutzii suspicionem *ipsos* reiectam iam a Burchardio. OR.

increbuit. apud Rufinum de metr. Comic. p. 2720. ed. Putsch. *concrebuit.* MEY.

§. 67. *orationis est vitium.* conf. infra c. 56, 189.

Graece ῥυθμός. Hic locus in mente fuit Quintiliano 9, 4, 54.

Democriti Abderitae. nati Ol. 80, 1 (460) secundum Apollodorum et convenienter ipsius verbis apud Diogenem Laert. 9, 41. Decem annis prius natum facit Thrasyllus, id est Ol. 77, 3. (470), vid. Diogen. Laert. coll. A. Gellio N. A. 17, 21. p. 411. Conr. Frustra annum natalium eius computare conati sunt ex tempore belli Troiani, v. Clinton F. H. ad a. 460. Si audias Goerenzium ad Cic. Fin. B. et M. 1, 6, 21. p. 28ᵃ., Democritus natus erat Ol. 71 (circ. 494.), vel ad summum Ol. 72 (circ. 490); cum Epicurus natus sit Ol. 109, 3 (342). Alii, ut Wachsm. A. Gr. 2, 2. p. 463, 32. Demetrium natum esse aiunt Ol. 80, 1. (460), obiisse Ol. 105, 4 (357), quos Goerenzius erroris arguit, sed nullis argumentis additis. Pater Democriti, cuius nomen ab aliis aliud traditur, tam dives fuit, ut Xerxem in reditu ex Graecia Abderis hospitio excipere posset. Democritus autem magnas fortunas in peregrinatione consumsisse et postea in malis rebus vixisse fertur. Diogen. Laert. 9, 34. 35. 39. — Clinton

F. H. ad a. 357. et ipse eum Ol. 105, 4 (357) obiisse arbitratur, eodem igitur anno, quo Hippocrates, aequalis eius, vita excessit. Opera Democriti dialecto Ionica conscripta erant, non sine quibusdam Abderitarum propriis locutioni. v. Philopon. in Aristotel. de gen. et corr. fol. 7. A. Simplic. de Coelo fol. 150. A. Suid. s. v. ῥυσμός. De dictione eius agunt Cic. de Divin. 2, 64, 132. de Orat. 1, 11, 49. Democritus a Sexto Empir. adv. Mathem. 7, 265. ὁ τῇ Διὸς φωνῇ παρεικαζόμενος appellatur: nec tamen id referri videtur ad orationem, sed ad materiam librorum eius. Horum nullus aetatem tulit; apparet enim adulterinum esse, quod tanquam integrum opus sub nomine eius habemus. Conf. Fabric. Bibl. Gr. 2. p. 633. Harl. Fragmenta eius collegerunt H. Stephanus in poesi philosoph. p. 156 — 179. et Orellius in opusculis Graecorum sententiosis 1. p. 91 sq. Libri eius enumerantur a Diogene Laert. 9, 46—49. iuxta ordinem, quo Thrasyllus recensuit. Conf. Fabr. Bibl. Gr. 2. p. 634 sq. At credibile est, nonnullos sub nomine eius venire, qui non ipsius fuerint. Discipuli Democriti fuerunt Protagoras et Diagoras, v. Wachsm. A. Gr. 2, 2. p. 463. 488. Democritus primus statuit, omnia atomorum necessitate fieri, v. Cic. de Fat. c. 10. extr. Eius physica recepit et magis exornavit Epicurus, Cic. Acad. 1, 2, 6. Vid. H. Ritter s. v. Democritus apud Ersch. et Gruber. in Encyclop. AA. et LL., quem in plerisque secutus sum.

quod incitatius feratur. *Διὰ τὸ εὐκίνητον.* Sic eloquentia appellatur, quae σφοδρότητα sive vehementiam habet, et τόνον sive nervos, denique γοργότητα (Lebhaftigkeit). Haec autem oritur partim ἐκ παθῶν, partim ex contentione, partim ex audacia translationum et figurarum. Denique quid *incitatius ferri* sit, declarant loca Quintiliani, quibus Herodotum et Thucydidem comparat, quae posui in adn. ad c. 6, 20. „Dolendum est, quod de oratione Democriti non satis certo iudicari potest, quum Ioh. Stobaeus unus placita eius ipsius auctoris verbis et paulo longioribus fragmentis contenta servaverit. Nihilominus tantum superest, ut satis certo cognosci possit, veteres criticos dictionem eius nimiis laudibus extulisse, quum recentioribus temporibus malignius de eadem iudicatum esse videatur. Cicero, qui tamen scripta philosophi non integra cognita habuisse videtur, orationem eius, contra quam Heracliti, perspicuam fuisse tradit, res quidem, ut philosophi, squalidas nitorisque oratorii minus capaces fuisse, sed ornatum eius esse, quasi oratoris; quin locutionem eius, etsi absit a versu, tamen, quod incitatius feratur, et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum esse, quam comicorum poetarum. Atque haec dicens Democritum cum Platone componit. Hoc factum est etiam a Dionysio Hal. de

C. V. 24. p. 372. Schaef., qui eum in *κοινῇ ἁρμονίᾳ* versari, orationem eius arte elaboratam dicit, et orationis philosophorum exempla ipsum, Platonem et Aristotelem proponit. Ex his splendidis iudiciis, quantum quidem nos noverimus, hoc tantum comprobatur, quod praeter colorem poeticum, vel potius epicum, quem duxit ex transitu dictionis epicae in prosam orationem, epicae formae usque aliquid retinentem, unde per Xenophanem, Parmenidem et Empedoclem progressus factus est ad orationem philosophorum, sane multa vestigia in Democriti dictione insunt, quae ex ratione studiorum eius naturae rerum et sensu calidiori ac quasi poetico, virtutibus eius propriis, profecta non tamen semper naturam vere poeticam produnt. Ambitus autem orationis, quo dictio eius philosophis ad imitandum commendari potuisset, vix ullum indicium extat: contra ea in fragmentis paulo longioribus apertum studium perspicuitatis apparet, sed non minus saepe aut molesta repetitio sententiarum, singulorumve membrorum fit, aut oratio incerte errat et fluctuat. Eius rei hoc breve fragmentum apud Stobaeum, Florileg. 46, 46. sufficiat: *μηδέν τι μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους αἰδεῖσθαι ἑωϋτοῦ· μηδέ τι μᾶλλον ἐξεργάζεσθαι κακόν, εἰ μέλλει μηδεὶς εἰδήσειν, ἢ εἰ οἱ πάντες ἄνθρωποι· ἀλλ' ἑωϋτὸν μάλιστα αἰδεῖσθαι, καὶ τοῦτον νόμον τῇ ψυχῇ καθιστάναι, ὥστε μηδὲν ποιεῖν ἀνεπιτήδειον*, quibuscum conf. ibidem 76, 16. 18. et al. Ubique magis cernuntur prima initia prosae orationis, quam oratio terminata et absoluta, qualem in eo veteres praedicant, qualemve Herodotus primus protulit. Quod iudicium num, si plura aetatem tulissent, mutandum esset, et Ciceronis Dionysiique iudicia comprobarentur, in medio relinquimus: vix tamen ita futurum fuisse credibile fit, quum verisimile sit, Democritum nihil aliud perpetua oratione conscripsisse, nisi de natura philosophiam, ethica autem ab eo sententiolis ad usum vitae accommodatis prodita esse videantur. In brevitate membrorum non raro elaborata concinnitas apparet, arguta illa et industriae scriptoris index. Liberior etiam est in usu quarundam suarum et propriarum vocabulorum formarum, in delectu verborum tum novorum, tum praecipue translatorum. Id quod, si Suidam s. v. *ῥυσμός* compares, toti familiae philosophorum, qui doctrinam atomorum profitebantur, proprium fuisse videatur." Fr. W. Burchard. Fragmente der Moral des Abderiten Democritus (Minden 1834. 4.) p. 4 sq. In his nonnulla mihi quidem dubitationem habere videntur: velut edoceri velim, quis veterum Democrito orationem absolutam et terminatam (Rundung und Vollendung der Prosa) tribuerit. Sed magis etiam inique de oratione Democriti iudicat H. Ritter Gesch. der Ionischen Philosophie p. 309., qui negat in illa quidquam apparere, nisi ornatum

Sophistarum. Adde Fr. W. Burchardi Fragmm. Democriti philosophiae de sensibus iisque quae sensibus percipiuntur (Mindae 1830. 4.) p. 2. Mea quidem sententia Ciceroni de Democrito et per ampliorem cognitionem scriptoris certius, et per artis usum atque accuratius studium scientius iudicare licuit, quam cuiquam vel doctissimo recentiorum. De illo autem philosopho praeter nominatos dedita opera scripserunt libellos Fr. Heimsoeth Democriti de anima doctrina. Addita sunt Democritea. Bonn. 1835. 8. et Mullach Quaestionum Democritearum specimen. Berolin. 1835. 4., qui tamen quaestionem de dictione philosophi non attigerunt.

clarissima verborum lumina. die lebhaftesten Wortfiguren.

quam comicorum poetarum. Conf. Horat. Serm. 1, 4, 45.

Nec tamen id est maximum. Wiewohl dem Dichter der Vers eigenthümlich ist, so ist er doch nicht Hauptsache: dennoch kann der Versbau, weil er Schwierigkeit macht, das Verdienst des Dichters erhöhen, und er verdient desto mehr Lob, weil etc.

§. 68. *tamen in ea.* Schutzius maluit *in eis.* Sed sequens *quam in nobis* dicitur pro *quam in nostra* per comparationem synecdochicam, ut 13, 40. pr. 41. *Isocrates cum orationibus Lysiae comparetur.* Bei. vid. adn. ad 12, 41.

tum etiam nonnulli aurium voluptati. Ita scripsi ex coniectura Schutz. 2. *nonnullorum voluntati* Eins. Vit. Dr. Mon. aliique apud Grut. Ven. 1. 2. Med. Tul. Burchardi *nonnullorum* omisit Lambin. *tum etiam auditorum voluptati* Lambin. marg. 1584. „Ald. bene pro *voluntati* edidit *voluptati*, quod Iunta imitatus est. Sic c. 48, 159. *voluptati aurium morigerari.* Sed et *nonnullorum* vitiosum est, ut sensit Lambinus, qui substituit *auditorum*, sensu bene." Ern. Tork. Badenius in kr. Bibl. f. d. Schul- und Unterrichtsw. ann. 3. Vol. 1. p. 93. legit *nonnulli lectorum* pro *nonnullorum*, quod coniecturae Lambini posthabendum est. Melior etiam Schutziana mihi videtur. Nec tamen desunt vulgatae defensores. „*Voluntas* est corruptum nonnullorum iudicium ut 8, 24. Coniecturae Schutzii adversatur, quod adiectum legitur *rebus inserviunt*, arbitris Burchardio et Beckio l. c. p. 622. Conf. Gruter." Bei. Nonne etiam ex rebus voluptas capi, et rerum aditus ad mentem per aures fieri potest? „Vocabulo *nonnullorum* eosdem fere significare videtur, quos Tusc. 3. §. 45. contemtim vocat *hos Euphorionis cantores.*" Or. In vocabulo *nonnullorum* haereo sane; tamen explicari potest. Inserviunt poetae vocibus magis quam rebus, quia nonnulli, qui huius rei arbitri et iudices esse volunt, bene sonantia verba magis quam sententias graves et viriles amant. Reprehendit

enim Cicero quosdam sui temporis homines. *Nonnulli* ut saepe cum contemtu dicitur. Mey.

id autem est iudicium electioque verborum. der Geschmack in der Wahl des Ausdruckes. „Dissuadente Borchardio propemodum assentimur Schutzio parentheticam hanc adiectionem tamquam glossatoris emblema eliminanti. Modo enim Cicero similitudinem in *grandi et ornata voce* agnoverat.“ Bei. Verba haec minime glossematis speciem habent, ut vidit iam Burchardi. Or. Vellem vir clarissimus hoc interpretationi sui scriptoris dedisset, ut ex rarissimo libello ipsa auctoris verba in loco tam gravi adiiceret. Ut nunc est, nostro Marte periclitabimur. Nexus igitur sententiarum, unde tota quaestio pendet, hic esse videtur: Das Versmass macht den Dichter nicht aus; der Schwung und die Erhabenheit der Rede macht den Dichter auch nicht aus. Wenn es aber auch Prosa gibt, die eben so hohen Schwung nimmt, wie die Poesie, so macht diess die Prosa noch nicht zur Poesie: denn es ist dem Dichter mehr Freiheit in der Wahl des Ausdruckes gegeben [39]), und dieses wägt wieder dessen Beschränkung durch das Versmass auf. Eine Freiheit, die zudem sogar manche Dichter noch missbrauchen. Oder sind auch Prosa und Poesie durch die Wahl des Ausdruckes einander ähnlich, so ist doch ihre Unähnlichkeit in andern Dingen unverkennbar. Diese Unähnlichkeit zu untersuchen, gehört nicht hieher. Haec autem protulit, quasi qui materiam, quam tractat, non satis perspectam habet, et magis ex obscuro quodam sensu quam cum enucleata rerum notitia loquitur. Accedit, quod ordo sententiarum paulo aliter institui, et pauculis quidem verbis expleri debebat, sic fere, ut opinor: 1. *Numero maxime videbantur antea et versu.* 2. *Quidquid est enim — dicitur.* 3. *Nec tamen id est poetae maximum.* 4. *Itaque video visum esse nonnullis.* 5. *Ego autem etiamsi quorundam grandis et ornata vox est poetarum, tamen* poesis et elatior prosa differunt, nam in poesi *cum licentiam statuo maiorem esse* etc. 6. *Nec vero si quid est unum inter eos simile* etc. Ex tota hac sententiarum continuatione apertum fit, verbis, quae Schutzius eiecta volebat, non posse orationem carere.

a philosophorum eloquentia. Gothofred. coniecit legendum esse vel *locutione* vel *loquentia*, ex quibus prius praefert Goerenz. ad Cic. de legg. 3, 16, 35. p. 264 sq., quia Latini cum alii, tum Cicero concursum duplicis *a* sedulo vitent, et tum *ab* ponere soleant. Nonne igitur facilius erat, *a* in *ab* mutare?

---

39) vid. omnino Orat. 59, 201. 202.

„*Loquentia* mira est suspicio non tam Gothofredi, quam in marg. 1584. proposita atque ducta e Valerii Probi coniectura Sallust. Catil. 5. *satis loquentiae* pro Sallustiano *satis eloquentiae*.“ Or. Fallitur vir clarissimus: ille margo habet *locutione*, non *loquentia*.

explicandus est nobis. Orator explicari non sane bene dicitur, saltem duriuscule. Credo Ciceronem scripsisse *explicandum est*. Lapsus causa in promtu est. Ern. Quod Goerenz. ad Cic. Acad. 2, 36, 115. p. 207. invita Minerva tentatum esse autumat. „Opponitur, ait, *orator philosophorum* etc. *eloquentiae*. Quis inde non videt perfectae eloquentiae imaginem, qualis in oratore omnibus numeris absoluto cogitari possit, intelligi. Haec autem recte explicari dicitur.“ Sic addit a Cicerone dici *sapientem explicari*. Minus recte, ut mihi quidem videtur, Beierus: „Observa attractionem *explicandus* ut 9, 27. 29.“ Frotscher. iubet adire Matth. adn. ad orat. pro leg. Manil. §. 34.

§. 69. *Erit igitur eloquens*. Messala in dialog. de oratt. c. 30. extr. *Ita enim est, optimi viri, ita: ex multa eruditione et plurimis artibus et omnium rerum scientia exundat et exuberat illa admirabilis eloquentia: neque oratoris vis et facultas, sicut ceterarum rerum, angustis et brevibus terminis cluditur; sed is est orator, qui de omni quaestione pulchre et ornate et ad persuadendum apte dicere, pro dignitate rerum, ad utilitatem temporum, cum voluptate audientium possit.*

Subtile in probando. Iul. Victor. p. 109. Mey.

Cap. XXI.

§. 70. *Magni igitur iudici*. Ein treffliches Urtheil also und eine hohe Fähigkeit muss derjenige haben, der in dieser dreifachen Beziehung das rechte Mass und den gehörigen Grad treffen will.

sapientia. Quintil. 12, 2, 6., ubi v. Spalding. Vol. 4. p. 515.

praeclare et multa. *clare et multa* Iul. Vict. *et praeclare multa* Strebae. Schutz. 2. Quod non opus videtur Goerenzio ad Cic. Fin. B. et M. 5, 13, 37. p. 577 sq., quin et maiorem vim inesse in *praeclare*, si ante *et* relinquatur. Improbat Beier. ad Cic. off. Vol. 2. p. 111., nec ratio Latinitatis aliter ferre videtur, quam ut *et* deleatur, aut ante *praeclare* ponatur, aut legatur *multa et praeclare*.

et res est cognitione dignissima. Particulam *et* Goerenz. l. c. 1, 7, 25. p. 33*. accipit pro *et sane*, cuius frequentissimi (ut ait) usus exempla nonnulla adscripsit ad Cic. de Legg. 2, 3, 7. p. 114. Idem hic aliter statuit de praesenti loco, rectius prius *et* ante *multa* deleri affirmans, ut ante posterius colo

distinguatur: ita locum persanatum fore. Quae tamen ratio non certior est, quam ulla alia ante dictarum.

in poematis. et poematis Iul. Vict. *saepissime in poematibus* Vit. *et in poematibus* Ven. 1. Med. Conf. Charisius I. Gr. p. 112. Putsch. *Cicero in oratore poematis dixit, pro Gallio autem poematorum.* Cledonii Ars p. 1904. Putsch. *Legimus apud Ciceronem: horum poematorum, his poematis, ab his poematis, similiter et emblematorum et emblematis, peripetasmatorum et peripetasmatis.* Ac Nonius v. *poematis.* Mey. Eins. Cod. Reg. 7703. cum Vit. Ven. 1. Med. *poematibus.*

§. 71. *nec vero locus.* Ia selbst nicht jeder Ort, ut interpretatur Goerenzius ad Cic. Acad. 1, 11, 39. p. 62*.

§. 72. *non cum de recto ipso — unum est.* Haec verba Schutz. uncis seclusit ut insititia sibi visa. Qui non videtur meminisse, *rectum* hic esse idem, quod *perfectum officium*, ut est apud Cic. de Offic. 1, 3, 8. *Perfectum officium rectum opinor vocemus, quod Graeci κατόρθωμα, hoc autem commune officium καθῆκον vocant.* Illud perfectum officium in omnes et personas et locos, in omniaque tempora cadere consentaneum est, quo nomine hic contrarie ponitur decoro, quod aliud est in aliis et personis et locis et temporibus. „Haec a Schutzio uncis inclusa vindicare videtur ipse scriptor 22, 73. Offic. 1, 3. princ. conf. Orat. 23, 98 sq. et c. 40.“ Bei., quem adde ad Cic. Offic. Vol. 1. p. 318.

Grammatici. Horum quod munus fuerit, expendere quadamtenus licet ex verbis Ciceronis de Orat. 1, 42, 187. *Omnia fere, quae sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt: ut — in grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.* Accuratius describitur a Quintiliano 2, 1, 4. *Et grammatice (quam in latinum transferentes literaturam vocaverunt) fines suos norit, praesertim tantum ab hac appellationis suae paupertate, intra quam primi illi constitere, provecta: nam tenuis a fonte, assumtis poetarum historicorumque viribus, pleno iam satis alveo fluit; cum praeter rationem recte loquendi, non parum alioqui copiosam, prope omnium maximarum artium scientiam amplexa sit.* Quibus adde 1, 4, 1. *Primus in eo, qui legendi scribendique adeptus erit facultatem, grammaticis est locus. — Haec igitur professio, cum brevissime in duas partes dividatur, recte loquendi scientiam, et poetarum enarrationem; plus habet in recessu, quam fronte promittit. Nam et scribendi ratio coniuncta cum loquendo est, et enarrationem praecedit emendata lectio, et mixtum his omnibus iudicium est* etc., nam locus longior est, quam ut totus transscribatur.

Adde 1, 8, 12. 1, 9. Apud Senecam Epist. 88, 2. Grammaticus docet, quid sit litera, vocalis, syllaba etc., docet discipulos, ut pure emendateque loquantur scribantque, et criticam facit. Distinguitur ibidem a Grammatistis, qui legere, scribere, numerare docebant. Vid. Fr. A. Wolf. Prolegg. ad Homer. p. CCXXXIII. sq. et, quem Ruhkopf. ad Senec. l. c. praeterea citavit Ioh. Voss. de arte grammat. 1, 1, 5.

eloquentes. rhetores, artis oratoriae magistri, ut intelligit etiam Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 21. nr. 9. Schutz. solita cum temeritate edidit *rhetores.* „*Eloquentes* defendit Burchardi, probabilius Goerenz. ad Cic. Acad. 1, 2, 5. p. 8. In Bruto 91, 315. rhetor dicitur *summus orator* et *disertissimus.* Ibidem 97, 332. *Pammenes*, *vir eloquentissimus Graeciae.*“ Bei.

de stillicidiis. de servitute stillicidiorum. Talis causa cum multis aliis, quas Cicero de Orat. 1, 38, 173. recenset, coram Centumviris agebantur. Hi ex triginta quinque tribubus ita legebantur, ut singulae tres iudices darent: unde sequitur, numerum eorum non centum, sed centum quinque fuisse. Sub Caesaribus numerus eorum ita auctus est, ut centum octoginta essent. Praeerat praetor aut qui eius loco erat, vir, quod minimum esset, quaestorius. Praeterea inde ab Augusto etiam Decemviri litibus iudicandis praeesse solebant. Iudicium constabat pluribus conciliis, poteratque una causa pluribus conciliis tractari, sive a pluribus deinceps conciliis inquirebatur, sive quod plura concilia in unum iudicium coibant. Hoc quidem verisimilius est, quia vel *quadruplum iudicium* memoratur. In conventu iudicii hasta ponebatur, unde ei nomen *hastae iudicio* accessit, et dicebantur *hastae praeesse.* Iudicium Centumvirûm iam antiquioribus temporibus reipublicae Romanae extabat, cum causae legis actionibus suo quodam et proprio modo agerentur. Hoc inde colligitur, quia lege Aebutia, abrogante illas antiquiores causarum civilium actiones, clare et perspicue causae centumvirales excipiebantur. Itaque etiam post legem Aebutiam et utramque legem Iuliam causae centumvirales sub forma legis actionum et quidem sacramento agebantur. Actio hic quoque ex ordine iudiciorum privatorum dupliciter fiebat: in iure et in iudicio, nisi quod causae non instruebantur ex formula, et praetor ipse iudicio praeerat. Iurisdictio huius iudicii Roma urbe circumscripta erat, aut, quod maximum sit, per Italiam patebat, quemadmodum praetoris, qui iudicio praeerat, iurisdictio. Centumviri non iudicabant nisi in causis civilibus. Sunt qui putent, apud Ciceronem de Orat. 1, 38, 173. plenam enumerationem et nullarum nisi causarum centumviralium haberi; at alii existimant, Ciceronis aperte non consilium fuisse, eas causas eo loco plenas enumerare, id quod viri

docti viderunt confirmari recens reperto Gaii comment. IV. §. 93—95. Non solum vero causae iuris civilis, sed etiam naturales, ut alluvionis; nec solum rationes familiarum, ut gentilitates, agnationes, tutelae, sed etiam commercii, ut nexus et mancipia eo pertinebant. Videtur tamen quaedam cohaerentia cum antiquitate remansisse, cuius vestigium in sacramento apparet, quod in causis centumviralibus retinebant. Videtur praeterea de hoc constitisse, magis in illis iudiciis de iudicando, quam eruendo facto agi, quaeri de iure incerto sive aequitate, neque illud damni iudicium esse aut delicti. Nec debebant causae esse, quibus infra certum quiddam lis aestimaretur, quamquam a Plinio Epistt. 2, 14, 1. causae centumvirales *parvae et exiles* nominantur. Serius, quum non iam omnia in foro, non omnia legibus aut apud praetores gererentur, maior causarum centumviralium dignitas fuit, teste auctore dialogi de oratt. c. 38. *apud quos* (veteres Romanos Cn. Pompeii aetate) *quanto maiora negotia olim exerceri solita sint, quod maius argumentum est, quam quod causae centumvirales, quae nunc primum obtinent locum, adeo splendore aliorum iudiciorum obruebantur, ut neque Ciceronis neque Caesaris neque Bruti neque Coelii neque Calvi, non denique ullius magni oratoris liber apud centumviros dictus legatur, exceptis orationibus Asinii, quae pro heredibus Urbiniae inscribuntur, ab ipso tamen Pollione mediis divi Augusti temporibus habitae, postquam longa temporum quies et continuum populi otium et adsidua senatus tranquillitas et maximi principis disciplina ipsam quoque eloquentiam, sicut omnia alia, pacaverat.* Illis autem litis aestimatae cum circumscriptionibus credibile est omnes causas in iudicio centumvirûm dictas esse, exceptis illis, quae coram recuperatoribus agebantur, et causis mere praetoriis. Poterant etiam causae centumvirales ordinariis iudicibus demandari, quum neuter litigantium perstaret in causa per centumviros cognoscenda. De causis centumviralibus post multos alios egerunt Spalding. ad Quintil. 11, 3, 127. Vol. 4. p. 431. et praecipue E. Spangenberg. apud Erschium et Gruber. in Encycl. AA. et LL. Vol. 1. p. 145. - Ceterum de iis, quae Cicero hic praecipit, conf. Quintil. 8, 3, 14.

apud unum iudicem. Non puto hoc dictum esse ratione eius, qui iudicio praeerat, sed totius iudicii, cui contrarie cogitatur multitudo fori, quum de causis publicis transigebatur rerum maximarum. Conf. de opt. gen. oratt. 4, 10.

amplissimis verbis. in dem edelsten Ausdruck.

de maiestate. i. q. *de Romani imperii dignitate atque gloria* in orat. pro leg. Manil. §. 11. Conf. huius libri 29, 102. extr. Nimis restringunt interpretes ad crimen laesae maiestatis.

Bei. Scriptor ad Herenn. 4, 25, 35. *Maiestas reipublicae est, in qua continetur dignitas et amplitudo civitatis. verbo, etsi sine re nulla vis verbi est. Tamen.* Emendavi interpunctionem. Vulgo ita interpungitur: *verbo: etsi sine re nulla vis verbi est, tamen* etc. Qua in distinctione quum aegre careatur particula *enim* vel *etenim,* Lamb. et Schutz. scripserunt *etsi enim sine re,* Meyerus *etsi sine re enim nulla vis* contra dicente Fretschero p. XIV., qui *enim* vel in vulgari interpunctione abesse posse iudicat, quem secutus est Orellius 2. Male, si quid sentio. Eadem ratio ineunda est infra c. 64, 216. *Ne spondeus quidem funditus est repudiandus, etsi quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior. Habet tamen* etc., ubi vulgata interpunctio haec est: *Ne spondeus quidem — repudiandus. Etsi quod — tardior; habet tamen* etc., et Lambinus rursus ad illud suum *enim* post *etsi* inferciendum recurrebat. Sic porro distinguendum est in loco paulo impeditiori c. 32, 113. *sed etiam vicinam eius atque finitimam dialecticorum scientiam assumere, quamquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio, nec idem loqui quod dicere. Attamen utrumque in disserendo est,* ubi vulgo sic interpungitur: *assumere. Quamquam — dicere; attamen* etc.

quatenus. fungitur hoc loco vice substantivi: das Wie weit, ut apud Cic. Acad. 2, 29, 92. *rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ulla in re statuere possimus quatenus.* conf. de Orat. 2, 59, 239.

§. 73. *Apelles.* Is enim de arte praecepta scripto tradiderat. Plin. H. N. 35, 36, 10. p. 20. Tauchn. *Picturae plura solus prope, quam ceteri omnes contulit, voluminibus etiam editis, quae doctrinam eam continent.* Scripserat autem de arte illa volumina ad Perseum discipulum, vid. ibidem §. 23. p. 28. *Multum a Zeuxide et Apelle abest Apellis discipulus Perseus, ad quem de hac arte scripsit.* vid. C. O. Mueller. Archaeol. §. 35. adn. 1. p. 18. ed. sec. Thiersch. Epochen der bildenden K. 1. adn. 1. ed. pr. p. 1. adnotationum.

Cap. XXII.

Magnus [*esset*] *locus* [*hic.*] Ern. et Schutz. 2. post Aldum ediderunt *est* pro *esset*, quia sequatur *desiderat.* Et sic habet Strebaeus in Commentt. Man. et var. lectt. apud Hervagium. Similiter Fr. Gryph. 2. *est et locus hic,* sed *et* locum habere negat Ern. Dein Eins. Gu. 1. 2. et alii libri scripti, ex editis Nor. Iunt. Crat. habent *esset*, idque ab Heusingero Schutzius adnotavit defendi hoc sensu: *magnus esset locus hic, nisi aliud ageremus.* Lamb. *magnus esset hic locus.* Ad defendendum *est* Beierus hos locos adscripsit: de Orat. 2, 27, 119. Phil. 2. cap. 11. fin.

de N. D. 1, 8, 19. 2, 10, 26. de Finn. 4, 26, 73. Ovid. Met. 13, 205. Senec. de constant. 18. *Immensum est, si velim.* Ruhnken. ad Vellei. 2, 42 pr. Ramsh. Gr. lat. p. 410. „Idem ad Laelium §. 17. sic: *Magnus* [*esset*] *locus* [*hic*], quum Vit. omittat *hic* et §. 75. similiter omittatur verbum substantivum: *Magnum opus et arduum;* sed praestat prior ratio, quam nunc, praesertim accedente var. Hervag., et quum *est* in *esset* corruptum videam etiam §. 76. in Dresd., ego quoque secutus sum.“ Or. Denique Giese ad Cic. de Divin. 2. p. 211., probante Orellio in praef. ad Orat. p. CXXII. ed. mai., delendum censet verbum substantivum, retento vocabulo *hic.*

Quum hoc decere — quum hoc, inquam, decere — dicamus — et id usquequaque, quantum sit, appareat — sed quum hoc tantum sit. Hic est ordo verborum in hac sententia longe protracta. Apodosis incipit verbis: *quum hoc tantum sit*, repetita, ut fieri solet, parte protasis, et anteposita initio apodosis particula *sed.* (Quo usu vel uno satis apparet, male a Beiero apud Orellium apodosin coniuncte elatam, quam dicit incipi verbis *quod si poeta,* quasi *quod* per anacoluthon sit positum pro *hoc* ut c. 14, 45. Ne dicam, prorsus ἄλογον structuram sic sequi: *Quum hoc decere — quantum sit appareat: hoc si poeta fugit — quid faciendum oratori putamus?* quum illo *si* nova protasis incipiat, non prior aut repetatur aut continuetur.) Protasis autem non finitur verbis: *et id usquequaque quantum sit appareat*, sed adduntur ad illam verba: *in alioque ponatur — an oportere dicas*, quae tamen iam nullam vim habent ad apodosin. Post haec ipsa verba: *et id — appareat — an oportere dicas* incipit perlonga parenthesis inde a verbis (§. 74.): *oportere enim* etc., quae parenthesis finitur verbis: *quid faciendum oratori putemus.*

dictis et factis, minimis et maximis. Bis copulam proscripsi scribens *dictis factis, minimis maximis*, exemplo codicis optimi, laudati Goerenzio ad Cic. de legg. 1, 9, 26. p. 38 a. Bei., quem conf. ad Cic. Offic. Vol. 1. p. 135. Omnes alii libri, etiam Eins., servant vulgatam.

dicimus (dicamus), illud non decere, et id. Haec vocabula Lambinus auctoritate librorum scriptorum fretus recte delevit; misere enim turbant sententiarum nexum. *Hoc decere* substantive accipiendum τοῦτο τὸ πρέπειν sive πρέπον. Glossema tum in vocibus *non decere*, tum maxime in voce *dicimus* sese prodit, quod occultaverunt Ern. et Schutz. ex coniectura *dicamus* scribentes. Probavi Lambinianam sententiam et Meyero et Billerbeckio. Apparet sic unam dumtaxat periodum esse a vocibus *Quum hoc decere* usque ad voces *esse tractandas.* Protasis ter assumitur: *Quum hoc decere — quum hoc, inquam — sed quum hoc tan-*

tum sit. Apodosis est *orator viderit.* Or. Scripsi *dicamus* cum Ern. et Schutzio. De fide librorum scriptorum Lambini hoc mihi suspicionem movet, quod tantopere a ceteris abeunt, quum constet, libros Oratoris scriptos omnes ex uno Laudensi fluxisse in hac quidem parte eius.

§. 74. *perfectionem officii.* Hoc est, rectum officium explendum, die zu erfüllende, unbedingte Pflicht.

decere quasi aptum esse. Supple: decere declarat quasi aptum esse, ut sit: decere bedeutet schicklich und passend seyn für Zeit und Ort.

contraque item dedecere. Supple: contraque item dedecere, quum in factis saepissime, tum in dictis valet, in vultu denique et gestu et incessu.

quod si poeta fugit. His verbis nova protasis incipit, cui apodosis redditur his: *quid faciendum — putemus.* „*Quod si* non est argumentantis, sed pro: quod negotium sc. dedecere si poeta fugit." Ern.

probam orationem. Vit. *probi.* „Sic praeclare Vit. Ceteri omnes, etiam Eins., *probam.* Hoc autem propter manifestam ad sequens vocabulum *(orationem)* accommodationem pro corruptela habendum est potius, quam illud, quod respondet sequentibus *improbe stultove sapientis.* Omnino latissime patet istud accommodationum genus, etsi a criticis nonnullis nondum agnitum v. c. §. 72. pro *alio elata verbo* Eins. habet *alio elato verbo.*" Or. Inverse dicas, a correctore accommodationem factam esse ad verbum *sapientis.*

Si denique. Pro *denique* Ernestio scribendum videbatur *deinde*, quia sequatur *si denique histrio.* Sed repugnat Schutz. monens, non deesse alia exempla particulae *denique* repetitae, ut Acad. 2, 44, 136., ubi v. Goerenz. p. 246b.

pictor ille. Timanthes, Cythnius, arte Sicyonius. Quintil. 2, 13, 13. *Timanthes, opinor, Cythnius.* Sicyonius audit apud Eustathium ad Il. 24, 163. p. 1343 sq. ed. Rom., ubi male expressum est Σιμάνθης, ut iam adnotaverat Leopardus Emendatt. 20, 19. in Gruteri Fac. crit. Vol. 3. p. 401 sq. Conf. Iunius in Catalogo pictorum, quem Ern. indic. hist. s. v. Timanthes citavit. Cythnum insulam maris Aegaei esse prope Seriphum et Ceum, et nunc Thermiam (non Themiram) appellari ad Quintil. l. c. adnotavit Spalding. ex Villoison. Prolegg. ad Homer. p. 54. Timanthes floruit circ. Ol. 95 (400). vid. O. Mueller. Archaeol. §. 137. adn. 4. De hac eius pictura v. ibidem §. 138. 3. et adn. 3. p. 134 sq. ed. sec. Plin. H. N. 35, 36, 6. p. 19. Tauchn. *Timanthi vel plurimum affuit ingenii. Eius enim est Iphigenia, oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura cum moestos*

pinxisset omnes, praecipue patruum, et tristitiae omnem imaginem consumsisset patris ipsius vultum velavit, quem digne non poterat ostendere. Valer. Max. 8, 11. extern. 6. et Quintil. l. c. ubi Spalding. Vol. 1. p. 334." Sed ipsum, ait, Euripidem pictori viam monstrasse recte observant interpretes ad Iphigen. in Aul. 1550."

quum in immolanda Iphigenia. Vit. *cum in imolanda effigenia.* Ceteri omittunt *in,* etiam Eins. Handius ad Tursellin. Vol. 3. p. 287. scribit Orellium bene revocavisse optimi codicis scripturam *in imm.* Etiam Ernestio *in* excidisse visum erat. Docet Handius p. 286., *in* addi gerundiis et participiis futuri passivi, quibus significetur agenda res, quae dum agitur, aliud quid fit. Posse eandem notionem ad causam referri, quam ablativus nudus designet. Sed, si *in* addatur, notionem causalem in notionem conditionis vel temporis mutari. Hoc loco quidem *in* confirmatur loco Quintiliani 2, 13, 13. *in Iphigeniae immolatione — tristem Calchantem.*

orator viderit. v. adn. ad c. 45, 152.

Cap. XXIII.

§. 75. *danda — vela sunt.* Cum his verbis fragmentum comparatur Alcaei a I. Lipsio Ant. Lectt. 2, 12. Mey.

§. 76. *Summissus est et humilis.* Er ist anspruchslos und erhebt sich nicht.

subtilitas. die Schlichtheit der Rede. vid. Matthiae Theorie des lat. Stils p. 27. adn.

confidunt se posse dicere. Huc viri docti referunt partem verborum Quintiliani 11, 1, 92. ubi vid. Spalding. „Iul. Victor p. 107. *In genere tenui communis consuetudo sermonis imitanda est, ab indisertis plus quam opinione differens. Itaque qui audiunt, quamvis sint infantes, tamen illo modo confidunt se posse dicere: sed nihil est experienti minus possibile.*" Mey.

Etsi enim non plurimi sanguinis est. denn obwohl er nicht sehr vielen Reichthum (an Schmuck und Gedanken) hat i. e. obwohl er schmächtig ist, so muss er doch gediegen seyn, so dass, wenn er auch jenes höchsten Grades der Stärke entbehrt, (den der erhabene Redner hat), sein Ausdruck und seine Gedanken bei näherer Prüfung nicht verlieren. Translatio fit a partibus corporis in res et orationem oratorum. Quemadmodum enim corporis robustissima sunt sanguis, nervi, lacerti, medulla, ita validissima pars in oratione non sunt vani ornatus verborum, sed rerum recte cogitata et apte verbis reddita copia. Qui igitur non sit sententiarum gravitate probatissimus, *(qui plurimi sanguinis non sit)*, is certe recte cogitata proferat, *(habeat tamen*

succum aliquem, sey nicht ganz arm an Gedanken et quasi ohne Saft und Kraft); sit denique in eius oratione quidam venustatis non fuco illitus (nicht aufgetragene Schminke), sed sanguine diffusus color (eine lebendige Farbe), ut est de Orat. 3, 52, 199., sit in eo non ars et species, non fucatus nitor, sed veritas et integritas sensuum et cogitatorum. Atque ut non sit, quantus grandis orator, *(etiamsi illis maximis viribus careat)*, tamen quae loquitur, si examinentur, recte cogitata esse reperiantur, *(sit integra valetudine)*. Hinc Quintilianus 12, 10, 73. *Falluntur enim plurimum, qui vitiosum et corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentia exultat, aut puerilibus sententiolis lascivit, aut immodico tumore turgescit, aut inanibus locis bacchatur, aut casuris, si leviter excutiantur, flosculis nitet, aut praecipitia pro sublimibus habet, aut specie libertatis insanit, magis existimant populare atque plausibile.* Et Cic. Brut. 17, 67. *Hyperidae volunt esse et Lysiae. Laudo. Sed cur nolunt Catones? Attico genere dicendi se gaudere dicunt. Sapienter id quidem. Atque utinam imitarentur, nec ossa solum, sed etiam sanguinem!* i. e. nicht bloss seine Schmächtigkeit, (tenuitatem, quam hic dicit *ossa*), sondern auch seine dialectische Kraft, seinen Gedankenreichthum, seine Ueberredungskraft. Ibidem c. 82, 283. *Sed ad Calvum — revertamur: qui — nimium — inquirens in se, atque ipse sese observans, metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat. Itaque eius oratio nimia religione attenuata, doctis et attente audientibus erat illustris: a multitudine autem et a foro, cui nata eloquentia est, devorabatur.* Vides hic sanguinem i. e. ubertatem et copiam adversam poni tenuitati, der Schlichtheit i. e. der Armuth an Inhalt oder wenigstens an äusserer Bekleidung. Ibidem c. 16, 64. *Habet enim* (Lysias) *certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates* (nicht so sehr das Reichhaltige und Gediegene, als das Schmächtige) *consectentur; quos, valetudo modo bona sit* (wenn nur die Gedanken und Schlüsse die Prüfung bestehen), *tenuitas ipsa delectat. Quanquam in Lysia saepe sunt etiam lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius. Verum est certe genere toto strigosior: sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudeant.* Strigosus, ait Doederl. lat. Synon. Vol. 5. p. 22., stellt die Magerkeit als ein Zeichen der Kraft und als Bedingung der Behendigkeit im Gegensatz der Feistigkeit dar. Es ist jene Schmächtigkeit, welche den Rennpferden und den Windhunden so wohl ansteht und zu Statten kommt. Et de hoc loco Bruti ibidem p. 23. addit: Wie die Knochen den Inhalt und die nackten Gedanken der Rede, das Fleisch ihre Form (nollem addidis-

set: und geschminkte Sprache) repraesentiren, so ist unter den Muskeln beides vereinigt gedacht, Kraft und Schönheit; daher Quintilian 10, 1, 77. *Aeschines plus habet carnis quam lacertorum.* Bei Lysias war es umgekehrt. Etenim lacerti sunt, quos medici musculos appellant, v. Gesner. ad Quintil. 8. prooem. 19. apud Spalding. Vol. 3. p. 186. *Corpora sana et integri sanguinis et exercitatione firmata ex iisdem his speciem accipiunt, ex quibus vires: namque et colorata et adstricta et lacertis expressa sunt, sed eadem si quis vulsa atque fucata muliebriter comat, foedissima sunt ipso formae labore. Et cultus concessus atque magnificus addit hominibus, ut Graeco versu testatum est, auctoritatem: at muliebris et luxuriosus non corpus exornat, sed detegit mentem. Similiter illa translucida et versicolor quorundam elocutio res ipsas effeminat, quae illo verborum habitu vestiuntur. Curam ergo verborum, rerum volo esse sollicitudinem.* Idem 8, 3, 6. *Sed hic ornatus — virilis et fortis et sanctus sit: nec effeminatam levitatem, et fuco ementitum colorem amet, sanguine et viribus niteat.* 10, 2, 12. *minus virium ac sanguinis habent declamationes quam orationes.* Vides iuncta vires et sanguinem. Contra apud auctorem dialogi de oratt. c. 26. p. 333. ed. Walth. haec eadem ex adverso ponuntur: *plus vis quam sanguinis,* ubi *vis* sententias, *sanguis* ornatum sive copiam et ubertatem orationis indicat. Luculentus inprimis locus est Quintiliani 1, 1, 24. *plerumque nudae illae artes nimia subtilitatis affectatione frangunt atque concidunt quidquid est in oratione generosius, et omnem succum ingenii bibunt, et ossa detegunt: quae ut esse et adstringi nervis suis debent, sic corpore operienda sunt.* i. e. die Rede soll zwar Gedankeninhalt haben *(ossa esse)*, und diese müssen ihr die Kernkraft geben *(adstringi nervis debent)*, aber diese dürfen nicht so kahl und ohne alle Bekleidung *(corpore)* hingestellt werden. Nam *corpus* nunc dicit, quod alibi *sanguinem*. Idem fere *succo* significat, ut 10, 1, 31. *historia alere orationem quodam uberi iucundoque succo potest.* Sed ut plurimum altero utitur, ut 10, 1, 87. *ut phrasin id est corpus eloquentiae faciant.* 5, 8, 2. *nervis illis, quibus causa continetur, adiiciunt superinducti corporis speciem.* Saepissime nervi et sanguis iunguntur, ut 10, 1, 60. *plurimum sanguinis atque nervorum* (in Archilocho), conf. 5, 11, 25.

§. 77. I. *Primum igitur.* Addit *igitur,* quia iam profert, quid orator Atticus non habere debeat, ut tamen integra valetudine gaudere possit.

vagum. der Ordnung ermangelnd. Nam *vagari* significat motum incertum et temerarium (die unstete und zwecklose Bewegung), v. Doederl. lat. Synon. Vol. 3. p. 227., quocum bene con-

veniunt adiuncta: *licenter errare;* nam errare est eorum, qui fixam sedem non habent, nec rectam viam norunt, nec consulto vagantur et sua sponte, sed inviti discurrunt, vid. ibid. Vol. 1. p. 88 sq.

II. *coagmentare.* ohne Fugen verbinden. „Coagmentari dicuntur verba, ut in Bruto 17, 68., quae tam apte componantur, ut vitetur hiatus concursu vocalium." Bei.

ille tanquam hiatus concursu vocalium. Iul. Victor p. 99. *habet hiatus ille et concursus vocalium mollè et quod.* Quintil. 9, 4, 37. *habet ille tanquam hiatus et concursus vocalium* etc., „ut sit figura ἓν διὰ δυοῖν, hiatus concurrentium vocalium, sive concursus hiulcus, ut de Orat. 3, 43, 171." Bei. In exemplar suum Beier recepit Quintilianeam lectionem, quae mihi quoque placuit; vix enim dicere potuit: „propter ipsum concursum vocalium hiatum illum habere molle quiddam [40]);" ac facile, quum casu excidisset *et*, emendabant *concursu.* Eins. 1 ut solet, omittit vocabula controversa. Habet enim sic: *tanquam hiatus vocalium.* Sed manifesto lectio vulgata similem prorsus exhibet errorem, qualem §. 216. sustuli edens cum Rufino et codice Eins. *gravitate sua et tarditate* pro absurda lectione: *gravitatis suae tarditate.* Or.

non ingratam negligentiam. Inter *ingratam* et *negligentiam* e Iul. Victore p. 107. Meyerus inseruit *quandam,* quo tamen vocabulo facile caremus post *quidam, ut scis* — *ratione quadam* — *solutum quiddam* — *molle quiddam.* Accedit sequens *quaedam etiam negligentia.* Id.

magis — *laborantis.* Eines, dem mehr um die Sachen, als um die Worte zu thun ist. Commentarii loco erunt verba Quintiliani 9, 4, 33 — 37.

§. 78. *conglutinatio verborum.* commissio verborum sine hiatu.

contracta et minuta. Contracta ex hiatu; minuta, non periodica, sed membra et incisa. Nam opponuntur circuitus et conglutinatio verborum. Ern. Recte; nam ut in coagmentando

---

40) Vulgatam nihil impedit sic intelligi: *hiatus,* qui fit *concursu vocalium.* Et vel explicationem Orellii verba ferunt: nam profecto concursus vocalium molle illud efficit, quia vocalium sonus mollis, consonantium asperior est. Adde, quod *coeuntes literae, quae συναλοιφαὶ dicuntur, etiam leniorem faciunt orationem, quam si omnia verba suo fine claudantur; et nonnunquam hiulca etiam decent, faciuntque ampliora quaedam, ut Pulchra oratione acta omnino iactare. Tum longae per se et velut opimae syllabae aliquid etiam medii temporis inter vocales, quasi intersistatur, assumunt.* Quintil. 9, 4, 36. Nihilomagis mihi probatur scriptura Iul. Victoris et Quintiliani: necessariam esse non puto.

nullus hiatus est, quia nullus concursus vocalium; ita in contractis hiatus est, qui tamen ipsa contractione tollitur. Hinc tamen non puto, (quod aliquis ex eo, quod scriptor *contracta* pro hiantibus posuerit, colligat,) omnem hiatum effici contractione vocalium in prosa quidem oratione sublatum esse, (nam de vincta rem exploratiorem habemus,) de qua re dicendi locus opportunus erit in adn. ad c. 44, 150. Quodsi in aliis synaloephae fiebant, in aliis non fiebant; utrumque fieri potuit, ut et coeuntes literae leniorem orationem, hiulca ampliora quaedam facerent, ut est apud Quintilianum loco paulo superius (p. 185) in adnotatione ad hos Commentarios adscripto. Quid Goerenzius Excursu II. ad Cic. de Legg. p. 304. de hoc loco Oratoris senserit, ex ipsius verbis parum liquet. Ceterum probat Ernestii explicationem Schutz. in clav. Ciceron. s. v. *Minutus.*

ut mulieres esse dicuntur. Denn wie man von Frauen sagt, sie kleiden sich einfach (ohne Putz und Geschmeide), und dass eben dieses ihnen gut lasse; so gefällt diese schlichte Rede, sogar wenn sie nachlässig aussieht. Interest aliquid inter ornatum et comtionem. Nam ornatus quidem extrinsecus petitur, ut auro, margaritis, diadematis etc.; comtio fit componendis capillis etc. vel nulla externa decoratione assumta. Vid. Doederl. lat. Synon. Vol. 3. p. 261. Conf. Quintil. 8, 3, 87. *Nam ipsa illa ἀφέλεια simplex et inaffectata habet quendam purum, qualis etiam in feminis amatur, ornatum, et sunt quaedam velut e tenui diligentia circa proprietatem significationemque munditiae* i. e. in dem schlichten Gebrauch praeciser und deutlicher Ausdrücke von eigentlicher, nicht tropischer und figürlicher Bedeutung.

quas id ipsum deceat. Quas recte dederunt Ald. et Iunt., quum in edd. pr. esset *quasi,* quod in manuscriptis repertum placuit Grutero. Male; litera ultima adhaesit ex sequente verbo. Si *quasi* verum esset, sensus praecedentis non esset perfectus, legendumque foret *laudantur,* aut simile quid. Vit. habet *quas.* Ern. Sic etiam Eins. *quasi* Mon. Ven. 1. 2. Med. Tul. Schirach. *quasi ad ipsum* Dr.

in utroque. Hoc est, in muliere, quae dicitur inornata et in subtili oratione incomta, ut recte interpretatur Schutz., ne cum Ernestio *utroque* referas ad illa *contracta* et *minuta,* ut sit: in contractis et minutis. Idque Ern. ipse dubitanter protulerat, nam addit: „vel in muliere et oratione."

quo sit venustius. sc. utrumque. Ern.

III. *insignis ornatus.* Entfernt bleiben wird aller auffallende (materielle) Schmuck, (wie der Perlen etc.), nicht einmal das Lockeisen wird angewandt werden i. e. nicht einmal mehr als schlichtes Haar und Sauberkeit wird übrig bleiben. Hoc est, si

ad orationem respicias, *elegantia modo et munditia remanebit,* ut est paulo inferius §. 79. Quid autem munditiam et elegantiam intelligat, ipse ibidem exponit adiiciendo: *sermo purus erit* etc.

ne calamistri quidem. Nonius s. v. *calamistrum: nec calamistri quidem.* vid. interpp. ad Tacit. Germ. 7. Duker. ad Flor. 2, 5. Oudendorp. ad Sueton. Ti. c. 15. p. 383. et c. 21. p. 408. I. Fr. Gronov. ad Sueton. l. c. c. 15. et ad Liv. 29, 12, 10. 31, 31, 10. Iac. Gronov. ad Liv. 27, 18, 9. Fr. A. Wolf. ad Sueton. Ti. c. 21. Goerenz ad Cic. Fin. B. et M. 1, 15, 49. p. 66. Frotscher. in epist. ad Meyer. p. XIV. Orell. ad h. l. Quibus collatis inter se mihi quidem Latine videtur non dici nisi aut *ne — quidem,* aut *et ne — quidem,* non item *nec — quidem,* nisi hoc est pro *et non sane,* de quo, non de nostra formula, agit Goerenz. ad Cic. Acad. 2, 26, 82. p. 152., allatus a Passovio ad Tacit. l. c. p. 10. *calamistri.* Varro de L. L. 5. §. 129. *calamistrum, quod his calefactis in cinere capillus ornatur.* adde Ruhnk. Schol. in Sueton. p. 88. Similiter Goethe in Fausto Vol. 12. p. 37. ed. min. Tubing.

Ja, eure Reden, die so blinkend sind,
In denen ihr der Menschheit Schnitzel kräuselt,
Sind unerquicklich wie der Nebelwind.

Inde factum est, ut proverbialis locutio: *Cotyi* (deae impudentiae) *sacrificare* explicata sit per *calamistratum esse* apud Burmannum Anthol. lat. 2. p. 728. Eckstein. Prolegg. ad dialog. de oratt. p. 68. adn., quem adde ad ipsum dialogum c. 26.

Cap. XXIV.

§. 79. IV. *Unum aberit.* Vit. Dr. Ven. 2. Med. Tul. *abierit* Ven. 1. „Vitio Vitebergensis, Dresdensis, editionum veterum *aberit* inquinatus est etiam Einś. Or. Minime vero inquinatus. Etenim vulgo legitur *aderit.* Totus autem locus ita legendus et distinguendus est: *Unum aberit (quod quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus) ornatum illud suave et affluens. Acutae crebraeque sententiae ponentur et nescio unde ex abdito erutae, atque in hoc oratore dominabuntur; verecundus erit usus oratoriae quasi supellectilis.* Inde a verbis *verecundus erit* etc. usque ad §. 91. explicat, quare tenui oratori *ornatum illud* desit. Sententiarum autem *Acutae crebraeque* et *verecundus erit* haec cohaerentia est, quasi scripsisset: *Acutae quidem crebraeque sententiae ponentur — atque in hoc oratore dominabuntur; at verecundus erit usus oratoriae quasi supellectilis* i. e. at ornatum illud, ut dixi, aberit. *Aderit* autem propterea reiiciendum est: dixerat enim modo, quid oratori tenui adsit: *Sermo purus erit et Latinus: dilucide planeque dicetur: quid*

deceat, circumspicietur. Post haec iam non poterat pergere: *Unum aderit*, sed dicere debebat: *Unum praeterea aderit*; recte autem dixisset: *Unum aderit*, si proxime de eis dixisset, quae desunt. Huc accedit, quod *ornatum illud suave et affluens* non esse possunt *acutae crebraeque sententiae*, (quae tamen debet esse opinio eorum, qui legunt et tuentur *aderit*), nam in sententiis brevitas est et acumen, non suavitas et affluentia. Densitas sententiarum, (ut hoc dicam verbis optimi magistri ipsius Quintiliani 8, 5, 27.) *facit concisam quoque orationem. Subsistit enim omnis sententia: ideoque post eam utique aliud est initium. Unde soluta fere oratio, et e singulis, non membris, sed frustis collata structura caret; cum illa rotunda et undique circumcisa insistere invicem nequeant.* Atqui in subtili et tenui oratore hae ipsae concisae sententiae, quae orationem insistere faciunt, dominantur: cui acutae brevitati quid cogitari potest magis contrarium, quam ornatum illud suave et affluens? Nam his iisdem vocabulis indicatur copiosa, dilatata, fusa et clarissimis luminibus instructa oratio grandis oratoris. Quippe *affluens* et hic et c. 12, 42. significat copiam orationis, contrariam illam tenui. Illo eodem loco, sicut hic, auctor copulat *dulce* et *affluens*. Et §. 91. pro iisdem vocibus habet de eadem virtute grandis oratoris vocabula *ornatum copiosumque*, ibidemque rursus *suave* et *ornatum* copulat. Denique §. 97. amplo sive grandi oratori tribuit *ornatum dicendi et copiam*. Apud Dionysium Hal. iudic. de Isocr. Vol. 5. p. 539, 11. Reisk. extat hic locus Theophrasti: *καθόλου δὲ τριῶν ὄντων, ὥς φησι Θεόφραστος, ἐξ ὧν γίνεται τὸ μέγα καὶ σεμνὸν καὶ περιττὸν ἐν λέξει, τῆς τ' ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων, καὶ τῆς ἐκ τούτων ἁρμονίας, καὶ τῶν περιλαμβανόντων αὐτὰ σχημάτων ἐκλέγει μὲν εὖ πάνυ καὶ τὰ κράτιστα ὀνόματα τίθησιν* etc. Non vero hunc locum Cicero praesenti loco ob oculos versantem habere poterat, nam hic quidem Theophrastus agit de virtutibus oratoris grandis; at altero, qui Ciceroni in mente erat, agebat de virtutibus orationis universe. Puto autem primam orationis virtutem a Theophrasto positam esse sapientiam, alteram delectum verborum, tertiam compositionem, quartam ornatum.

ornatum. Codex Lambini, Ven. 2. Tul. Asc. 2. Lamb. Mey. *ornamentum.* Ceteri *ornatum.* Schutz. 1. *solutum.* Alius apud Orellium: *oratorium.* Quid verum sit, in proxime praecedenti adnotatione aperire studui.

sententiae. häufig werden sinnreiche *(acutae)* und ungemein tiefe *(nescio unde ex abdito erutae)* Sentenzen angebracht werden. „Vid. de Orat. 2, 8, 34. Plin. Epistt. 1, 16, 2.“ Mey.

dominabuntur. Asc. 2. Gryph. 2. Lamb. Steph. Grut. Nizol. Ern. Or. 1. Mey. *dominabitur* Eins. Vit. Ox. Dr. Ven. 1. Asc.

1. Med. Tul. Iunt. Vict. Man. Ald. 2. *dominatur* Ven. 2. Vide adnotationem primam ad hanc §.

V. *supellectilis.* Nonius h. v. Sparsam wird seyn der Gebrauch des rednerischen Schmuckkästleins. Sumta vox e mundo muliebri, in quo erat pyxis, quae appellabatur. v. C. A. Boettigeri Sabina tab. III. et ipsum p. 69. 87. Eam hic ponit pro omni genere translationum, eleganti usu verborum, figuris verborum et sententiarum, denique pro omni ornatu oratorio. Similis est translatio facta itidem ex mundo muliebri in epistt. ad Attic. 2, 1, 1. Vol. 1. p. 123. ed. Schutz. *Meus autem liber totum Isocrati μυροθήκιον atque omnes eius discipulorum arculas, ac nonnihil etiam Aristotelia pigmenta consumsit; quem tu Corcyrae, ut mihi aliis literis significas, strictim attigisti.* Loquitur de libro de consulatu suo graece scripto. v. Boettiger. l. c. p. 67. 356. 370.

§. 80. *supellex.* Supple: supellex est enim quodammodo nostra ea, quae est etc.

Simplicium. Vulgo *simplex probatur.* Schutz. correxit *simplicium.* „Sensus est, ait, hic: simplicium verborum in propriis usitatisque verbis probatur id, quod aut optime sonat, aut rem maxime explanat.“ Haec est verissima correctio: qui vulgatam retinent, non reputant se invertere genus et partes; nam in vulgata *simplex* partem, *propria usitataque* genus constituunt, cum ex re et natura *simplicium* genus, *propria usitataque* partem illius generis constituere debeant, ut si dicas germanice: von den einzelnen, und zwar unter diesen von den eigentlichen und gebräuchlichen Wörtern gefällt dasjenige am meisten etc. Ceterum de tota hac materia vid. Cic. de orat. 3, 38.

et sumtum aliunde. Vulgo et in codd., in Nor. Iunt. Crat. Ald. Grut. est *aut factum aliunde.* „Sine dubio legendum est *sumtum*, quia sequitur *ut mutuo:* sed mutuo non fit aliquid, sed sumitur, unde *mutuationes verborum* de Orat. 3, 38, 156. Infra c. 62, 211. *verbum a simili mutuari.* Sic in fine capitis §. 82.: *si res nullum habet nomen, docendi causa sumtum videtur.* Vitium ortum e sequente: *aut factum ab ipso.* Itaque non dubitavi sic corrigere.“ Ern. *Et sumtum* Nizol. Lamb. Schutz. 2. Or. 1. *aut sumtum* Ern.

et novum. Ita recte Schutz., non, ut vulgo, *aut novum.* Nam *facta, nova, ficta* idem genus verborum constituunt. *Ficta* Quintil. 8, 3, 19. novata nomina appellat, ut ibi monuit Spalding. Vol. 3. p. 221.

§. 81. *manente sententia.* Conf. A. Matthiae Theorie des lat. Stils p. 40 sqq.

modo sit elegans. Hoc est, cautus in verbis legendis, gewählt im Ausdruck.

et parcus in priscis, reliquisque. Meyerus huic Rivii emendationi ex veterrima editione (Rom.) ductae, a codice Memmiano apud Gruterum confirmatae et inde a Grutero receptae ceterorum codicum, etiam Eins., et editionum veterum substituit lectionem: *et parcus, et in priscis reliquisque;* sed cum Billerbeckio equidem intelligere nequeo, quomodo aliquis possit esse *in priscis demissior.* Or.

demissior. auf den übrigen Schmuck wird er weniger bestehen. Demisso contrarie ponitur acer, pertinax, litigiosus, acerbus, v. Cic. de orat. 2, 43, 182. Heind. ad Horat. Serm. 1, 3, 56.

urbanos. His contrarie ponit *rusticos.* Illos intellige viros sermone cultiores. Si tantum urbis cives et ruri habitantes discernere voluisset, *urbicos* appellasset, quia hoc illo sensu solennius est dicere, quanquam etiam *urbanos* nonnunquam in urbe habitantes appellant, ut Horat. A. P. 213., quod Spaldingius de orat. Marcellian. p. 25. observavit. Conf. Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 402.

gemmare. In arbustis et fruticetis dicitur Augen ansetzen; in floribus Knospen. Doederl. lat. Synon. Vol. 5. p. 102. nr. 7. extr. discernit *gemmam* (Keim), ductam a *genuisse*, et *gemmam* (Edelstein), a *γανᾶν.* Quod si ita est, nulla prorsus in gemma rusticorum translatio. Ceterum conf. Quintil. 8, 6, 6. Demetrium de Elocut. §. 87. 88.

sitire agros. Ed. Ven. *lascivire agr.*, melius, ut opinor, quam vulgatum; nam *sitire* est poeticum, *lascivia* de agris, pecoribus etiam vulgo dicebatur. Ern. *Sitire* Eins. Vit. Mon. Aldd. Iunt. Crat. Lamb. Man. Nonius voce *luxuria.* „Recte Scheller repudiat *lascivire*, glossema proximorum. Conf. Quintil. (l. c.) Columell. 3, 11, 9. *solum siticulosum.*“ Bei. *Lascivire* praebent Dr. Gu. 1. alii apud Leclercqu. Ven. 1. Med. Tul. Sch. 2. Or. 1., idque auctoribus Ernestio et Schneidero etiam Schutz. praetulit. Conf. Cic. de Orat. 3, 38, 156. *gemmare vitem, luxuriare messem, laetas segetes etiam rustici dicunt.* Sic enim C. Beierus in praef. ad Cic. oratt. fragmm. p. XV. sq. eum locum legit ex antiquissimi, ut ait, auctoris citatione, pro vulgata: *gemmare vitem, luxuriam esse in herbis, laetas* etc. Ergo eo loco omissum est *lascivire agros* et tria tantum ponuntur.

§. 82. *Nihil horum parum audacter. Horum* potest referri ad exempla, quae praecedunt, sed quia sequentia non ferunt satis, melius est ad totum genus referre. Quidquid ex illo genere dicitur, habet plerumque multum audaciae in transferendo; sed tamen fertur, quia aut nititur perspicua similitudine, aut quia ne-

cessitas coegit. Hic est sensus loci; a brevitate subobscuri. Ern. Temere Schutz. correxit: *nihil horum partum audacter.*

non ludendi. Es ist der Erklärung, nicht eines Spieles der Phantasie wegen gewählt.

Cap. XXV.

altius transfertur. wenn eine Metapher zu weit getrieben wird.

in alia deceret. Schutzius in ed. 1. correxerat *in alta* e c. 57, 192. extr. Contra 27, 44. Gu. 3. peccat *alta* pro *alia plane fit oratio.* Ferri tamen potest hoc loco *alia.* Bei. *Alta* etiam Man. et Mey. dederunt.

§. 83. *illuminat his luminibus.* Similes radicum verborum in substantivis verbisque al. repetitiones affert Paldamus de repetitione vocum in sermone Gr. et Lat. (Gryphiswald. 1836. 4.) p. 9.

quasi aliquos gestus. als wären sie eine Art von Attituden oder ausdrucksvollen Stellungen. Commentarii loco erunt Quintil. 9, 1, 10. 9, 3, 100. et A. Schott. ad Dionys. Hal. A. Rh. c. 8. p. 108.

recte quidam. Sic Ern. emendavit pro *quidem.* „Illi sc., ait, quos saepe reprehendit Cicero, non omnes. Sic edd. Ven. Med. Ald. Iunt. Lips. Gryph.“ Meyerus attulit §. 75. *Ac primum informandus est ille nobis, quem solum quidam vocant Atticum.*

Nam, sicut. Eins. Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Crat. Vict. Ald. Tul. Iunt. Gryph. Nor. *nam si ut.* „Nec hoc male. In vulgata interpungendum post *nam*, ut fecimus.“ Ern. *si ut* frequentissimus est librariorum error. Conf. de opt. gen. orat. §. 23., ubi contrario errore multi *sicut spero* pro *si, ut spero.* Or.

non se parcum solum. Cave pro *non solum non* accipias cum Brodaeo Miscell. 8, 14. in Gruteri Thesaur. crit. Vol. 4. p. 53. Bei. Nicht bloss sparsam, sondern auch mit Gefühl für das Schöne sparsam, sive geschmackvoll, εὐτελὴς μετὰ φιλοκαλίας.

§. 84. *Sunt enim pleraque aeque apta.* Sic emendavit Tork. Baden. in Studien über Cicero (in N. Archiv. f. Philol. und Pädagog. Seebodii 2, 3. 1833. p. 331.) *pleraque apta* Lamb. Mey. Or. 2. *sunt enim pleraque huius ipsius oratoris de quibus ante dixi* Dr. *sunt enim pleraeque aptae* vulg. „Non est, quo referatur *pleraeque;* pertinet autem hoc totum ad illa σχήματα. Itaque scripserim *pleraque apta*, idque firmant sequentia, nisi velis intelligere *figurae* ex verbo Graeco.“ Ern. *sunt enim peraeque apta* Or. 1. — Eins. *pleraque apte.* Schutz. 2. *Non sunt enim peraeque apta huius ipsius oratoris.* „Vulgata, ait, nexum sententiarum prorsus perturbat. Causa enim praecipiendi, ut orator tenuis ex istis ornamentis eligat, quibus utatur, in eo est, quia

non sunt peraeque apta eius parsimoniae; quod deinde confirmatur his verbis: *Nam illa — huic acuto fugienda sunt.*" Vestigia librorum scriptorum intuenti mihi vera visa est coniectura Badenii, quae eadem sensum praebet optimum. Hoc enim scriptor dicit: Schemata tenui oratori apta sunt *pleraque:* pleraque, inquam; nam illa, de quibus ante dixi, illi fugienda sunt, et haec ipsa vetant, ne dicam, tenui *omnia* σχήματα apta esse. Quare post mentionem illustrissimarum figurarum, prosopopoeiae, sermocinationis et synathroesmi §. 86. addit: *Sed pleraque ex illis convenient etiam huic tenuitati*, quibus verbis fit quodammodo repetitio loci, quem tractamus. Pro *sunt enim* aliquis exspectet *sunt autem;* at *enim* respicit ad verba: *non parcus solum*, hoc sensu: er braucht nicht sparsam zu seyn, er hat die Wahl: *denn* die meisten Figuren etc.

de quibus ante dixi. c. 19, 65.

huic acuto. diesem Redner mit scharfsinnigen Enthymemen, feiner Argumentation.

immutatione literae. Hoc iam supra c. 12, 38. tetigi, monens, παρονομασίας sive annominationes intelligi.

quasi quaesitae. Lambin. delet *quasi*, quod melius abesse Schutz. concedit, suspicans tamen id inter verba *quoddam* et *aucupium* transponendum esse. „Sed *quasi quaesitae* dicuntur aperte quaesitae. Huc referas admirationem, de qua vid. ad Herenn. 4, 6. pr. [41])." Bei. Vocabulum *quasi* mitigat tralatum (?) *quaesitae*, nec explicari potest *aperte*, neque vero delendum est cum Lambino, tanquam e geminatione sequentium syllabarum *quaesi* ortum. Or. Iul. Victor p. 107. *non sequantur illas* (sententias) *similiter conclusa et paria paribus reddita et cetera quae sunt quaesitae venustatis.* Mey.

§. 85. *verborum iterationes.* De figuris iterationis in universum vid. Quintil. 9, 3, 27. Verba intellige repetita vel bis initio sententiarum, qualia sunt in

1. παλιλλογίᾳ, quae dicitur etiam ἀναδίπλωσις sive ἐπίζευξις. De hac figura agunt Drakenb. ad Liv. 3, 11. 24, 14: Boettich. Lexic. Tacit. p. CXL. sq. Rupert. Indic. Latinit. Tacit. p. 837. N. Bach. ad Tacit. Annal. 1. 10. et qui hos citavit, Eckstein ad dialog. de oratt. p. 82. Palillogiae exemplum est apud Cic. Catil. 1, 1, 3. *Fuit, fuit ista quondam in hac republica virtus; nos, nos, dico aperte, consules desumus.* v. Matthiae Theorie des lat. Stils p. 41.

2. Idem verbum repetitur initio cuiusque membri orationis, quale est in ἀναφορᾷ sive ἐπιβολῇ. Anaphorae exemplum est

[41]) Ibi nihil est de admiratione, neque quid ea huc pertineat intelligo. G.

apud Cic. Verr. 2, 10. *Verres calumniatores apponebat; Verres adesse iubebat; Verres iudicabat.* v. Matth. l. c. Conf. adn. ad Demetr. de Elocut. p. 105. Herderus:

Tapfer ist der Löwensieger;
Tapfer ist der Weltbezwinger,
Tapfer, wer sich selbst bezwang.

3. Idem verbum repetitur in fine sententiae, quod fit per *ἐπιφορὰν* sive *ἀντιστροφὴν* sive *ἐπιστροφήν*. Eam latine *conversionem* dicebant. Epiphora fit, ubi *in idem verbum coniicitur oratio*, ut est infra c. 39, 135. Eius exemplum extat apud Cic. Phil. 2, 22, 55. *doletis tres exercitus populi Romani interfectos: interfecit Antonius. Desideratis clarissimos cives; eosque quoque eripuit vobis Antonius. Auctoritas huius ordinis afflicta est; afflixit Antonius.* v. Matthiae. l. c. p. 41 sq. Schillerus:

Lasst den Schaum zum Himmel spritzen:
Dieses Glas dem guten Geist!
Den der Sterne Wirbel loben,
Den des Seraphs Hymne preist,
Dieses Glas dem guten Geist
Ueberm Sternenzelt dort oben!

4. Ponuntur praeterea nonnunquam plures interrogationes eodem verbo incipientes, ad quas eodem verbo respondetur, quam figuram *complexionem*, Graece *συμπλοκὴν* sive *κοινότητα* dicebant. Has figuras auctor in Oratt. Partitt. c. 15, 54. dicit *relata verba*, *iterata*, *duplicata*. Adde 6, 20. 21. Ubi *relata* intelligo antistrophen propter verba 6, 21. *relataque ad idem verbum; — iterata* intelligo anaphoram; *duplicata* palillogiam. Idem ibidem (§. 21.) et c. 21, 72. memorat *geminata verba*, quae et ipsa intelligo palillogiam. *Iterata* autem dici repetita per antistrophen etiam saepius quam bis verba ne quis miretur, quanquam hoc abhorret a communi significatione verbi illius. Tametsi Quintil. quoque 9, 3, 42. et ipse Cic. loco proxime citato c. 6, 21. *iteratione* utitur de verbis plus bis repetitis. *Geminatione* autem Quintil. 9, 3, 28. 29. latiori sensu uti videtur, quam Cicero, nisi forte hic quoque plures figuras iterationis, quam unam palillogiam, verbo *geminata* complectitur. Sed restat exemplum complexionis, quale profert Matthiae l. c. p. 42. ex Cic. or. pro Mil. 22, 59. *Quis eos postulavit? Appius; quis produxit? Appius: unde? ab Appio.*

ab hac summissione. Sie werden dieser anspruchslosen Rede fremd bleiben.

relaxet. Hoc est, interponat membra periodis et periodos breviores faciat. Ern. nur in der Anstrengung durch lange

Perioden lasse er nach. At supra 23, 77. auctor oratorem tenuem numeris eximendum esse dixit. Nihilominus sibi constat. Nam §. 83. iubet illum oratorem figuris concinnitatis modice uti, et §. 84. vitare figuras similitudinis, quibus vel maxime concinnitas efficitur. Ambitus autem sive continuationes verborum possunt etiam sine numero esse.

et dividat. und trenne die langen durch kleinere Sätze.

quam mollissimis. Iul. Victor p. 107. Quid translatio mollis sit, optime cognoscitur ex dura translatione, quae contrarie ponitur.) Durae autem Quintiliano 8, 6, 17. dicuntur translationes *a longinqua similitudine ductae.*

vehementer illustria. nicht zu auffallend.

Non faciet — loquentem. Hoc est, non utetur figura *προσωποποιίας*, cuius exempla extant apud Cic. Divin. in Caecil. c. 5. sub fin., Catil. 1, 7. Conf. Matthiae l. c. p. 49 sq. *Conformationem* hanc figuram dicit scriptor ad Herenn. 4, 53, 66. et habet pulcherrima exempla. De eadem egerunt Theo progymn. c. 10. Vol. 1. rhett. gr. p. 235 sqq. ed. Walz. Conf. B. Weiske ad Cic. orat. pro M. Marcello p. 105.

nec excitabit. Hoc est, non utetur figura *sermocinationis*, qualis est apud Cic. Divin. in Caecil. c. 6., pro Plancio, 5, 12. pro Milon. c. 34. Conf. Matth. l. c. p. 49. De hac figura agit scriptor ad Herenn. 4, 43, 55., apud quem ibidem c. 52, 65, praeclarum exemplum est. „Quintil. 12, 10, 61. *Hic orator* (scil. grandiloquus) *et defunctos excitabit, ut Appium Coecum*, (Cic. pro Coelio c. 14.), *apud hunc et patria ipsa exclamabit*, (Catil. 1, 7, 18.), *aliquandoque Ciceronem in oratione contra Catilinam in senatu alloquetur* (c. 11.)." Bei.

nec acervatim. Und er nehme nicht viel in einem Haufen zusammen, indem er es auf eine gezwungene Art verbindet. Intelligit figuram *coacervationis*, quae Graece dicitur *συναθροισμός*. Eam figuram Iulius Victor in A. Rh. c. 22. p. 109. *comma* appellat. Conf. C. Beier. ad Cic. oratt. fragmm. p. 165., ad Offic. 3, 33, 119. p. 414. His adde scriptorem ad Herenn. 4, 40, 52. extr., qui *frequentationem* appellat, Quintil. 8, 4, 27. Rutil. Lup. de figuris 1, 2. p. 5. ed. Ruhnk.

valentiorum — laterum. Quintil. 9, 2, 29., ubi huius loci mentionem iniicit, habet *maiorum laterum.*

suppressior. leiser.

§. 86. *ex illis.* Quae sunt valentiorum laterum, sive: wozu eine stärkere Brust gehört, quaeque sunt generis dicendi vehementioris et amplioris. Conf. c. 24, 82.

talem enim inducimus. denn das ist dem Character gemäss, den wir ihm geben.

VI. *Accedet actio.* Sic post Lambinum Ern. dedit pro vulgata *accedit*, quod esse vitiosum facile quemque diligentem lectorem ait sensurum esse. Nam futura praecedere: *non faciet — erit — utetur*, sic etiam in sequentibus. Quod iudicium sequuti sunt Sch. Or. Bei. *Accedit* Meyerus cum ceteris et libris scriptis.

modica iactatione. Schutz. recte animadvertit, adiectivum *modica* hic esse nominativum, quippe epitheton vocis *actio*, ut sit idem quod: *accedet actio modica in corpore iactando*, mässig im Gebrauch körperlicher Bewegung.

os ducere. Videtur idem esse, quod supra dixit *vultuosum*, (das Gesicht verzerren). Conf. Quintil. 9, 3, 101. *vultus mutatio oculorumque coniectus multum in actu valet: sed si quis ducere os exquisitis modis, et frontis ac luminum inconstantia trepidare non desinat, rideatur. Et orator habet rectam quandam velut faciem: quae ut stupere immobili rigore non debebit, ita saepius in ea, quam natura dedit, specie continenda est.* v. Ern. Lexic. Rhet. Lat. s. v. *vultus* et *ducere*.

ingenue. unmanierirt.

CAP. XXVI.

§. 87. VII. *aspergentur.* Cic. de orat. 1, 34, 159. *libandus etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio.* Bei. Adde epist. ad Attic. 1, 13, 1. Vol. 1. p. 56. (epistolae) *humanitatis sparsae sale.*

Sales. Horum duo genera ponit, alterum non laedentium, (der harmlose Witz), in quo ponit leporem — facetias — festivitatem — urbanitatem. Alterum genus est severi ioci, (der scharfe Witz), in quo sunt sales strictiori sensu dicti — dicacitas — cavillatio. Conf. Doederl. lat. Synon. Vol. 5. p. 216 sq. De iocis et risu fusius egerunt Cic. de Orat. 2, 58 sqq. et Quintil. 6, 3, 17. A quibus dicta si breviter comprehendas, his fere singula genera describas.

I. *Facetiae* illud genus iocorum vocatur, quod non in singulis dictis cernitur, sed quasi per totum loquendi, sentiendi, agendi rationem pervadit, (die Laune); *faceti* autem dicuntur, quorum ioci nec scurriles (gemein), nec nimis frequens (übertrieben), nec mimicus sive subobscoenus (schlüpfrig, zotenhaft). Nec faceti ioci usquam degenerant in imitationem nimiam et depravatam (in Carricatur), neque unquam sunt petulantes et improbi i. e. faceti homines nunquam lacessunt incessuntque certos homines descriptionibus notationibusque (durch Persönlich-

keiten). — *Lepos* cum facetiis coniunctissimus illud iocandi genus est, quod dixeris artige Scherzweise: *lepidum* autem etiam de rebus iocum non attingentibus praedicatur, ut in exclamatione: *hoc lepidum est!* das ist artig! das ist lustig! — *Festivitas* ioci dicitur, quatenus iocus delectat, exhilarat, risum excitat, et defessos moerore animos laetitiae solvit. Festivum sunt qui a voce graeca ἀστεῖος ducant, velut C. O. Muellerus die Dorier Vol. 2. p. 512 sq., quod et praeter analogiam utriusque linguae fit, et ἀστεῖος plurimum a festivo distat. Rectius duci videtur a voce *festus*, quod praeter notionem temporis festi sensum laetitiae et iucunditatis habet, ut docuit Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 400. ex Tacit. Annal. 5, 4. Plinii Epistt. 2, 17, 24. Ovid. Metam. 6, 448. Lucan. Pharsal. 3, 101., ut paene credas indicari id, quod nos paulum differente sensu dicimus Feiertagsstimmung, Sonntagslaune. Aliter tamen de etymo vocis *festivus* indicat Doederl. l. c. Vol. 5. p. 218. Utut est, certe festivitas iucunditatem ioci significat. — *Urbanitate* indicatur modus loquendi, quem sequebantur Romani viri ingeniis per liberalium hominum usum ad humanitatem exculti, inprimis autem tectus quidam modus cum dissimulatione iocandi, qualis fuit Socratis, εἰρωνεία (die feine Scherzweise), quam Cic. de orat. 2, 65, 262. *inversionem* appellat: *Invertuntur autem verba, ut, Crassus apud M. Perpernam iudicem pro Aculeone quum diceret, aderat contra Aculeonem Gratidiano L. Aelius Lamia, deformis, ut nostis: qui quum interpellaret odiose: Audiamus, inquit, pulcellum puerum, Crassus. Quum esset arrisum, Non potui mihi, inquit Lamia, formam ipse fingere: ingenium potui. Tum hic, Audiamus, inquit, disertum.* Ibidem c. 67, 269. *Urbana etiam dissimulatio est, quum alia dicuntur, ac sentias, non illo genere, de quo ante dixi, quum contraria dicas, ut Lamiae Crassus, sed quum toto genere orationis severe ludas, quum aliter sentias, ac loquare: ut noster Scaevola Septumuleio illi Anagnino, cui pro C. Gracchi capite erat aurum repensum, roganti ut se in Asiam praefectum duceret, Quid tibi vis, inquit, insane? tanta malorum est multitudo civium, ut tibi ego hoc confirmem, si Romae manseris, te paucis annis ad maximas pecunias esse venturum.* Et scriptor ad Herenn. 1, 6, 10. *imitatione depravata, inversione, ambiguo, suspicione, irrisione stultitiae* etc. De ironia vide Quintil. 8, 6, 54 sqq. 9, 2, 44. Urbanitate igitur primum cultior loquendi mos indicatur, idque apparet vel luculentissime ex narratiuncula in Brut. c. 46, 172. *ut ego iam non mirer, illud Theophrasto accidisse, quod dicitur, quum percontaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet, et respondisset illa, atque addidisset, Hospes, non*

pote minoris: tulisse eum moleste, se non effugere hospitis speciem, quum aetatem ageret Athenis, optimeque loqueretur. Omnino, sicut opinor, in nostris est quidam urbanorum, sicut illic Atticorum, sonus. Dein liberalitas quaedam ingenii. Huc pertinent verba Quintiliani 6, 3, 17. *Nam et urbanitas dicitur: qua quidem significari video sermonem praeferentem in verbis et sono et usu proprium quendam gustum Urbis, et sumtam ex conversatione doctorum tacitam eruditionem; denique cui contraria sit rusticitas.* Et ibidem §. 107. *Nam meo quidem iudicio illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque sensu, neque verbis, neque ore gestuve possit deprehendi, ut non tam sit in singulis dictis, quam in toto colore dicendi, qualis apud Graecos ἀττικισμὸς ille redolens Athenarum proprium saporem.* Vere autem Spaldingius de orat. Marcellian. p. 23. recentiores erroris arguit, qui urbanitatem ex adverso ponentes rusticitati in actu modo ponant et moribus, citra sermonem. Ipse p. 24. vocem fatetur ab *urbe* repetitam esse, sed eandem usu loquendi ita ad iocum et facetias alligatam, ut haec fere sola aetate Ciceronis remanserit potestas, et p. 25. addit, omnem verbi ad originem suam applicationem magis consulto factam sibi videri a scriptoribus et eruditis, quam usu pervulgato loquentium tritam comprobatamque. (Conf. Buttmann. praef. ad Lexilogi P. 1. p. IX.) Illa Spaldingii reprehensio cadit etiam in Fr. Rud. Waltherum de Veterum inprimisque Ciceronis urbanitate, Halis 1772. et in Ienischium Aesthet.-crit. Parallele des Demosthenes und Cicero, qui omnes virtutes et defectus eloquentiae Tullianae notione urbanitatis Romanae contineri perhibens, hanc urbanitatem intelligit elegantiam morum, consuetudine liberalium hominum et politiori ad peregrinum exemplum vita Romae excultam, quam et in circulis versantes et in rostris publice prodeuntes observare deceret. Verum haec potius *humanitas* erat, nihil illa ad genus, quod nunc tractamus, pertinens, sed morum elegantiam (feine Erziehung, Höflichkeit) significans, v. Spalding. l. c. p. 27. coll. p. 24. et Ferd. Delbrück über die Humanität, Lips. 1796. 8., qui tamen rem magis ex sensu recentiorum philosophorum, quam ex usu veterum tractat. In parte facetiarum, de quibus supra dictum est, illud est peculiare, quod anglice nomine Humour dicunt, quum qui facete iocatur, suam quasi ipsius indolem et naturam propinat, neque eius conscius esse videtur. Proprium eius ridiculi nomen latinum non est, sed ipsam rem Ciceroni cognitam fuisse, colligas ex his verbis de Orat. 2, 69, 279. *Me quidem hercule etiam illa valde movent stomachosa et quasi submorosa ridicula, non quum a moroso dicuntur: tum enim*

non sal, sed natura ridetur. In quo, ut mihi videtur, persalsum illud est apud Naevium:

Quid ploras, pater?
Mirum ni cantem; condemnatus sum.

Et c. 71, 289: *Haec autem, quae sunt in re et in ipsa sententia, partibus sunt innumerabilia, generibus pauca. Exspectationibus enim decipiendis, et naturis aliorum irridendis, ipsorum ridicule indicandis, et similitudine turpioris, et dissimulatione, et subabsurde dicendo, et stulta reprehendendo risus moventur.* Haec partim eiusmodi sunt, ut in ipsum Sternium, generis huius ridiculorum exemplar, verissime cadant.

II. In altero genere iocorum vidimus *sales* esse, der piquante, non raro der scurrile Witz, (Possen); *dicteria*, der Sarcasmus: nam *dicta* (Bonsmots) in utroque genere et severi et innoxii ioci esse possunt. Itaque dicuntur quaedam salse, quaedam lepide, alia acute, alia denique dicaciter dicta. *Cavillationem* Cicero ponit in facetiis de Orat. 2, 54, 218. *quum duo genera sint facetiarum, alterum aequabiliter in omni sermone fusum, alterum peracutum et breve: illa a veteribus superior cavillatio, haec altera dicacitas nominata est.* Etenim hic facetias dicit latiori sensu utrumque genus iocorum, et lene, et irritabile, quod quidem per totum fundatur, non singulis mordaciter dictis exhibeatur, hoc schemate:

Facetiae

Facetiae cognatae festivitati et urbanitati et lepori,	Cavillatio cognata dicacitati.

Itaque cavillationem Schutzius, in clav. s. v. Facetiae, nescio an recte, convertit die schalkhafte Laune: nonnunquam vero, malignius quum exercetur, illud ipsum est, quod Francico vocabulo: die Persiflage insignimus, et sic cavillatio cognata est ironiae et dissimulationi, quia qui cavillantur, simulata laude tum vituperant. Facetum denique, ut dixi, Cicero intelligit etiam *dicacem*, qui singulis dicteriis mordet: cuius rei exemplum est in Bruto c. 47, 173. *erat* (L. Philippus) *in altercando cum aliquo aculeo et maledicto facetus.* Sic fere haec iocorum risusque vocabula discriminanda esse putavi: tenendum est autem, ea saepissime inter se confundi, quoniam, ut in aliis quoque vocabulis fieri solet, modo ampliori, modo strictiori sensu accipiuntur, et cognata pro cognatis usurpantur, velut *humanitas* pro humanitate in iocando i. e. pro facetiis et urbanitate et similiter.

nimium quantum. Eins. Vit. Dr. Lovaniensis teste L. Carrione Antiq. Lectt. 2, 12. extr. in Gruteri Thesaur. crit. Vol. 3, 2. p. 46., duo Lambini Ven. 1. Iuntin. 1. Ald. 1. *mirum quantum* Ald. 2. Lambin. Man. *nimirum quantum* Ven. 2. Iunt. 2. Tul. *sales etiam in dicendo nimium quantum valent.* Iul. Victor p. 92. Vid. Spalding. ad Quintil. 4, 2, 70. Vol. 2. p. 100. in notis critt.

mittendoque ridiculo. Schutz. in vulgata frigidam tautologiam inesse dicens scripsit *remittendoque.* „*Remittere ridiculum*, ait, est cavillationi salse respondere, quod Quintil. 6, 3, 45. appellat *repercutere.*" Eiusdem ibidem §. 42. haec verba sunt: *In narrando autem Cicero consistere facetias putat, dicacitatem in iaciendo.* „Dubitatio alia remanet, scil. annon *mittendo* corruptum sit ex *immittendo.* Alibi sane illa duo vocabula iunguntur, v. c. Paradox. 4, 28. *iactam et immissam — iniuriam*, ubi tamen fuit, qui vellet *emissam.*" Or.

sed nunc aliud agimus. i. e. valeat. Conf. 22, 73. de opt. gen. oratt. 3, 7. pro Muren. 16, 33. Variatis verbis eadem haec eloquitur Quintil. 4, 3, 42. Bei.

§. 88. *ne mimicum.* Hoc bene Ald. cum Iunta dedit pro *inimicum*, quod est in libris scriptis et editis prioribus. Ed. Lips. pariter *mimicum* habet, sed *nec* pro *ne*, ut Ven. item Gryph. etc. Ern. *inimicum* fert etiam Eins. *ne inimicum* Med. *nec mimicum* Tul. *nec inimicum* Vit. Dr. Ven. 1. 2.

facinus. eine Unthat. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 2. p. 145 sq.

neque — alienum. Desideres *alieno*, sed ita loqui ei non licuit per proxime praegressum *tempore.* Usus igitur est constructione ad sensum facta, quasi supra scripsisset: *ut nec nimis frequentem adhibeat, nec subobscoenum, nec petulantem* etc., et non: *frequenti — subobscoeno — petulanti* etc. „Nonius v. *scurrile*: *Ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit, nec subobscaeno, ne mimicum, nec petulanti, ne improbum.* Sic Perotti. Alia vero editio Venet. 1496. sic: *ne scurrilis sit, nec obscaeno, ne inimicus, nec petulanti, ne improbus.* Iul. Victor p. 92. *Id magnae debet esse cautionis, ut nec nimis (hoc genus) frequens sit, nec scurribile videatur, nec subobscenum, nec mimicum, nec petulans, nec improbum, nec in calamitatem, nec inhumanum, nec in facinus, nec odii locum risus occupet: et quod maxime fugiendum est, quia est ineptissimum, ne aut suae personae, aut iudicis aut ceterorum aut tempori aut loco, aut rei minus accommodatus iocus et parum opportunus existimetur.*" Mey. Hoc loco Oratoris de ridiculi abusu fugiendo utitur etiam Quintil. 6, 3, 33.

§. 89. *domo allata.* Iul. Victor p. 92.

dignitatibus. die Beamten.

contumelias. Ehrenverletzungen, quum *iniuriae* sint Rechtsverletzungen. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 192. 194. coll. Vol. 3. p. 139 sq.

figet. iocis lacesset. Cic. de N. D. 1, 34, 93. *ceteros figebat maledictis.*

istis novis Atticis. Quos supra c. 9, 27. exagitavit.

§. 90. *quidquid est salsum.* Lambin. dedit *sanum.* At Quintil. 6, 3, 18. *Salsum in consuetudine pro ridiculo tantum accipimus: natura non utique hoc est: quanquam et ridicula oporteat esse salsa. Nam et Cicero, omne quod salsum sit, ait esse Atticorum; non, quia sunt maxime ad risum compositi: et Catullus, cum dicit, Nulla est in corpore mica salis, non hoc dicit, nihil in corpore eius esse ridiculum. Salsum igitur erit, quod non erit insulsum, velut quoddam simplex orationis condimentum, quod sentitur latente iudicio, velut palato, excitatque et a taedio defendit orationem.* — Quintilianus igitur praesente loco Oratoris aperte legit *salsum.* Et sic ex codd. et Iunt. enotavit Orell. 1., edideruntque Ald. Ern. 1. 2. Mey. Sch. etc.

salubre. Hoc est, integra valetudine, gediegen. Salubre proprie est id, quod sanitatem affert, gesund. Cic. Brut. 13, 51. *Nam ut semel e Piraeeo eloquentia evecta est, omnes peragravit insulas, atque ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus, omnemque illam salubritatem Atticae dictionis, et quasi sanitatem perderet, ac loqui paene dedisceret.* Ad quae verba Doederl. l. c. Vol. 1. p. 32 sq. adnotavit: saluhris oratio ist die kerngesunde, urkräftige; sana die nüchterne und besonnene Sprache. vergl. Tacitus Dialog. 25. Plin. Epistt. 9, 26. In qua explicatione parum me intelligere fateor, quid sit urkräftige Sprache, et videtur mihi post *salubritatem* ineptissime illa *quasi sanitas* sequi. Quare cum Ernestio ibi malim legere *omnem illam subtilitatem Atticae dictionis.* Intelligit enim subtilitatem das Folgerechte, acutulas tenuis oratoris conclusiones; sanitatem das Richtige der Gedanken. Subtilitas hac in re dominans vox; sanitas in eadem re solennis translatio est, sed translatio tamen, quam vocula *quasi* addenda mitigavit. Alteram non item. Quidni? Si *salubritatem* scripsisset, certe huic quoque voculam *quasi* addidisset. Orellio ed. 1. Cicero videtur scripsisse: *omnemque illam quasi salubritatem Atticae dictionis perderet.* „Vocabulo *salubritatem*, ait, adscriptum est glossema *sanitatem.*“ Ac sane *et* ante *quasi* omittunt Asc. Iunt. Crat. Ald. Man., quod Orellio addidisse videntur, qui glossam occultarent. Lambinus ex optimo, ut ait, codice ms., probante Ellend-

tio, qui putaret, *et* ab omnibus libris scriptis abesse, scripsit: *omnemque illam Atticae dictionis quasi sanitatem.* Idem in edit. mai. scriptum vult: *salubritatem Atticae dictionis et quasi siccitatem.* Conf. Brut. 55, 202. *nihil nisi siccum atque sanum.* de opt. gen. oratt. 3, 8. *Attici — sani duntaxat et sicci habeantur.* Utut est, respicitur his verbis Bruti, de quibus agimus, ad tumidum illud et quasi adipale genus Asianae dictionis, quod est c. 8, 25. Oratoris. Etenim sana corpora non tumida sunt, neque adipibus onerata, et si non plena succi et sanguinis, certe nervis et ossibus adstricta: itidemque oratio sana dicitur, quae, si non fecunda et uber sententiis, nec copiosa et affluens verbis, certe recte cogitata sermone eleganti continet.

Hyperides. Quintil. 10, 1, 77. *Dulcis inprimis et acutus Hyperides: sed minoribus causis, ut non dixerim, utilior, magis par,* ubi v. Spalding. Adde de hoc oratore Westerm. Quaestt. Demosth. 2. p. 40 sq. Ruhnk. hist. cr. Oratt. gr. p. LXIX.

Demades. v. Ruhnk. l. c. p. LXXI. sq. Hic princeps erat in eo genere, quod veteres *τὸ ἐσχηματισμένον* dicebant, de quo vid. Demetr. de Elocut. §. 282 sqq. et ibidem interpretes ad §. 287. De hoc oratore dedita opera scripserunt H. Lhardy Berol. 1834. 8. et nuperrime Pluyghers Batavus Hagae Comitis 1836. 8.

praeter ceteros. Hac formula ceteri omnes aut plane excipiuntur, ut ad Herenn. 1, 9, 16., ubi significat: aliter ac ceteri omnes, solus ergo, et Brut. 2, 6., ubi additur: *aut cum paucis.* Aut significatur, in ceteris omnibus rem aliquam fuisse minorem. Hoc autem fit in re laudabili, ut Orat. c. 26, 90. de Orat. 2, 54, 217. pro Roscio Amer. 6, 16. in Verrem 2. libr. 1, 24, 63. libr. 5, 19, 49. pro leg. Manil. c. 3, 7. pr. M. Scauro §. 35. Tusc. Dispp. 1, 47, 114. Saepissime etiam in re ab omni laude aliena, ut in Verr. 2, 2, 65, 159. 3, 57, 130. 4, 34, 76. pro Rosc. Amer. 50, 145. de Leg. Agr. 2, 2, 5. pro Sext. 10, 23. 46, 100. pr. pro P. Sull. 3, 7. 9. in Pison. 31, 78. Phil. 1, 12, 30. de rep. 3, §. 42. de legg. 2, 17, 42. Itaque et in bona et in mala re est *supra ceteros,* ut ait Muncker. in Indice ad Hyginum. O. M. Muell. Obss. de vi et usu verborum quorund. Lat. (Cöslin 1828. 4.) p. 19.

Demosthenes. Conf. Quintil. 6, 3, 2., ubi Gesn. adnotavit, Demosthenis aliquot dicta recensere Plutarchum in Vit. p. 851. B. et „Capperonerius, ablegat ad Longinum c. 34. ἔνθα μέντοι (Demosthenes) γέλοιος εἶναι βιάζεται καὶ ἀστεῖος, οὐ γέλωτα κινεῖ μᾶλλον, ἢ καταγελᾶται. Ad quem locum T. Faber, improbans Hermogenem, qui eum iudicet κωμῳδεῖν ἐπίστασθαι (περὶ μεθόδου δεινότητος c. 34. p. 563.) Demostheni accommodat, quod in rara

Thucydidis facilitate a quibusdam dictum refert ipsius scholiastes: λέων ἐγέλασεν ἐνταῦθα." Spald. — Dionysii Hal. iudicium de urbanitate Demosthenis (Vol. 6. p. 1122. Reisk.) idem ibidem exeitat, sed corruptis verbis extare indicat. Huc porro verba pertinent Quintiliani 6, 3, 21. *Dicacitas sine dubio a dicendo, quod est omni generi commune, ducta est: proprie tamen significat sermonem cum risu aliquos incessentem. Ideo Demosthenem urbanum fuisse dicunt, dicacem negant.*

acrioris ingeni. ein leidenschaftlicheres Gemüth, v. Doederl. lat. Synon. Vol. 3. p. 247. nr. 13.

Cap. XXVII.

§. 91. *robustius.* Hoc est, bei weitem nicht so schmächtig, (tenuis), sive multo pluris carnis, succi et sanguinis. Robustius ergo, „non qua vim, quae ab hoc genere abest, ut paulo post dicit, sed qua formam orationis, quae est in eo genere oratorum latior, ornatior et numerosior." Ern. Ceterum pro *aliquantoque* est *multoque* in vet. cod. Car. Stephani, cuius, ut Erlangensis et Guelferbytani 3., variae lectiones hinc demum incipiunt, cum Guelf. 3. plerumque consentientes.

suavitatis — vel plurimum. „Quia totum ad delectandum factum est, sicut tenue ad docendum, amplissimum ad permovendum. Schutz. correxit: *sanguinis autem est vel plurimum,* quia *suavitatem* in hoc genere esse postea adiiciatur, nec bene opponi *suavitatem* et *nervos.* Addit: „ut de genere tenui dictum erat, id *non plurimi sanguinis* esse c. 23, 76., sic in genere medio *nervorum* vel minimum, *sanguinis* plurimum esse dicitur. Atque sic Quintil. 10, 1, 60. in Archilocho dicit esse *plurimum sanguinis atque nervorum.*" In vet. cod. Steph. hic locus ita legebatur: *nervorum non minimum suavitas, haud scio si vel plurimum.* Unde Lambinus ed. 1566. effinxit: *nervorum est vel minimum, suavitatis haud scio an plurimum.* Videmus ex his, Schutzio vulgatam *suavitatis* triplici argumento mutandam visam esse, quia I. suavitas non bene nervis contraria ponatur; dein II. quia etiam alibi nervi et sanguis coniungantur. At, ut hoc statim breviter defungamur, loci Ciceronis 23, 76. et Quintiliani nihil de praesente loco comprobant, nec demonstrant, sanguinem nunquam nervis ex adverso poni, sed nonnunquam, quod nemo infitiabitur, uni orationi unius scriptoris simul et sanguinem et nervos tribui. Denique III. quia vox *suavitas* parvo intervallo iteretur: loqui enim scriptorem paulo post iterum de suavitate, unde Schutz. colligit, paulo ante aliam vocem, quam *suavitatis,* scriptam fuisse. Priusquam contra haec dico, quid ipse coniecerim de hoc loco, proponam. Si quid hic aut mutandum,

aut delendum est, videntur mihi rectius haec omnia: *Huic omnia dicendi ornamenta conveniunt, plurimumque est in hac orationis forma suavitatis* deesse posse, et deinde legendum esse: *In quo multi floruerunt apud Graecos* etc. Nam primum haec verba nihil continent, quod non iam antea dictum sit: *(suavitatis autem est vel plurimum)*, quodve non postea dicetur: *(in idem genus orationis verborum cadunt lumina omnia)*. Dein repetitio illa facta est non sine vitio. Nam est in his verbis hoc: *Huic omnia dicendi ornamenta conveniunt*; at infra rectius legitur: *in idem genus orationis verborum cadunt lumina omnia*, ergo non *omnia ornamenta*, sed schematum sententiarum pars tantum. Transeo ad id, quod contra coniecturam Schutzii dicendum est:

I. Suavitas nervis non minus bene contraria ponitur, quam nervis lenia apud Horatium A. P. 25. 26., ubi vid. Bentl. Atque haec suavitas oratoris mediocris oritur ex ubertate et affluentia, addo ambitiosiori cultu orationis, quibus rebus tenuem oratorem superat. Quare hoc quoque recte additur: *est enim plenius*.

II. In oratore mediocri, fateor, plus sanguinis est, quam in tenui, at non *sanguinis vel plurimum*. Vires enim maximas i. e. hoc ipsum sanguinis plurimum et nervos scriptor ipse c. 23, 76. tribuit non mediocri, sed amplissimo oratori. Idemque facit hic, dicens temperatum genus, quam illud ornatum copiosumque (grave genus) esse submissius. Sive enim sanguinem accipis esse merum ornatum orationis, temperatus hoc loco legitur submissior esse illo *ornato* (gravi); sive sanguinem cogitabis esse et copiam verborum, et ubertatem ac gravitatem sententiarum, temperatus hoc loco legitur submissior esse illo *copioso* (gravi). Non est igitur temperatus sanguinis vel plurimi, sed tantum pluris, quam tenuis. Quodsi sanguinem accipiemus ornatum esse, (idque rectius fiet, quia copiosum illud pars ornatus est) [42],

---

[42]) Quid sanguis sit, intelligitur vel optime exemplo exsanguis orationis apud Scriptorem ad Herennium 4, 11, 16. *Qui non possunt in illa facetissima verborum attenuatione commode versari, veniunt ad aridum et exsangue genus orationis, quod non alienum est exile nominari, cuiusmodi est hoc: „Nam istic ad balneas accessit: ad hunc postea dicit, Hic tuus servus me pulsavit. Postea dicit hic illi, Considerabo. Post ille huic convicium fecit, et magis magisque praesentibus multis clamavit.“* Huc maxime pertinet locus de Orat. 3, 25, 96. *ornatur igitur oratio genere primum, et quasi colore quodam et succo suo. Nam ut gravis, ut suavis, ut erudita sit, ut liberalis, ut admirabilis, ut polita, ut sensus, ut dolores habeat, quantum opus sit, non est singulorum articulorum: in toto spectantur haec corpore.* Haec omnia: succus, sanguis, corpus idem in oratione significant. Qui copia

et demonstrabimus, quo ornatu orator temperatus, et quo gravis utatur, facile apparebit, gravem vel plurimi sanguinis esse, et non temperatum. Itaque temperatus, ut est in hoc ipso capite, quod tractamus, utitur primum floribus i. e. tropis, et inter eos praecipue metonymiis: propter quem usum florum frequentem Demetrius Phalereus, princeps in genere dicendi medio, *versicolor* dicitur a Quintiliano 10, 1, 33. *Licet tamen nobis in digressionibus uti vel historico nonnunquam nitore, dum in his, de quibus erit quaestio, meminerimus non athletarum toris, sed militum lacertis opus esse: nec versicolorem illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur uti, vestem bene ad forensem pulverem facere.* Etenim ipsum vocabulum *versicolor* monere unumquemque debet *florum*, et flores ipsi tropi intelliguntur, ut alibi a me dictum est. *Versicolor* dictum est pro ἀνθινός, ut post Gesnerum docuit Spaldingius ad Quintil. 8. prooem. 20. Vol. 3. p. 187., cuius cum adnotatione conf. Dialogum de Oratt. c. 26. *fucatis et meretriciis vestibus insignire.* Inde genus ipsum medium ἀνθινὸν dici, item in superioribus a me monitum est. Deinde temperatus utitur omnibus figuris verborum, sed de figuris sententiarum tantum minus claris. Floribus et figuris, quibus temperatus, universis item gravis orator utitur, et praeterea vel clarissimis figuris sententiarum, ut prosopopoeia, sermocinatione et simil. Utri igitur plus sanguinis tribuetur, si quidem sanguis erit ornatus? Eritne post haec temperatus plurimi sanguinis? Denique verba *vel plurimum sanguinis* sive ornatum, sive et copiam et ubertatem ac gravitatem sententiarum significant, quo iure *plurimum* Schutzius tribuit medio oratori, quem legimus c. 6, 21. *orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque* distinguere? De eodem temperato ibidem est: *aut addit aliquos, ut in corona, toros*, ubi quid tori sint, et adnotatum est, et patet ex iis, quae modo retuli ex hoc ipso capite, in quo versamur. „At, inquit, oratori mediocri scriptor nervorum vel minimum tribuit.“ Quid ergo? Nonne mediocri minus nervorum, plus sanguinis recte tribuitur, quum mediocris sit ornatior, quam tenuis; tenuis acutior et subtilior, quam

---

et ornatu carent, quales erant falsi imitatores Atticorum, hi *aridi, exsucci* et *exsangues* audiunt, ut apud Quintilianum 12, 10, 14. Conf. Schirach. ad Orat. c. 22. p. 85 sq. Auctor dialogi de Oratt. c. 21. postquam durum et siccum esse Asinium Pollionem oratorem esse dixit, haec addit: *Oratio autem, sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent venae nec ossa numerantur, sed temperatus ac bonus sanguis implet membra et exsurgit toris ipsosque nervos rubore tegit et decore commendat.*

mediocris? Etenim *nervi* duplici sensu usurpantur. Nam res cogitandae sunt, ubi rhetores de nervis loquuntur, et aperte dicit Quintil. 8. prooem. 18. *rerum, qui nervi sunt in causis.* Cum ille rhetor dicere vult, ante omnia opus esse rebus probis, (gute Gedanken), deinde verbis, sic loquitur ibidem §. 19. *Corpora sana et integri sanguinis et exercitatione firmata ex iisdem his speciem accipiunt, ex quibus vires: namque et colorata et astricta et lacertis expressa sunt, sed eadem si quis vulsa atque fucata muliebriter comat, foedissima sunt ipso formae labore.* Et 8, 3, 6. *Sed hic ornatus — virilis et fortis et sanctus sit: nec effeminatam levitatem, et fuco ementitum colorem amet, sanguine et viribus niteat.* Cum dicere vult, nimis elaborata oratione prodi defectum rerum, ita loquitur 8. prooem. 20. *Et cultus concessus atque magnificus addit hominibus, ut Graeco versu testatum est, auctoritatem: at muliebris et luxuriosus non corpus exornat, sed detegit mentem. Similiter illa translucida et versicolor quorundam elocutio res ipsas effeminat, quae illo verborum habitu vestiuntur. Curam ego verborum, rerum volo esse sollicitudinem.* At aliud nervis significatur, ubi orator mediocris cum oratore gravi comparatur: tum enim nervis indicatur vis permovendi animos, quam vim hic scriptor etiam *aculeos* dicere solet, ut in Bruto 9, 38. de Demetrio Phalereo: *Hic primus inflexit orationem et eam mollem teneramque reddidit: et suavis, sicut fuit, videri maluit, quam gravis, sed suavitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret: tantum ut memoriam concinnitatis suae, non, quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis, cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, a quibus esset auditus.* Atque etiam hoc nomine minus nervorum habet temperatus, quam gravis. Ergo temperatus recte dicitur nervorum vel minime habere. Propter eandem causam paulo inferius temperato conceditur quidam usus locorum communium, sed *sine contentione* h. e. ita, ut in utendis illis non acer fiat, non permoveat animos, neque ipse vehementius commoveatur. Quid enim? Mediocris orator proficiscitur ex scholis philosophorum, quorum oratio tota nervis et aculeis carere supra 19, 64. dicitur, vel ex disciplina sophistarum, de qua idem dicitur ibidem §. 65. Itaque non aliud legimus de principe moderatorum illo, Demetrio Phalereo, in Brut. c. 9, 37.: *Phalereus enim successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus, quam palaestra. Itaque delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. Processerat enim in solem et pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis.*

III. Iam videndum est, quid valeat tertium, quod Schutzius protulit, vocem *suavitatis* tam exiguo intervallo iterari. Pridem Huschkius ad Tibull. Eleg. 1, 1, 5. observavit, multitudinem locorum innumeram esse mutandam, si mutare velimus, ubicunque vocum parvis intervallis repetitio fiat. Id quidem Bentleius multis locis Horatii conatus est, et aeque multis Ciceronis Schutzius. Horum nonnulla afferam, pleraque ex Oratore sumta. De repetitione in hoc ipso capite reperta paulo superius dixi; alias indicabo in cap. 39. et 40. Porro c. 1. et 2. §. 5. minimo intervallo triplex repetitio fit verbis *deterruit* — et bis posito *deterriti*. Dein c. 6, 20. pariter vocem *gravitate* excipit adiectivum *gravis*. Adde c. 15, 47. 48., ubi sic deinceps sequitur *expendet*. Cap. 19, 65. repetitionem facit *apertius*. Constituit sibi in hoc Schutzius, ut his locis omnibus repetitiones mutationibus tollere vellet: at multitudo locorum dubitationem movet de veritate mutationum. Nec tamen omnia mutavit. Quidni hoc loco, in quo occupamur, sustulit alterum *submissius*, quod breviori etiam spatio redit, quam vox *suavitatis*?[42] Legimus apud Ciceronem de Orat. 3, 48, 186. *Quodsi continuatio verborum haec soluta multo est aptior atque iucundior, si est articulis membrisque distincta, quam si continuata ac producta* etc. Hic quoque Schutzius p. 316. mutare volebat. Adde ibidem 1, 19, 86. *rhetorici illi doctores* et proxima §. *rhetorici isti doctores*. Hoc quoque mutavit non probante Paldamo de repetitione vocum in sermone Gr. et Lat. (Gryphisw. 1836. 4.) p. 3., ubi pro consilio auctoris plura similia, etiam ex Cicerone, afferuntur. Verum redeamus ad Oratorem enumeraturi deinceps reliqua: Cap. 28, 97. est *admiratae gentes*, et statim post: *quam admirarentur*. Quin totarum sententiarum repetitiones fiunt, velut c. 37, 125. *sic ut verbum nullum, nisi aut grave aut elegans, excidat*, et paene eadem verba leguntur c. 39, 134. *ut verbum ex ore nullum, nisi aut elegans aut grave, exeat.* Adde c. 54, 181. *quasi quaedam forma et lumen orationis appareat*, et paucis verbis post: *quae dicuntur orationis quasi formae et lumina*, quae etiam Orellio intolerabilis repetitio visa est, sed illi hoc unum displicuit, alia vel magis insignia non item. Deinde c. 57, 196. est *permista et temperata numeris*, post quae deinceps haec: *sed reliquis etiam numeris — temperata.* Hic Schutzius prius *temperata* mutavit in *implicata* et Orellius:

---

42) In ed. maiori alteri *submissius* substituerat *remissius*, de qua coniectura sic Burchardi iudicavit: „Mox nihil attinuit inferre *remissius*, quum vel §. 90. plane eodem sensu legatur: *summissi oratoris* aliisque in locis.“

„Offendimus sane, ait, in proxima repetitione vocis *temperata*.“ Quam vero saepe etiam alibi offendas in talibus! Denique verba c. 60. 203. *si, quo loco: in tota continuatione verborum* non aliud continent, nisi quae praecedunt paulo ante: *si locis: in omni parte verborum*, quae verba ideo Meyerus seclusit. Nec idoneam causam video esse, cur c. 70, 233. verba *ordine — commutato*, statim post repetita, deleantur invitis libris omnibus et scc. et edd. Nisi talia etiam in aliis libris huius scriptoris invenirentur, tribuat ea aliquis provectae auctoris aetati, quum praesertim perscripta non recognovisse videatur, quo ducunt ea, quae c. 9, 29. diximus de nomine Eupolidis per errorem sive memoriae sive festinationis in locum Aristophanis illato. Certe qui Topica navigans scriberet, eum confido etiam de his rebus, tam saepe tractatis et toto corde atque tota mente conceptis, et celeriter et bene tamen scribere potuisse, quamquam non sine repetitionum incuria. Restat, ut dicam de coniectura G. Beierì et Billerbeckii, legentium *plurimumque est in hac orationis forma sanitatis*. Quam paucis refellere licet: quippe sanitas i. e. sapientia virtus est omni orationi necessaria, quae, si in ullo, in eo genere extat maxime et eminet, quod ab omni paene ornatu destitutum hac ipsa virtute defectum ornamentorum quodammodo compensat. Id est autem genus tenue sive subtile, non mediocre.

enucleatum. Sic appellat tenuem oratorem propter ea, quae supra c. 9, 28. scripsit.

ornatum copiosumque. Vid. 6, 20.

omnia [fere] dicendi ornamenta. Schutzius suspicatur, excidisse *fere*. Recte, opinor. Nam c. 6, 21: ea verba sunt, quibus veritas huius coniecturae quam maxime comprobatur: *aut addit aliquos* (orator medius), *ut in corona, toros, omnemque orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque distinguit*. Quibus adde infra c. 27, 95. *in idem genus orationis — verborum cadunt lumina omnia, multa etiam sententiarum*. Quod autem C. Beierus huius suspicionis elevandae causa provocat ad c. 27, 96., ea verba pertinent ad genus quoddam mediocris orationis peculiare, quod fluxit e scholis sophistarum, non ad universam temperatae orationis formam. Nihil efficitur verbis Iulii Victoris p. 108. *Medio autem generi dicendi omnia ornamenta conveniunt, plurimum suavitatis, multum sententiarum*, quia verba Ciceronis plerumque immutata et in brevius contracta reddere solet.

§. 92. *Phalereus Demetrius*. Hunc respicit Quintil. 10, 1, 80. De hoc oratore agit Ruhnk. hist. crit. oratt. Gr. p. XLI.

citius oratio — labitur. Vulgo *loquitur.* Correxit L. Purgoldus Obss. crit. in Sophoclem, Euripidem, Anthol. Gr. et Ciceronem, Ienae 1802. 8., probante C. Beiero ad Cic. Offic. Vol. 1. p. 274. Vulgatam *loquitur* defendit Walch. Emendatt. Livian. p. 204., quasi *προσωποποιία* sit; defendit etiam „Wagner, qui abstractum pro concreto positum observat in Seebodii Archiv 1. Jahrg. 3. Heft p. 434. Conf. Astii in Platonis Politiae 1, 4. Commentar. p. 394. item de legg. 1. p. 644. A. *ἀφορισάμενος ὁ λόγος οὗτος — βούλοιτ' ἂν — προσαγορεύειν.*" Bei. Haec toto coelo distant: nam apud Platonem ὁ λόγος dictum est pro ὁ λέγων, ut nos dicimus: diese Rede, diese Meinung, diese Stimme spricht sich bestimmt aus; hic autem *oratio* est pro orationis forma, Stil, Ausdrucksweise. Quis ergo dicet: des Demetrius Stil redet gelassen und ruhig? Hoc est, quasi dicas: *panis edit.* Itaque *oratio loquitur* latine dici recte mihi videtur negare Goerenz. ad Cic. Fin. B. et M. 2, 9, 26. p. 159. et ad Acad. 2, 15, 47. p. 89ª., quocum consentiunt Schutz., qui recepit coniecturam, Frotsch. et Or. ed. 2. Stabilitur illa iis, quae supra c. 6, 21. de oratore hoc ipso mediocri sunt: *Isque uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit, nihil afferens praeter facilitatem et aequabilitatem.*

quasi stellae. Nihil huc pertinet locus de Orat. 3, 45., quem citavit Meyerus.

Translata verba. Metaphern und Allegorieen.

immutata. Metonymieen.

Translata ea dico. De tropis adi Matth. Theorie des lat. Stils p. 37. 38. et G. Hermann. in Opuscc. Vol. 1. p. 97 sqq., qui suam quandam et novam viam ingressus est in tropis et definiendis et describendis. Curtmanni de Figuris et Tropis rhetoricis in Iahnii Annal. philol. et paedagog. 14, 1. (1830) p. 94. 95 sq. haec verba sunt: Man versteht unter Tropus die völlige Umtauschung zweier ähnlicher Vorstellungen, so dass die eine an die grammatische Stelle der andern tritt. Idem p. 97.: Metonymie ist Vertauschung eines Begriffs mit einem andern nach Nähe oder Causalität verwandten mit Beibehaltung der grammatischen Geltung. Folglich ist die Metonymie ein Tropus. Idem p. 98.: Metapher ist derjenige Tropus, welcher mit Beibehaltung der grammatischen Stellung und Geltung zwei ähnliche Begriffe vertauscht. — Allegorie der Tropus, welcher eine ganze Gedankenreihe durch ähnliche sinnlichere Begriffe darstellt. Idem ibidem sub nr. 12.: Nicht jede Häufung von Metaphern bildet eine Allegorie, sondern ein bildlich dargestelltes Subject verbunden mit mehreren bildlichen Prädikaten. Sobald ein neues Subject eintritt, hört die Allegorie auf.

I. **Metonymiae** haec exempla ponit p. 102.:

a. Vertauschung von Ursache und Wirkung. Stolbergius:

Rudolph nahm die kalte (i. e. todte) Tochter
In den väterlichen Arm.

b. Urheber und Vollzieher. Schiller:

Und Rheims befrein und deinen König **krönen**.

c. Antecedens pro consequenti. Herder:

Ciaslaus, nimm den Kern des Heeres,
Und **zieh** tapfer wider die Kroaten.

d. Werkzeug und Wirkender. Herder:

Nie verlässt euch meine **Feder**,
Wie mein **Degen** und mein Herz.

e. Product und Producent. Goethe: Ich trinke meinen Kaffee da und lese meinen **Homer**.

f. Abstractum pro Concreto. Haller:

Hier herrscht kein Unterschied, den schlauer **Stolz** erfunden,
Der **Tugend** unterthan und **Laster** edel macht.

g. Werkzeug statt Gebrauchs des Werkzeuges; Concretum pro Abstracto. Engel: die **Zunge** und der **Griffel** machten endlich den Menschen zu dem, was er werden sollte.

Horat. Carm. 2, 15, 6.

myrtus et omnis copia **narium**

pro *odorum*. Aelian. V. H. 3, 1. καὶ ἔστιν ὀφθαλμῶν πανήγυρις, (Augen für Augenweide).

h. Materie und Gebilde. Schiller:

Jenem Gotte, den sein **Marmor** preis't,
Konnte einst der hohe Bildner gleichen.

i. Ort und darauf befindliche Gegenstände. Schiller:

Es hasst die **Kirche**, die mich auferzog,
Der Sinne Reiz.

k. Zeit für Begebenheiten und Personen. v. c. Geschichte des **Mittelalters**.

l. Zeichen für die Sache: sie traten unter die **Fahnen**.

II. **Metaphorae** hoc exemplum ponit p. 107. ex Matthisonii lyricis:

Schweigend in der Abenddämmrung **Schleier**
Ruht die Flur; das Lied der Haine **stirbt**.

Novalis:

Ein **Feuer**-Eifer **tobt** im Heere.

III. Allegoriae hoc sub nr. 12. Schilleri:

Durch die Strassen der Städte,
Vom Jammer gefolget,
Schreitet das Unglück —
Lauernd umschleicht es
Die Häuser der Menschen,
Heute an dieser
Pforte pocht es,
Morgen an jener etc. 44)

---

44) Sive ex Fr. Lindemanni versione:

Ἀν᾽ ἀγυιὰς πόλεως,
ἐφομαρτουσῶν στοναχῶν,
Ἄτα ἕρπει,
λάθρως ἐπιβουλεύουσα δόμοις
θνατῶν περιέρπει,
τάχα σάμερον ἄλλαν ἐπαράσσουσα θύραν,
τάχ᾽ αὔριον ἄλλαν,
οὔπω φεισαμένα του.

Τὸ δ᾽ ἄπευκτον, πικρὸν
ἔπος ἤνεγκ᾽ ἀγγελίας
σιγᾷ κρυφθὲν
κώλοις βραδυβάμων ἄλλοτε μὲν
κώφοις, τότε δ᾽ αὖ σὺν
πόσιν ὠκέσιν οὐδοῖς ἐπιθρώσκουσα θυρῶν
ἐπήλυθ᾽ ἑκάστοις,
οἷς ζωός τις ἐνοικεῖ.

Ἀνίκα μὲν φυλλοκόμων γέρας
πιτνεῖ δένδρων,
περιτελλομένοις ἔτεσιν,
χορός τε μαραινομένων γερόντων
φοιτᾷ ἐς Ὄρκον·
τότε πείθεται ἁ φύσις ἠρέμα
ἀρχαίοις τρόποις ἀϊδίων νόμων,
ἐξ ὧν οὔτι βροτοῖς ἔπλετο δεινόν.

Ἀλλὰ καὶ αὖτις τὸ πελώριον
προθεσπίζειν
μάθ᾽ ἐν ἁμερίῳ βιότῳ!
μιαιφόνῳ ἐν χερί τοι βιαίως
Ἄρης ἔλυσεν
τόγε σεμνότατον φιλίας ζυγόν.
εἷς γὰρ τὰ σκάφη Στύγι᾽ ἀγινέει
καὶ ψυχῶν νεαρῶν ἄνθος ὁ Ἅιδης.

Ὁπότ᾽ οὐρανὸν οὖν πυργωθεῖσαι
νεφέλαι κρύπτουσι, μυκᾷ τε βαρεῖ
δούπῳ βροντή· τότε δ᾽ αἰσθάνεται
πᾶσα ψυχὴ ὑποτασσομένη
Ἄτῃ δεινῇ· τὸ δὲ κἀξ αἰθρᾶς
εὐημερίας ποτὲ τοῦ σκηπτοῦ
πῦρ ἀκάματον δύναται πίπτειν.

Notissimum est exemplum praeclarae allegoriae apud Horatium Carm. 1, 14.

o navis, referent in mare te novi
fluctus? etc.

vid. Quintil. 8, 6, 44.

ab alia re. Dr. Mon. Regii *ad aliam rem.* „Recte, puto; conf. de Orat. 3, 42.“ Or. 1. Imo 3, 41, 167. *sumta re simili verba eius rei propria deinceps in rem aliam transferuntur.* At ibi propter praecedentia *in* non minus necessarium est, quam praesenti loco *ab alia re* propter sequentia: *inopiae causa.* Quapropter 24, 80. *tralatum* explicatur per epexegesin *et sumtum aliunde, ut mutuo.* Bei. Ex codicibus Regii etc. aliquis suspicetur, Ciceronem scripsisse: *ab alia re ad aliam rem.* Ceterum *ab alia re* dixit nunc pro *aliunde* 24, 80.

aut inopiae causa. aus Armuth der Sprache, quia nulla propria rei significatio suppetit.

Immutata, in quibus pro verbo. Ita vulgatam *mutata* correxit Schutz. probante Goerenzio ad Cic. Fin. B. et M. 5, 29, 88. p. 642[b]., cuius bini, ut ait, scripti *imitata* et vulgatam *mutata* exhibent! Tametsi correctio videri possit non necessaria esse, quia Quintil. 9, 3, 92., (ubi vid. Spalding. Vol. 3. p. 515.), *mutatio* habet pro ὑπαλλαγή. Contra haec reputandum est, Ciceronem de Orat. 3, 54, 207., unde Quintilianus l. c. sua sumsit, habere *immutatio*, non *mutatio*, illudque sine ulla scripturae varietate apud Orellium quidem. Et Quintilianum constat in reddendis scriptorum verbis paulo liberiorem esse, ut qui multa memoriter adscripsisse putandus sit. His adde de Orat. 3, 43, 169. „Mallem retinuisses lectionem *immutata*, ut quae firmaretur etiam duobus mss. codd., quibus utebatur Goerenzius, quem vide ad 5. de Fin. 29, 88. p. 642. de hoc verbo disputantem. Quintiliani loco, quem affers, parum iuvamur.“ Frotsch. epist. ad Meyerum p. XV.

pro verbo proprio [proprium] subiicitur. Schutz. addidit *proprium* ex Cic. de Orat. 3, 42, 167. *sed ornandi causa proprium proprio commutatum.* Dr. Gu. 3. Vet. omittunt *proprio.* „In vocibus *subiicitur aliud* iam latet *proprium*, quod Schutzius

---

κότον οὖν σύ γ' ἐν ἤμασιν εὐήλοις
δεδιὼς Ἄτης λάθρ' ἐφερπούσης
πινυτῷ γε νόῳ μὴ θηράσῃς
ἀγάθ', ὅσσα βίῳ δώσει στεφάνων
εἴδωλ', ὄναρ ὣς ἀφανιζομένων!
μέμνησ' ἀπολέσσων ὅστις ἔχεις!
χαίρων ἀγαθοῖς
μοχθηρὰ φέρειν προδιδάσκου!

O*

post *proprio* iteravit." Bei. Schutzii coniecturam recte refutarat iam Burchardi. Or.

ex re — consequenti. Hergenommen von dem, was mit dem eigentlichen Begriff in irgend einer Verbindung steht.

§. 93. *arce et urbe orba sum.* Sic est apud Cic. Tusc. Dispp. 3, 19, 44., unde apparet haec verba Andromachae fuisse. E. Spangenbergius retulit in Ennii Annales 4, 27. p. 69. scribens ex codd. Palatinis *ardent urbem orbam* sc. Galli, quem errorem secuti sunt Grut. Schirach. Burchard. conf. G. Hermann. doctr. metr. p. 205. Translatio (metaphora) est in *orba;* metrum est creticum:

árce et urbe órba sum.

Arcem et urbem orbas Eins. Vit. Dr. Ven. 1. 2. Iunt. Aldd. et in universum omnes edd. praeter Lambin. et Schutz. *arcent urbem orbam* Vet. *quod dixit eramus arcent urbem orbam* Gu. 3. *ardent urbem orbam* Palatt. 2. primi, Schirach. Grut. *arcem et urbem orbam* Mon. *arce et urbe orbam* Or. 1. De coniectura Gruteri, Schirachii, Burchardii iam dixi „Orellius 1. haec tum transponendo, tum corrigendo coniungere voluit cum superioribus sic: *dixit Ennius arce et urbe orbam, pro patria arcem dicens: et alio modo horridam* etc. At vero in priore exemplo non *arcis*, sed *orbae* vocabulum tralatum est." Bei. *Et* ante *alio modo* errore illatum est. Cum Lambino Schutzius, Meyerus, Reizius scripserunt: *dixit Ennius arce et urbe orba sum: alio modo, si pro patria arcem et urbem dixisset* etc., nisi quod Schutzius Ernestii lectionem retinuit: *alio modo, si pro patria arcem dixisset.*

[*Si pro patria — dixisset; et*] Omittunt *si* Dr. Mon. *si pro patria arcem et urbem dixisset* Lamb. Reiz. *si propriam arcem dixisset* Vit. *si pro patria arceret dixisset* Vet. *si patriam ardere dixisset* Palatt. duo, Grut. Schirach. *si pro patria arcem dixisset* Ceteri, etiam Eins. „Hoc intelligi non potest." Ern., qui Palatinorum et Gruteri scripturam probat. „Nemo dum vidit, verba sic transponenda esse: *quum dixit Ennius arce et urbe orbam, pro patria arcem dicens: et alio modo horridam Africam* etc." Or. 1., qui in ed. 2. edidit: *quum dixit Ennius, arce et urbe orba sum: alio modo, pro patria arcem dixit; et horridam Africam* etc. — Atqui Ennium non aliter credi potest, quam pro patria arcem et urbem dixisse: quare hoc mirum est in his verbis, quod legitur: *si — dixisset*, et non: *si — dixit.* Ac quum duo exempla sufficerent, alterum metaphorae *(orba);* alterum metonymiae *(Africa* pro *Afris)*, omisso exemplo item metonymiae *(arcem et urbem* pro patria) suspicio

mihi exorta est auctorem scripsisse: *alio modo*, *horridam Africam — cum dicit*, *pro Afris immutate Africam*. Ubi *dicit* scripsi etiam in antecedentibus: *transtulit cum dicit Ennius*; sed ibi ex solo Vit. Nam ceteri *dixit*, minus concinne. Secundo loco *dicit* habent omnes.

horridam Africam — tumultu. E. Spangenb. haec verba in fragmm. Annal. 7, 64. p. 101. sic edidit:

Africa terribili tremit horrida terra tumultu

ex Epistt. Famil. 9, 7. Vol. 4. p. 352. et de Orat. 3, 42, 167. ex Calpurnio Pisone ms. libr. 1. et Festo s. v. Metonymia. p. 170. Lind.

immutate. vulgo *immutat*, quod Beier. explicat: immutando ponit. At liber ms. apud Gruterum *immutate*. Duo alii Palatt. teste Spangenbergio p. 69. *commutat*.

ὑπαλλαγήν. Quintil. 8, 6, 23.

quasi summutantur. Cur auctor *quasi* addiderit, dixi in adn. ad c. 47, 158.

§. 94. *Aristoteles*. Frustra quaesitum est, ubi haec Aristoteles protulerit: apud eum enim in scriptis superstitibus nihil ad doctrinam troporum et figurarum pertinens invenitur; apud Theodectem certe, familiarem eius, figurarum expositio non defuisse videtur Maerckero de Theodect. p. 70. (in loco ex Tzetza) et p. 83. Verumenimvero Stagirites praeter Artem Rhetoricam, quae extat, alia rhetorica conscripserat. Quanquam Rhetorica ad Alexandrum, quae sub nomine eius feruntur, non ipsius sunt, sed, ut vulgo nunc accipitur, Anaximenis. Hic ea scripsisse dicitur intra Ol. 110, 1. (340) et Ol. 112, 3. (330), et quidem ante quam magna Rhetorica Aristotelis, quae extant, emissa sunt, v. Maerck. l. c. p. 36. adn. 10. p. 49. adn. 2. De Anaximene adi Ruhnk. hist. crit. oratt. Gr. p. LXXXVI. Interea iam in antiquitate erant, qui putarent, Rhetorica ad Alexandrum excerpta esse ex Theodecteis; quanquam ea opinio videtur coepisse obtinere demum post Quintilianum. Epistola his Rhetoricis praemissa communi fere omnium virorum doctorum opinione spuria est, et videtur ad aliud opus vere Aristotelicum pertinuisse, v. Maerck. l. c. p. 49 sq. Ante magna Rhetorica, quae demum post Ol. 110, 3. (338) conscripsit, (v. Maerck. l. c. p. 34. adn. 1.) alia Aristoteles conscripserat, in quibus mentio translationum facta esse poterat. In his erat Gryllus, sophistes, et quae Aristoteles ad Theodectea, de quibus paulo inferius dicetur, contribuerat. Vid. Maerck. l. c. p. 21. adn. 18. Ante omnia hic nominanda est *τεχνῶν συναγωγή*, in qua verisimillimum est fuisse id, quod de translationibus praeceperat. Cicero non uno loco hoc opus memorat: hoc ipsum significat de Invent.

2, 2, 5. 6. de Orat. 2, 38, 160. coll. 36, 152. Brut. c. 12, 46. v. Maerck. l. c. p. 35. adn. 3. p. 44. adn. 8. 10. Praeter hoc opus tamen Ciceroni etiam Rhetorica Theodectis (τὰ Θεοδέκτεια) cognita erant, ad quae ipsa Maerck. l. c. p. 44. adn. 11. refert hos locos Ciceronis: Orat. 51, 172. 57, 194. 64, 218. coll. de Inv. 2, 2, 8. Theodectea Quintil. 2, 15, 10. dubitat utrum Theodectis, an Aristotelis fuerint, v. Maerck. l. c. p. 48. 49. Etiamnunc vera ratio eius operis incerta est, neque inter se literatores consentiunt. Vid. Maerck. §. 23. p. 49—51. Nec tamen improbabile, quod hic vir doctus statuit: fuisse Theodectea opus Theodectis Phaselitae, duobus libris comprehensa, et eis Aristotelem isagogen praemisisse. „Hic liber (εἰσαγωγὴ Aristotelis) modo separatus, modo (et hoc quidem saepius) coniunctus cum Theodecteis scriptis circumferebatur, unde factum est, ut veteres scriptores utrumque communi Theodecteorum nomine complecterentur, et totum opus modo Aristoteli, modo Theodecti tribuerent.“ Maerck. l. c. p. 51. init. Hoc ut fieret, utque totum ipsius esse putaretur, Aristoteles ipse per A. Rhet. 3, 9. §. 9. in causa fuit, ut a Maerckero ibidem adn. 7. adiectum est.

et haec ipsa. Metaphoram et metonymiam, ut hoc schema troporum Aristoteleum fuisse appareat ex ante dictis et sequentibus:

μεταφοραί

μετωνυμία — μεταφορά et ἀλληγορία — κατάχρησις.

abusionem. Haec quomodo differat a metaphora et metonymia, non ita facile est ad explicandum. Scriptor ad Herenn. 4, 33, 45. p. 104. Tauchn. *Abusio est, quae verbo simili et propinquo pro certo et proprio abutitur, hoc modo: vires hominis breves sunt, aut parva statura, aut longum in homine consilium, aut oratio magna, aut uti pauco sermone. Nam hic facile est intellectu, finitima verba rerum dissimilium ratione abusionis esse traducta.* Cic. de orat. 3, 43, 169. *Abutimur saepe etiam verbo non tam eleganter quam in transferendo,* (i. e. nicht so geschmackvoll, als in der Metapher und Metonymie, de quibus in proximis egerat), *sed etiamsi licentius, tamen interdum non impudenter; ut quum grandem orationem pro longa, minutum animum pro parvo dicimus. Verum illa videtisne esse non verbi, sed orationis, quae ex pluribus, ut exposui,* (c. 42, 167. coll. 37, 148.) *translationibus connexa sunt? haec autem, quae aut immutata esse dixi, aut aliter intelligenda, ac dicerentur, sunt translata quodam modo* i. e. mit einem rhe-

torischen Effect. Quintil. 8, 6, 32. *Deinde tanquam consummata sint omnia, nihil generare audemus ipsi, cum multa quotidie ab antiquis ficta moriantur. Vix illa, quae παραγόμενα vocant, quae ex vocibus in usum receptis quocunque modo declinantur, nobis permittimus, qualia sunt sullaturit, et proscripturit; atque laureati postes, pro illo, lauro coronati, ex eadem fictione sunt. Sed hoc feliciter, evaluit: at contra vio pro eo, infelicius. In Graecis obelisco, coludumo etc. dure etiam iungere vetamur, qui toleranter videre septentriones videmur*[45]. *Eo magis necessaria κατάχρησις, quam recte dicimus abusionem, quae non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est: sic*

— — Equum divina Palladis arte
Aedificant:

et apud Tragicos, Et iam leo pariet, at pater est. Mille sunt haec, et acetabula, quidquid habet; et pyxides, cuiuscunque materiae sunt; et parricida, matris quoque aut fratris interfector. Discernendumque est hoc totum a translatione genus, quia abusio est, ubi nomen defuit: translatio, ubi aliud fuit. Nam poetae solent abusive etiam in his rebus, quibus nomina sua sunt, vicinis potius uti; quod rarum in prosa est. Illa quoque quidam καταχρήσεις volunt esse, cum pro temeritate virtus, aut pro luxuria liberalitas dicitur. A quibus haec quidem dissonantia sunt, quod in his non verbum pro verbo ponitur, sed res pro re. Neque enim putat quisquam luxuriam et liberalitatem idem significare: verum id, quod sit, alius luxuriam esse dicit, alius liberalitatem: quamvis neutri dubium sit haec esse diversa. Qui loci si inter se comparentur, apparet, veteres *κατάχρησιν* intellexisse inprimis duo genera abusionis vocabulorum, qua aut vocabula permutantur communis quidem notionis primariae, in quorum tamen altero ad notionem primariam accedat notio fortuita, non necessaria, velut cum pyxis dicebatur pro arcula mundum muliebrem continente, sive ea argentea, sive aurea, sive vere pyxea esset. Primaria eademque necessaria notio est receptaculum mundi muliebris: quod in pyxide ad hanc notionem accedit notio pyxeae materiae, id fortuitum est et non necessarium. Aut verba synonyma permutantur; ea autem cum Eberhardo (Lehre von der Sinnverwandtschaft der Ausdrücke Vol. 1. der allgem. teutschen Synonymik p. XVIII.) intelligo huiusmodi vocabula, quorum significationes una communi notione primaria inter se similes tamen quibusdam notionibus accedentibus, quae non sine diligentiori enucleatione evolvi pos-

---

[45]) vide de h. l. adnotationem ad Demetr. de Elocut. §. 171. p. 134.

sunt, inter se differunt. Accedit tertium genus abusionis, quum speciosa vocabula ponuntur pro indecoris. Haec permutatio vocabulorum per abusionem, si consilium loquentium spectes, fit partim *inopiae causa*, sive *si opus est*, ut in genere, quod primum posui; partim *quod delectat*, sive *suavitatis causa;* partim, ut dixi, *quod decet.* Quintilianus tantum primum horum, quod inopiae causa conceditur, agnoscere videtur, et eius exempla ponit 8, 2, 5. *Non tamen quidquid non erit proprium, protinus et improprii vitio laborabit: quia primum omnium multa sunt et Graece et Latine non denominata. Nam et qui iaculum emittit, iaculari dicitur; qui pilum aut sudem, appellatione privatim sibi assignata caret: et ut, lapidare quid sit, manifestum est, ita glebarum testarumque iactus non habet nomen. Unde abusio, quae κατάχρησις dicitur, necessaria.* Et praecipue 8, 6, 34. 35. loco paulo superius adscripto. Memorabile exemplum primi generis extat apud Thucydidem 3, 6. extr. *τὸ δὲ περὶ τὰ στρατόπεδα οὐ πολὺ κατεῖχον οἱ Ἀθηναῖοι, ναύσταθμον δὲ μᾶλλον ἦν αὐτοῖς πλοίων καὶ ἀγορᾶς ἡ Μαλέα*, ubi ex *ναύσταθμον* ad *ἀγορᾶς* tantum notio loci alicui rei destinati repetenda est, quum notio loci navibus destinati, quae est propria vis vocis *ναύσταθμον*, apta sit tantum voci *πλοίων*. Alterum genus, quod delectat, Quintilianus modo poetis concedit; Cicero autem et scriptor ad Herennium usum eius non intra poesin coercent. Alterius generis exemplum statim in proxima hinc adnotatione se offert. Tertii generis, quod decet, exemplum extat apud scriptorem ad Herennium 4, 34, 45. p. 104. Tauchn. *Cuius mater quotidianis nuptiis delectatur.*

quum minutum — pro parvo. Parvum significat id, quod natura parvum; minutum id, quod a manu et arte parvum est. Abusio delectandi causa cum fit, plerumque non sine quadam quasi inversione sive ironia fit, ut etiam Doederl. lat. Synonym. Vol. 5, p. 28 sq. adnotavit. Velut cum legimus apud Cicer. Brut. 73, 256. *orator praestat minutis imperatoribus*, quae Doederl. convertit; Feldherrn von kleinem Kaliber, sive im verjüngten Massstab. Nonnulla tamen synonyma permutari videntur non studio delectationis, sed quia usus loquendi, minus diligens in illis discernendis, abusionem invexerat, ut cum *parva statura* pro *brevi*, vel contra *vires breves* pro *parvis* dicebatur.

verbis propinquis, Sinnverwandte Wörter mit einerlei Hauptbegriff, aber zufälligem, unwesentlichem Nebenbegriff, ut dixi. „Ut, cum Virgilius dixit *equum aedificant*, pro *fabricantur*, quae sunt propinqua verba, quia ex eodem opificio sunt. Iuvenalis: *aedificare caput*, pro *exstruere* ornando, comendo.“ Ern.

vel quod decet. Ut cum verbo humili et sordido substituitur aliud honestum. Id. *quod decet* Steph. Lamb. Sch. Ern. Or. Conf. Quintil. 8, 6, 6. *Id facimus, aut quia necesse est, aut quia significantius est, aut, ut dixi, quia decentius.* Fortunatianus A. Rh. 3. p. 7. (ed. Paris. 1599.) *Translatione verborum quot ex causis utimur? quatuor. Quibus? necessitatis, decoris, brevitatis, intentionis.* At *quod licet* Eins. Vit. Dr. Monac. Ven. 1. 2. Med. Aldd. Tul. Vict. Man. Mev.

Iam cum fluxerunt. Schirach. *iam cum confluxerunt.* Palatt. 2. Gu. 3. Gryph. *iam confluxerunt.*

Itaque genus hoc — genere. Schutzius legi vult: *Itaque hanc Graeci appellant,* improbante Goerenzio ad Cic. Fin. B. et M. 2, 11, 33. p. 171., qui „glossam," ait, hanc correctionem dixeris." Dixi iam de hoc loco in adn. ad Orat. 12, 42. Sensus est: cum metaphorae continuatio fit, tota oratione *aliud dicitur,* quam verbis proprio sensu acceptis. Hinc hoc genus Graeci ἀλληγορίαν (ab ἄλλο et ἀγορεύειν) dixerunt. Hinc etiam ὑπόνοια appellata est, quia aliquid *subintelligitur,* quod verba propria non habent. Cuius rei exemplum proponi potest Horatii allegoria navis, quam rempublicam intelligi vult. Poeta de navi loquitur; audientes rempublicam subintelligunt, ὑπονοοῦσιν. Nomen, pergit scriptor, rectum est; nam apte significat naturam allegoriae; genus fortasse illi melius definiunt, qui omnia haec (metonymias, metaphoras, allegorias, abusiones) uni generi translationis subiiciunt.

ἀλληγορίαν. Quam *suspicionem* dicit scriptor ad Herenn. 1, 6, 10. *inversione, ambiguo, suspicione* etc. Antiquiores inter Graecos dicebant ὑπόνοιαν; vid. interpp. ad Demetr. de Elocut. §. 100. 243. Fischer. praef. ad eundem p. VII. sq. Walz. praef. ad rhett. gr. Vol. 9. p. VI. Interpp. ad Thucyd. 2, 41. Ern. Lexic. technol. rhett. gr. p. 12 sq. p. 367.

§. 95. *latae.* Hoc est, fusa et tracta oratione, non acutulis et angustis conclusionibus elatae. Vid. quos Spalding. ad Quintil. 5, 14, 33. in notis crit. citavit, et Buttmannum ad eundem 12, 10, 23. *Laetae* Guilielm. et Iul. Vict. p. 108. *Medio autem generi dicendi omnia ornamenta conveniunt, plurimum suavitatis, multum sententiarum, laetae eruditaeque disputationes et communes loci sine contentione dicentur. Latus* et *laetus* perpetuo confundi videas, velut statim apud Quintilianum ll. cc.; hic autem nihil cogitari potest ineptius, quam *laetae.*

explicabuntur — dicentur. Sic Gu. 3. (*dicentur* etiam Iul. Vict.), probante Heusingero: „Est enim praecipientis. Vulgo *explicantur — dicuntur.*" Schutz. Improbat emenda-

tionem Goerenz. ad Cic. Acad. 1, 2, 6. p. 11*. coll. Orat. 28, 99., idemque probat ad Cic. Fin. B. et M. p. 487*. *Inducuntur* pro *dicuntur* volebat Lamb. propter locos de Inv. 2, 15. §. 48. *pars locorum communium — inducitur* et §. 49. *raro inducendis locis communibus.*

sine contentione. Hoc est, sine acrimonia, ita ut πάθος nullum exhibeat. Contentiones etiam loci dicuntur, ubi oratores acres fieri solebant, ut argumentationes, refutationes etc. Hinc Quintil. 9, 2, 96. *ideoque id* (genus schematis) *Cicero non putat esse positum in contentione.* Ex adverso ponitur *sermo*, *oratio* apud Cic. de Orat. 3, 53, 203. *dissimulatio, quae est periucunda, quum in oratione non contentione, sed sermone tractatur.*

In proximis temperatum genus a duobus generibus oratorum excultum esse dicit, quorum alterum ex scholis philosophorum, alterum sophistarum prodierit. Inter quos quamquam alia communia sint, (velut neutros acres esse, nec multum nervorum habere, neutros aculeos in animis audientium relinquere), tamen nonnihil interesse, quum sophistae non circumscripto ornatu figurarum gaudeant, apud oratores autem ex scholis philosophorum profectos usus earundem paulo verecundior et minus apertus reperiatur.

nisi coram erit. Wenn nicht jener stärkere Redner zur Hand sein wird, um aufzutreten.

ille fortior. Qui maximas vires habet, orator vehemens, amplissimus, gravis, grandis.

§. 96. *Est enim — genus.* Valde variant libri: *est enim quoddam insigne etiam.* Grat. Mey. *est enim quoddam et insigne.* Man. *est etiam quoddam insigne et florens pictum et expolitum orationis genus* Lamb. *est enim quoddam etiam* Eins. Vit. Ven. 2. Tul. Vict. Grut. Ern. *est quoddam etiam* omisso *enim* Ald. 1. *est enim etiam quoddam insigne* Ven. 1. Med. Omittit *etiam* Br. „Heusingero videbatur legendum: *Est autem quoddam etiam insigne et florens orationis pictae et expolitae genus,* in quo tamen *autem* minime placet. Nam particula *enim* rationem significat, cur antea dixerit: *e philosophorum scholis tales* Fere *evadunt, ac non* potius *tales* simpliciter.“ Schutz.

insigne et florens. auffallend durch den Gebrauch der Tropen.

pictum. künstlich gruppirt. v. adn. ad c. 12, 39. et conf. c. 19, 65.

expolitum. kunstvoll.

illigantur. Vox translata ab emblematis, de quibus v. infr. adn. ad c. 44, 149. et de verbo *illigare* adn. ad c. 64, 215.

lepores. Quod a λέπειν, schleifen, ducit Doederl. lat. Synon. Vol. 5. p. 217. Hic dictum est pro ornatu cum hac notionis accessione, ut placere quidem hic ornatus dicatur, nec tamen grandis et amplus videri velit.

Cap. XXVIII.

§. 97. *ornatum dicendi.* Omittit *dicendi* Ven. 2. „Erant qui omitterent *dicendi;* sed cur omiserint, videtur apparere ex iis, quae dixit Goerenz. ad Acad. 1, 4, 17. p. 29[a]." Frotsch. in epist. ad Meyerum p. XV. Quippe *ornatus dicendi* est dictum pro *orn. in dicendo.*

passae sunt. Sc. quadam quasi vi coactae: nam *primo propter insolentiam reclamabant*, ut ait de Inv. 1, 2, 2. Speciosior quam verior videtur unius Vit. lectio a Meyero recepta *falsae*, reiecta etiam a Billerbeckio. Eins. habet *passae*. Or.

quam admirarentur. Unde nomen generis admirabilis tulit. De hac admiratione fortissimi oratoris auctor saepissime loquitur, velut de Orat. 3, 10, 38. 14, 52. 53. *In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur? in quo exclamant? quem deum, ut ita dicam, inter homines putant? Qui distincte, qui explicate, qui abundanter, qui illuminate et rebus et verbis dicunt, et in ipsa oratione quasi quendam numerum versumque conficiunt: id est, quod dico, ornate* etc. De opt. gen. oratt. c. 4, 12. extr. *Quid? dubium est, utrum orationem nostram tolerabilem tantum, an etiam admirabilem esse cupiamus? non enim iam quaerimus, quid sit Attice, sed quid sit optime dicere.* Quintil. 11, 1, 93. *Simplicitas illa et velut securitas inaffectatae orationis mire tenues causas dicet, maioribus illud admirabile dicendi genus magis convenit. In utroque eminet Cicero: ex quibus alterum imperiti se posse consequi credent; neutrum, qui intelligunt.* Admirabilis ergo oratio ea est, quae paene ipsam formam perfectae eloquentiae explens audientes non solum docet et delectat, sed etiam vehementia abripit. Quintil. 8. prooem. 33. (verborum) *ea sunt maxime probabilia, quae sensum animi nostri optime promunt, atque in animis iudicum, quod volumus, efficiunt. Ea debent praestare sine dubio et admirabilem et iucundam orationem: verum admirabilem mon sic, quomodo prodigia miramur; et iucundam non deformi voluptate, sed cum laude ad dignitatem coniuncta.* Eam unam nomine eloquentiae dignam Cicero apud eundem 8, 3, 6. praedicat: *nam eloquentiam, quae admirationem non habet, nullam iudico.* Admirabilis autem dicta esse videtur maxime propter facilitatem tenuis oratoris, quam se nemo qui audit assequi posse diffidit. v. Quintil. 11, 1, 93. Apud scri-

ptorem Dialogi de opatt. c. 40. hoc admirabile genus audit *notabile.*

quam se assequi posse diffiderent. Haec verba et simul c. 29, 101. in mente fuisse puto Quintiliano scribenti 11, 1, 92. *Nam Cicero quodam loco scribit, id esse optimum, quod cum te facile credideris consequi imitatione, non possis. Alio vero, non id egisse, ut ita diceret, quomodo se quilibet posse confideret, sed quomodo nemo.*

perfringit. In quibusdam edd., ut in Tauchnitziana a. 1814, errore, ut videtur, typothetae est *effringit.* Sie bestürmt, quasi qui portam castelli perfringat. Cic. Brut. c. 9, 38. de Demetrio Phalereo: *suavis, sicut fuit, videri maluit, quam gravis: sed suavitate ea, quae perfunderet animos, non quae perfringeret* i. e. suavitate oratoris temperati, non vehementis et grandis.

insitas. Hoc est, inveteratas. Goerenz. ad Cic. Acad. 1, 12, 44. p. 69b.

§. 98. *si semel constiterit.* Wenn er sich einmal in der Meinung der Menschen festgesetzt hat. „Eleganter, pro si recte et e lege generis sui dicere coeperit. Ductum est ab histrionibus.“ Ern. Histriones stant, si placent; fabula stat, quae plausum fert. v. Heind. ad Horat. Satir. 1, 10, 17. „*Consistendi* verbum non tam ab histrionibus, quam e palaestra ductum est, ut Orat. 9, 30. or. pro Tullio §. 30.“ Bei. In eo loco orationis nihil est, quod ad vim huius verbi pertineat. „Recte idem verbum explicavit Schirach, ad c. 9, 30.“ Or.

suum illud. wenn er nur einmal in dem tüchtig geworden ist, was seinen Character ausmacht.

non extimescet. Sic scriptum volebat Ern., nam esse inter media futura *cadet* — *adibit.* „Sensus est, ait, non timebit aut timere debet, ne frigidus, tumidus fiat, ne deficiat etc.“ Futurum voluerunt etiam Grut. al. et habent Gu. 3, Steph. Lamb. Ern. Sch. Or. *extimescit* Ceteri.

§. 99. *cum illis duobus.* Omittunt *cum* Gu. 3. Sch. 2. Lamb. Or. 1. Meyerus contra affert Somn. Scip. c. 5. *acuta cum gravibus temperans.* Cui exemplo adde Orat. 58, 196., ubi est certe *miscere cum.*

sapiens iam. i. e. protenus sapiens videbitur. Sin cum Lambino distinxeris ante *iam*, idem erit quod *porro.* Bei.

partite, definite, distincte. mit bestimmter, deutlicher Eintheilung.

facete. Fortasse ante hoc vocabulum *nihil* excidit. Mey.

si is non. Melius esset *is si non;* ita enim melius responderet antecedentibus: *Qui enim nihil potest* etc. Ern.

auribus. Eins. *animis.*

inflammare rem. wenn er vor Ohren, die nicht darauf gefasst sind, mit leidenschaftlicher Hitze von einem Gegenstand zu sprechen angefangen hat. Cic. de Orat. 2, 52, 209. *Quae si inflammanda sunt, maxime dicendum est, non esse virtute parta* etc., ubi Ern. „exquisite dictum, ait, pro: si ad animos invidiae inflammandos adhibendae sunt tanquam faces, ut capitis superioris initio dixit. Sic Orat. c. 28. *inflammare rem.*"

Cap. XXIX.

§. 100. *sed animo. Nam manu si prehendissem.* Med. Lamb. Steph. Grut. Ern. Sch. Or. *sed animo, non manu. Si preh.* Eins. Vit. Dr. Ven. 1. 2. Vict. Tul. Hinc Meyerus coniecit: *sed animo, non manu. Manu si preh.* Aldd. Iunt. Crat. Camer. Gryph. 1. *sed animo. Nam manu si comprehendissem.* Vit. *prehendidissem.* Eins. *prendissem.* Ceteri libri scripti Orellio vulgatam scripturam firmare videntur; certe nihil contra afferri e Gu. 3. Vet. Mon. Oxon.

qui et humilia subtiliter. Hermogen. p. 136. ed. Ald. eiusque Scholiastes Syrianus p. 381. referunt: καὶ γὰρ Ἰσοκράτης ἔργον ἔφασκεν εἶναι ῥητορικῆς, τὰ μὲν σμικρὰ μεγάλως εἰπεῖν, τὰ δὲ μεγάλα σμικρῶς, καὶ τὰ μὲν καινὰ παλαιῶς, τὰ δὲ παλαιὰ καινῶς. Quae verba praeeunte Spengelio p. 156. ex ipsa Isocratis arte sumta censui, coll. Ioh. Siceliota scholiis in Hermogen. Ideas p. 133. 459. apud Walzium Vol. 6. Conf. Demetr. de Elocut. §. 120 sq. Maerck. de Theodect. p. 13. adn. 5. Conf. Quintil. 2, 15, 4. Demetrius l. c. καίτοι τινὲς φασι δεῖν τὰ μικρὰ μεγάλως λέγειν, καὶ σημεῖον τοῦτο ἡγοῦνται ὑπερβαλλούσης δυνάμεως, quod praeceptum rhetor exemplis redarguere et infirmare studet.

et magna graviter. Gu. 3. Erl. et Vet. *et alta graviter,* elegantius, iudice Schutzio, quia apertius adverse ponatur praegresso *humilia.* Fidem illorum librorum spernunt Mey. et Orellius et monent verborum §. 101. *Is erit igitur eloquens, (ut idem illud iteremus), qui poterit — magna graviter dicere.* Sed ibi *parva* contrarie positum.

§. 101. *quid viderim.* was ich erlebt habe. Sic supra c. 5, 18. *Antonius — disertos ait se vidisse multos.* Nec solum hoc sensu *videre* reperitur, sed etiam perferendi, tolerandi, ut docet Ern. ad Tacit. Hist. 4, 42.

Non enim eloquentem quaero. Fortasse Cic. addidit *qui fuerit,* vel *qui vixerit,* nisi forte legendum: *non enim hominem quaero,* sicut infra c. 31, 112. *quandoquidem de genere, non de homine quaerimus.* Schutz. Opponitur *eloquentia ipsa.* Non opus est Schutzii coniecturis. Neque obstat principium huius

capitis. Ibi enim additur, *ille, quem nunquam vidit Antonius.* Bei. Sic ne mea quidem opus est suspicione: *non enim unum eloquentem*, etsi *unum* post *enim* facile excidere poterat. Sed dixisset potius, ut opinor, *unum aliquem.* At conf. §. 112. Or. Meyerus confert §. 123. *haec enim sapientia maxime adhibenda eloquenti est.* Ceterum huc refertur Quintil. 12, 1, 19, 21.

Cap. XXX.

§. 102. *de verbis interdicti.* Quo ex lege de vi hominibus armatis Dolabella praetor interdixerat, ut Aebutius, unde Caecinam deiecisset, eo restitueret. vid. orationem pro Caecina c. 18—24. Hand. s. v. Cicero p. 218ᵇ. Interdictum de vi hominibus armatis explicat Cic. pr. Caecin. c. 32, 92. *dupliciter homines deiiciuntur, aut sine coactis armatisve hominibus, aut per eiusmodi rationem et vim. Ad duas dissimiles res duo diiuncta interdicta sunt. In illa vi quotidiana non satis est, posse docere se deiectum, nisi ostendere possit, quum possideret, tum deiectum. Ne id quidem satis est, nisi docet, ita se possedisse, ut nec vi, nec clam, nec precario possederit. Itaque is, qui se restituisse dixit, magna voce saepe confiteri solet, se vi deiecisse; verum illud addit: Non possidebat. Vel etiam quum hoc ipsum concessit, vincit tamen sponsionem, si planum facit, ab se illum aut vi, aut clam, aut precario possedisse.* De hoc loco v. Heinrich. ad Cic. or. pro M. Tullio §. 20. Alterum illorum interdictorum Cic. in or. pro M. Tullio §. 44. p. 57. ed. C. Beier. proposuit his verbis: UNDE TU AUT FAMILIA AUT PROCURATOR TUUS ILLUM AUT FAMILIAM AUT PROCURATOREM ILLIUS IN HOC ANNO VI DEIECISTI. *Deinde additur illius iam hoc causa, quicum agitur,* CUM ILLE POSSIDERET, *et hoc amplius:* QUOD NEC VI NEC CLAM NEC PRECARIO POSSIDERET. Alterum his fere verbis elatum fuisse putant viri harum rerum intelligentes: *Si cui dolo malo hominibus armatis coactisve damni quid factum esse dicetur, in eum, qui id fecisse dicetur, intra annum, quo experiundi potestas fuerit, in quadruplum; post annum in simplum iudicium dabo.* Verbis *intra annum* et *post annum* huius interdicti ludit Cicero Epistt. Famil. 15, 16. Vol. 5. p. 69. ed. Schutz. loco festivissimo. Interdicto de vi armatis hominibus praetor nonnunquam addebat exceptionem, ut ait Cic. pro Caecin. 8, 23. *praetor interdixit, ut est consuetudo,* DE VI HOMINIBUS ARMATIS, *sine ulla exceptione, tantum, ut, unde deiecisset, restitueret.* Eius exceptionis formula extat apud Ciceronem Epistt. ad Famil. 7, 13. Vol. 2. p. 341 sq. *neque est, quod illam exceptionem in interdicto pertimescas:* QUOD TU PRIOR VI HOMI-

NIBUS ARMATIS VENERIS. Ita enim vis illata vi propulsata fuisset. Ad hanc exceptionem redit argumentatio apud scriptorem ad Herenn. 4, 29, 40. p. 100. Tauchn. *Necesse est, cum constet istum fundum nostrum fuisse, ostendas, te aut vacuum possedisse, aut usu tuum fecisse, aut emisse, aut hereditate tibi venisse. Vacuum, cum ego adessem, possidere non potuisti: tuum usu fecisse etiamnum non potes: emtio nulla profertur: hereditate tibi, me vivo, mea pecunia venire non potuit: Relinquitur ergo, ut me vi de meo fundo deieceris.* In hoc igitur interdicto interpretando tota oratio pro Caecina versatur. Vid. Excurs. C. Beieri I. et III. ad Cic. oratt. fragmm. p. 233. 250. Tenuitas et inopia rei efficiebat, ut haec oratio iam antiquis temporibus taedium moveret, ut testatur auctor Dialogi de oratt. c. 20. pr. Vid. Iordan specimen quaestionum Tullian. Halberst. 1834. 4.

ius civile laudavimus. v. Cic. or. pro Caecin. c. 24 sqq.

ornandi copiam. den reichen Stoff des Lobes. v. or. pro leg. Manil. c. 10—17. Hand. s. v. Cicero p. 218 sq. et Chr. W. Haun Versuch einer Würdigung der Rede Cicero's für den Manilischen Gesetzvorschlag. Merseb. 1827. 4.

retinendae maiestatis. Quid maiestas sit, dictum est supra ad c. 21, 72. „Ipse orator pr. Rabirio 1, 3. explicat *summum in consulibus imperium, summum in senatu consilium*, et 2, 4. *bonorum consensionem contra improborum furorem et audaciam, extremis reipublicae temporibus perfugium et praesidium salutis*: τήν τε ἰσχὺν καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς βουλῆς Dio Cassius 37, 26. Aliter Schirachius.“ Bei. Etenim C. Rabirius perduellionis accusatus erat. Ipse Cic. in fragm. or. pro C. Rabirio apud Niebuhrium (M. T. Ciceronis orationum pro M. Fonteio et pro C. Rabirio fragmm. T. Livii libri 91. fragm. L. Senecae fragmm. ex membranis bibl. Vatic. edita. Rom. 1820. 8.) p. 78 sq. *Nunc quoniam armorum suspicio nulla 'st, tela non uideo, non uis, non caedes, non Capitolii atque arcis obsessio 'st, sed accusatio perniciosa, iudicium acerbum, non uos ad arma uocan[dos mihi esse, sed] ad suffragia cohortandos contra oppugnationem uestrae maiestatis putavi.* „Oratio, quam Cicero habuit pro isto reo, quarta fuit inter orationes consulares (vid. Hand. l. c. p. 219b.). Eius tantum partes nonnullae extant, paululum auctae ex membrana palimpsesta per Niebuhrium. C. Rabirium etiam Q. Hortensius defenderat. Accusatione C. Rabirii ob caedem triginta sex annis ante commissam magis auctoritas senatus petebatur, cui accusatores ius eripere volebant, cives in seditionibus contra seditiosos armandi.“ Hand. s. v. Cicero p. 219b. Argumentationem, qua in hac causa orator utebatur, novimus ex Cic. de Orat.

2, 39, 164. *Si res tota quaeritur, definitione universa vis explicanda est, sic: si maiestas est amplitudo ac dignitas civitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus populi Romani tradidit, non qui eum, qui id fecisset, populi Romani potestati tradidit. Sin pars, partitione, hoc modo: Aut senatui parendum de salute reipublicae fuit, aut aliud consilium instituendum, aut sua sponte faciendum; aliud consilium, superbum; suum, arrogans. Utendum igitur fuit consilio senatus.*

exarsimus. Daher machte ich mit feuriger Beredsamkeit Gebrauch von jedem Mittel, die Sache in den Augen der Richter zu erhöhen und als sehr wichtig vorzustellen. Haec pars orationis pro C. Rabirio perduellionis reo deperdita est.

§. 103. *interdum temperanda.* Hoc est, omnia tria genera dicendi miscenda. Perperam interpretes de unius generis, ampli illius, copia accipiunt. Conf. 21, 70. pr. Bei.

in accusationis septem libris. Haec est scriptura librorum scriptorum, qui noti sint, omnium, tum sincerorum, tum interpolatorum, atque editionum ante Lambinum, item Gruteri, Oliveti, eamque tuentur Schirach. et Meyerus. *Quinque* ex coniectura Lambini ediderunt Ern. Sch. Or. 1. et volebat etiam Hotomannus ad Divinat. in Caecil. pr. „Septem est a Barzizio, secuto consuetudinem exemplarium in Verrinis, quae initium numerandi faciunt a Divinatione in Caecilium. Cicero quidem ipse infra 62, 210. librum secundum accusationis facit eum, in quo est de laudibus Siciliae.“ Ern. Is est actionis secundae liber secundus, et proinde numerantibus a Divinatione quartus, non secundus. Favet lectioni *quinque* etiam Dialog. de Oratt. c. 20. *quinque in Verrem* et Orat. §. 167. *in quarto Accusationis*, ita ut Orellio dubium etiamnunc videatur remanere, utrum praesente loco Grammatici, qui septem solebant Verrinarum libros numerare, (ut videri potest apud Meyerum ex locis Nonii et Prisciani) *quinque* in *septem* mutarint, an contra Cicero ipse hoc duntaxat loco quinque libris adnumeraverit Divinationis et Actionis primae duos. Quaerit autem Orellius, unde Ern. noverit, *septem* esse a Barzizio? certe eos quoque libros scriptos, qui non e Barzizii exemplo ducti sunt, velut Erlangensem, habere *septem*. Eodem numero Zumptius editionem suam inscripsit. Etenim quum semel non potuisset ad finem perduci iudicium, triduo post, unde comperendinatio dicta, (v. C. Beier. ad Cic. or. pro Scauro p. 180. et interpp. ad Dialog. de Oratt. c. 38. p. 380. ed. Walth.), interrogatis testibus et defenso reo, Cicero iterum accusationem intendit. Quamquam horum nihil revera accidit, sed ficta solum a Cicerone fuit haec secunda actio, ut adnotavit Spaldingius ad

Quintil. 4, 1, 4. Vol. 2. p. 13. De Verrinis v. Hand. s. v. Cicero p. 218ª.

in Aviti. In oratione pro A. Cluentio Avito, accusato ob Oppianicum veneno interemtum. De hac oratione v. Quintil. 6, 5, 9. Rufinian. de figur. c. 13. p. 207. ed. Ruhnk. — Sidonius Apollin. Epistt. 8, 10. ita de hac oratione iudicat, ut auctorem ea semet ipsum superasse dicat. v. Hand. s. v. Cicero p. 219ª.

Corneli. In oratione pro L. Cornelio Balbo, cui controversia de civitate mota esset.

vel posse eligere. Eins. Vit. Dr. Mon. Ven. 1. 2. Aldd. Vict. Grut. *vel posse eligere qui quaereret* Gryph. 1. 2. *quaeque exempla legissem, ni vel nota esse accusarentur vel opes possent legere* Gu. 3. *in iis vel nota esse qui accusarentur vel defenderentur, vel per se possent eligere qui quaererent* Vet. *ni vel his nota esse qui accusarentur aut defenderentur vel per se possent legere* Erl. *vel per se possent eligere qui quaererent* Or. *vel ipsi possent legere* Sch. 1. *vel ipsi possent eligere qui quaererent* Sch. 2. *vel ipsos posse eligere* Bei., qui tamen negat se spernere aliorum librorum scripturam *legere* coll. 38, 132. At Orellius vetat nos dubitare de verbo *eligere.* „Intelliguntur, ait, loci selecti, in quibus haec virtus (?) maxime elucet, sive Tulliano nomine *eclogarii.* Vide ad Attic. Epist. 16, 2.“ extr. Vol. 6. p. 163. Schutz. adde 16, 11. init. Vol. 6. p. 202., ubi quae sunt ἄνθη, eas eclogas illas intelligit. Ern. in cl. s. v. Eclogarii.

laus oratoria. Vulgo *l. oratoris.* In Guelf. 3. et Schutz. 1. *oratoris* omissum est. Erl. pro verbis *laus oratoris cuius* habet *eius laus cui.* Bentl. ad Cic. Tusc. Dispp. 1, 3, 6. p. 237. ed. Orell. mai. legi iubet *laus oratoria,* eamque scripturam venustiorem dicit ibidem 2, 2, 5. p. 261. Sic etiam coniecerat Orellius. Conf. supra ad c. 4, 11., ubi Schutzius aut vulgatam *oratoris* retinere, aut hic quoque *oratoria* scribere debebat.

perfectio. Significat plenam absolutionem operis, cui iam nihil desit, nec solum absolutionem, sed etiam absoluti operis virtutem et praestantiam, v. Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 364 sq.

adumbratio. operis inchoatio, (erste Anlage, Entwurf,) quae contrarie ponitur perfectioni, (der Ausführung), v. ibidem Vol. 3. p. 157 sq.

at quid deceat videmus. Unice vera est haec lectio Aldd. Asc. 2. Vict. Man. Grut. Lamb. Ern. Sch., etsi turbant libri scripti v. c. Vit. *at quidquid deceat videmus.* et Eins. *at quid si quid deceat videmus.* Quod si quid in hoc latet, aliud non est,

nisi quod extat in Ven. 2. Tull marg. Asc. 2. Iunt 2. *at quid sit quod deceat, videmus,* nec mihi displicet. Utraque scil. lectio significat: saltem quid deceat, et video ego nec unquam a decoro aberravi, etsi perfectus non sum orator. — Falsa autem est lectio, quam ex Beieri collatione exhibet Erl. *at si quid deceat,* quam eandem Meyerus eliciuit e Dr. *atqui si quid deceat* et Gu. 3. *atque si quid deceat.* Ea enim nimis limitatur Ciceronis oratoria virtus, quum vix aliud significet quam: at, num quid deceat, videmus. Praeterea conf. §. 123. *probabo eum, qui quid deceat videbit.* Or. Ven. 1. *at quid sit quid deceat.* Med. *at quid sit: si quid deceat.* Mon. *at quid si quid deceat.*

§. 104. *ut nostra miremur.* Wobei ich, statt das meinige zu überschätzen, vielmehr solche Schwierigkeiten mache, und es so streng nehme, dass etc. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 3. p. 233 sq.

ut nobis non satisfaciat. Fortasse post *nobis* excidit *interdum.* Conf. Quintil. 10, 1, 24. Schütz. Adde eundem 12, 1, 22. His tamen locis confidere non licet, quum, ut solet, memoriter hunc locum Ciceronis tangat, parum fide verba auctoris referens, ita ut posteriori loco adeo scribat: *quanquam neque ipsi Ciceroni Demosthenes videatur satis esse perfectus, quem dormitare interim dicit,* et priori: *cum Ciceroni dormitare interim Demosthenes, Horatio vero etiam Homerus ipse videatur,* verbum *dormitare,* ait Spalding., ab Horatio ad Ciceronem secure transferens. Et ne hoc quidem certum est, praesentem locum Oratoris Quintiliano illos duo locos scribenti in mente fuisse: imo multo probabilius fit, locum cuiusdam Ciceronis epistolae deperditae eum ante oculos habuisse, ex Plutarch. V. Cic. c. 24., quem locum Meyerus indicavit: *καίτοι τινὲς τῶν προσποιουμένων Δημοσθενίζειν ἐπιφύονται φωνῇ τοῦ Κικέρωνος, ἣν πρός τινα τῶν ἑταίρων ἔθηκεν ἐν ἐπιστολῇ γράψας, ἐνιαχοῦ τῶν λόγων ἀπονυστάζειν τὸν Δημοσθένην.* „Et satis iam sententia limitatur, quum mox sequatur *non semper.* Nec Quintilianus favet correctioni, quem in locum v. Frotscheri Obss. crit. Lips. 1826. p. 33.“ Bei. et nunc editionem libri 10. ab eodem curatam.

avidae — capaces. so begehrlich und schwer zu befriedigen.

§. 105. *Pammene.* Graeco rhetore, quo M. Brutus utebatur, cuius mentio fit etiam alibi, ut in Brut. c. 97, 332. in Epistt. ad Attic. 5, 20, 5. Vol. 3. p. 143. 6, 2, 6. p. 242.

nos magnum fecissemus. Margo Reizii: *magni fuissemus.* Contra quod Meyer. affert Horat. Serm. 1, 10, 20.:

> *At magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis*
> *Miscuit.*

„Deinde vereor, addit, ne, si Cicero dixisset *magni fuissemus*, nimis arroganter et superbe loqui videretur. Nam magnum interest, utrum dixerit aliquis, magnum feci an magnus fui. Pauci enim de se dicere possunt: magni sumus, etsi nonnulli vere dicunt: magnum fecimus.“ Orell. addit ipsius Ciceronis verba Verr. 2, 3, 42. *magnum te fecisse arbitrabere.*

§. 106. *aut sibi ipse.* Goerenz. ad Cic. Acad., 1, 2, 7. p. 13[b]. legendum putat: *aut si sibi ipse*, parum probabiliter, imo vitiose. Nihil enim nisi turbatur constructio et sensus invertitur a negatione ad affirmationem hoc *si* inserto. Debebat potius, si quidquam, repetere *si non, non si.* Nam *aut* post *non*, vel post *non — nec* pro *nec* frequentissime sequi de poetis docuit Bentl. ad Horat. Epod. 16, 6. et ad Serm. 1, 6, 68.; de scriptoribus prosae orationis monuerunt interpp. ad Tacit. Annal. 1, 32. p. 72. Oberl. Idem observatur a viris doctis in usu particulae *vel (ve)*, ut apud Tacit. Hist. 4, 70. *Non Treveri, neque Lingones ceteraeve rebellium civitates pro magnitudine suscepti discriminis agebant.* Diversissima miscet Ramsh. Gr. lat. §. 180. 2. adn. 1. p. 532. Num etiam *que* pro *ve, vel, aut* post *non* et *nec*, ac post *non — nec* sequatur, disputant Grammatici, ut Ern. ad Tacit. Annal. 1, 32. Burmann. ad Ovid. Metam. 3, 492. Huschk. ad Tibull. 2, 4, 17. Ruhnk. ad Vellei. Paterc. 2, 45. Loers. ad Ovid. Heroid. Vol. 1. p. 39. Wellauer. Additament. ad Vechner. Hellenolex. (in Archiv f. Philol. u. Pädagog. 1, 3. 1832.) p. 402. denique Bentl. ad Horat. ll. cc. Supple igitur: *aut sibi ipse visus non est.*

nunquam Cotta visus esset. Si Antonius vitam eo usque duxisset, ut Cottam iam magis in arte provectum, ac Sulpicium Hortensiumque audire posset.

Cotta. C. Aurelius Cotta, natus a. U. 629 (125) novendecim annis Cicerone, decem annis Q. Hortensio maior. Tribunatum petiit a. U. 662 (92). Cic. de Orat. 1, 7, 25. Iam eo tempore tantam facultatem dicendi adeptus erat, ut non aequalibus suis solum anteponeretur, sed cum maioribus natu compararetur. de Orat. 1, 8, 30; De virtute eius oratoria agit Cic. Brut. c. 49, 183. et c. 55—57. Paucis diebus post mortem L. Crassi a. U. 663 (91) lege Varia de maiestate accusatus ultro in exilium abiit, de Orat. 3, 3, 11. Brut. 56, 205. Senec. consolat. ad Helviam 16, 6. Vol. 1. p. 195. Ruhk. Appian. de B. C. 1, 37. Vol. 2. p. 54. Schweigh. Conf. Cic. Epistt. ad Attic. 12, 20, 4. Vol. 5. p. 102 sq. Rediit Sulla dictatore a. U. 671 (83), Brut. 90, 311. Consul fuit cum L. Octavio biennio post obitum Sullae a. U. 689 (75), in Verr. act. 2. or. 3, 7. Obiit in proconsulatu Asiae. Hic idem inducitur disputans ex Academicorum sententia

contra Stoicos in tertio de N. D. Habet etiam colloquendi partes in libris de Oratore et Ciceroni eius dialogi materiam retulisse fingitur de Orat. 1, 7, 25. 3, 4, 16. Conf. epistt. ad Attic. 13, 19, 3. Vol. 5. p. 239. Contra hunc ipsum Cottam Cicero adolescens libertatem Arretinae mulieris defendit, orat. pro Caecin. c. 33. Ad eundem Cicero librum de luctu miserat. Huius Caii frater erat L. Cotta, quo consule a. U. 689 (65) Iupiter, ut est in secundo Consulatus (de Divin. 1, 12. vers. 32.), Capitolium ignibus petiit. De C. Aurelio Cotta v. Ellendt. hist. eloqu. Rom. p. 95.

Sulpicius. C. Sulpicius Rufus, natus et ipse a. U. 629 (125). Brut. 88, 301. Is et Cotta cum L. Crasso, M. Antonio et aliis natu maioribus dicendi gloria comparabatur, Cic. ibidem. Conf. de Harusp. Resp. c. 19, 41. Eloquentiae eius virtutes praedicat Cic. Brut. c. 49. 55—57. Eius quae orationes ferebantur, eas post mortem eius P. Canutius quidam scripsisse putabatur, Brut. 56, 205. Sulpicius inprimis illustris factus est C. Norbano, seditioso cive, in iudicium vocato, d. offic. 2, 14, 49. Tribunus plebis fuit a. U. 665 (89), de Harusp. Resp. l. c. Conf. de Orat. 1, 7, 25. In hoc magistratu *quum antea rectissima voluntate apud populum maximam quaesisset dignitatem, quasi pigeret eum virtutum suarum, et bene consulta ei malè cederent, subito pravus et praeceps C. Mario — addixit Asiam — leges* (que) *perniciosas et exitiabiles, neque tolerandas liberae civitati tulit* etc. Verba sunt Velleii Paterc. 2, 18. Tum post reditum Sullae a. U. 666 (88) per huius equites interfectus est, qui eum assecuti in Laurentinis paludibus iugulavére, Cic. de Orat. 3, 3, 11. Brut. 63, 227. 89, 307. Vellei. Pat. 2, 19. Conf. script. ad Herenn. 1, 15, 25. De Sulpicio v. Ellendt. l. c. p. 103.

Hortensius. Q. Hortensius natus a. U. 639 (115). Brut. 64, 229. octo annis maior Cicerone, ibid. 64, 230. 88, 301. Undevigiuti annos natus a. U. 659 (95) primum dixit in foro L. Crasso oratore et Q. Mucio Scaevola pontifice coss. Brut. 64, 229. Eodem anno Africae causam in senatu dixit; paulo ante L. Crassi mortem, quae accidit a. U. 662 (92), pro Bithyniae rege dixit, de Orat. 3, 61, 229. Belli Italici anno primo i. e. a. U. 663 (91) miles, altero tribunus militum fuit, Brut. 89, 304. Aedilitatem petiit a. U. 677 (77), Brut. 92, 318., eamque magnifice egit a. U. 678 (76), de Offic. 2, 16, 57. Praetor fuit a. U. 681 (73); consul a. U. 685 (69.) Verrem consul designatus defenderat contra accusationem M. Tullii, designati aedilis, Brut. 92, 319. Verr. 1, 9. act. 2. libr. 2, 8. Ascon. argument. Divinationis in Caecil. (Opp. Cic. Vol. 4. p. 251 sq. Schutz.) Hortensii indoles et doctrina eximiae praedicantur de Orat. 3, 61, 230. Brut. 64, 228.

de memoria eius multa et mirabilia narrantur in Tusc. Disp. 1, 24, 59. Brut. 88, 301. Acad. 2, 1, 2. a Quintiliano 10, 6, 4. 11, 2, 24. Minus bene de animo et virtute eius existimabatur, v. Cic. Epistt. ad Quint. fratr. 1, 3, 4. Vol. 1. p. 293. P. Manut. ad Verrin. act. 1, 13. p. 143[b]. act. 2. libr. 5, 68. p. 289[a]. Eloquentia eius describitur in Brut. c. 88—92. Hortensius obiit a. U. 704 (50), anno aetatis 64, Brut. c. 1. c. 64, 229. 94, 324. Epistt. ad Attic. 6, 6, 3. Vol. 3. p. 299. Eius scripta infra famam fuisse dicuntur a Quintiliano 11, 3, 8., utpote quibus actio deesset, qua maxime valebat, quanquam et hac et verborum genere, adolescens certe, commotior erat, ut ait Cic. Brut. 92, 317. et 88, 303: *motus et gestus etiam plus artis habebat, quam erat oratori satis.* Eo nomine ridetur a Cicerone, v. P. Manut. ad Divin. in Caecil. c. 14. p. 122[b]. ed. Richt. Adde narratiunculam apud A. Gell. N. A. 1, 5. In partitione diligentissimus fuit, id quod ipsi dicit Cicero pro Quintio c. 10., cui adde Brut. 88, 302. 303. Etiam de hac laude nonnihil detrahit Quintil. 4, 5, 24. In dicendo sequebatur genus Asiaticum, iudice Cic. Brut. 95, 325. conf. Quintil. 12, 10, 10. Diu princeps oratorum Romanorum, aliquando aemulus Ciceronis existimatus est, novissime, quoad vixit, secundus ab illo habebatur, Brut. 64, 230. 90, 308. 92, 317. 94, 323. 95, 327. Quintil. 11, 3, 8. Floruit autem a Crasso consule et Scaevola usque ad Paullum et Marcellum coss., Brut. 96, 328. id est, ab a. U. 659 (95) ad a. U. 704 (50). Conf. Brut. 64, 229. Magnis, quibus gaudebat, opibus factum est, ut in omnium rerum summa abundantia remissius, quam summo illo studio vivere mallet, quo a puero incensus fuerat, ut est in Brut. 93, 320., quo facilius ei palmam M. Tullius praeripuit, tum maxime studium ingressus et iuvenili vigore enitens. Sub titulo *Hortensius* Cicero librum scripserat, nunc deperditum, quo philosophiam defenderat et laudaverat, v. Eckstein. ad Dialog. de Oratt. c. 16. p. 287. ed. Taciti Walth.

ieiunas — accepimus. Unbekannt also mit dieser vielseitigen und sich über alle Gattungen des Ausdrucks verbreitenden Redekunst traf ich die Ohren meiner Mitbürger.

ad huius generis — [*audiendi*]. Haec Ern. negat ab auctore sic scribi potuisse: *dicendi audiendi*, ideoque *dicendi* e glossa esse statuebat. Mihi potius *audiendi* e glossa esse videtur. *Dicendi* abest a Gu. 3. Erl. Man. Sch. 2. Abesse voluit etiam Bei. At Ern. et Or. 1. tantum secluserunt, itidemque Mey. Nunc Or. 2. defendit, quia *audiendi* pertineat ad vocem *studia*, idque Lambinum distinctione significavisse. *Audiendi* mihi propter praecedens *aures* ab aliquo legentium adscriptum esse videtur.

§. 107. *de supplicio parricidarum.* Significat locum ex orat. pro Rosc. Amerin. c. 26. Conf. Quintil. 12, 6, 4., qui recitata parte huius loci, haec addit: *Quae cum sex et viginti natus annos summis audientium clamoribus dixerit, defervisse tempore et annis liquata iam senior idem fatetur.* Verba *de supplicio parricidarum* absunt a Gu. 3. Erl. et Gruteri Palatt. 3., Beiero non improbante omissionem, nec Schirachio.

defervisse. A defervescere. Eine Stelle, worin sich meine Jugendhitze, wie ich bedeutende Zeit nachher zu bemerken anfieng, noch keineswegs ganz gelegt hatte. Metaphora sumta est a musto fervente, qui ipse fervor vini immaturitatem et inventutem arguit. Unde scriptor de Orat. 2, 21, 88. *verba efferveseentia* immaturae aetatis fervori tribuit. Et Brut. 83, 288., loco a translationibus splendidissimo sic loquitur: *novam quasi de musto ac lacu fervidam orationem,* cui ex adverso ponit *Thucydidis nimis veterem, tanquam Anicianam notam.* Hunc ipsum locum orationis auctor §. 108. *iuvenili redundantia;* Quintil. 12, 6, 4. *iuveniliter dictum* dicit, quemadmodum Graeci τὸ μειρακιῶδες, τὸ παιδαριῶδες, τὸ νεαρὸν et τὸ νεανιεύεσθαι, *(puerilem locutionem, iuvenilem dicendi licentiam et impunitatem)* in oratione memorant. v. I. Chr. Th. Ernest. lexic. technol. rhett. gr. s. v. *puerilis* et de Elocutionis poett. lat. vett. luxurie Comment. 1. p. 20. I. I. Hottingerus de luminibus eloquent. (in Opusculis) p. 14. de loco eodem hoc iudicium fert: „Isthic quidem omnia frigent, sed posteriora inprimis et falsa sunt et inepta, cum scelus omne in mente atque animo insit, adeoque neque ipsum per se, neque corporis contagio ullum corpus possit inquinare. Sed haec ignoscenda summi oratoris pueritiae (?) sunt tanto magis, quod vana populi admiratione minime deceptus eadem isthaec aetate maturior ipse mitigavit.“ Imago ipsa pollutionis per crimen susceptae non vitiosa est, utpote communis omnibus linguis; sed quod eam iusto diutius immoratus ad superlationem usque expinxit, hoc vitiosum est. Sic faciunt omnes πρωτόπειροι artium, nimis sibi in quadam ornatus exuberantia et quibusdam, quas putant festivitatibus placentes. Verum ex hoc vitio in artibus ineuntis aetatis saepe futuro viro faustum omen capias. Quod enim exuberat, quod rude est, non semper ingenii, saepe aetatis vitium est, quod tempore recisum et correctum melioris frugis est, quam quae praecoci maturitate stirpe deciderunt. Scite in hanc rem Attius poeta apud A. Gellium N. A. 13, 2. extr. *quod in pomis est,* ait, *itidem esse aiunt in ingeniis, quae dura et acerba nascuntur, post fiunt mitia et iucunda. Sed quae gignuntur statim vieta et mollia, atque in principio sunt uvida, non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum*

igitur visum est in ingenio, quod dies atque aetas mitificet. Et nescio an quidquam praeclarius, qui multa in hac re praeclare, Quintilianus ad noscenda iuvenum ingenia dixerit, quam quae I. O. 12, 6. Non prorsus inaudita sunt exempla praecocium et fecunditate et, quod maius est, simul iudicio ingeniorum, (qualia ibidem §. 1. memorat Demosthenem, Calvum, Caesarem, Pollionem, Augustum: multos etiam recentior aetas tulit, ut Scaligerum, H. Grotium, Voltarium, Congrevium, Cowleium, Popium, Lopezium de Vega, Torquatum Tassonem, Ioh. Muellerum al.); nihilominus in longe plurimis ingeniis stat et perstabit, quod idem 2, 4, 6. pulcherrime protulit: *Audeat* (iuvenilis) *aetas plura et inveniat et inventis gaudeat, sint licet illa non satis interim sicca et severa. Facile remedium est ubertatis: sterilia nullo labore vincuntur. Illa mihi in pueris natura minimum spei dederit, in qua ingenium iudicio praesumitur. Materiam esse primum volo vel abundantiorem atque ultra, quam oporteat, fusam. Multa inde decoquunt anni, multa ratio limabit, aliquid velut usu ipso deteretur, sit modo unde excidi possit, et quod exsculpi. Erit autem, si non ab initio tenuem nimium laminam duxerimus, et quam caelatura altior rumpat. Quod me de his aetatibus sentire minus mirabitur, qui apud Ciceronem legerit: „Volo enim se efferat in adolescente fecunditas." Quapropter inprimis evitandus, et in pueris praecipue, magister aridus; non minus, quam teneris adhuc plantis siccum et sine humore ullo solum. Inde fiunt humiles statim et velut terram spectantes, qui nihil supra quotidianum sermonem attollere audeant. Macies illis pro sanitate, et iudicii loco infirmitas est; et dum satis putant vitio carere, in id ipsum incidunt vitium, quod virtutibus carent. Quare mihi ne maturitas quidem ipsa festinet, nec musta in lacu statim austera sint: sic et annos ferent et vetustate proficient.* Qui de his verbis commentatur, Warton in adnotatione ad Popii opera Vol. 1. p. 218 sq. ed. Basil. rem apto exemplo illustrat. Quum enim Guido et Dominichinus tabulam uterque pictam in ecclesia St. Andreae posuissent, Annibalem Carachium, magistrum eorum, rogatum esse, ut, uter discipulorum arte prae altero excelluisset, sua sententia decideret. Pictura Guidonis St. Andreas repraesentabatur genibus ad crucem provolutus, tabula Dominichini eiusdem Apostoli loris caesi supplicium exprimebatur. Suo utrumque in genere capitale artis opus erat, pictum ἐν ὑγροῖς, erantque e regione inter se posita, quasi quaedam aemulorum contentionis immortalia monumenta. Tum, „Guido, Carachium, pinxit, dixisse, ut magister; Dominichinus ut discipulus. At opus discipuli pluris faciendum, quam magistri. Profecto aliquis notet vitia in pictura Dominichini,

quae Guido vitavit; at sunt ibidem virtutum indicia, qualia non reperias in aemuli opere." Facile erat discernere indolem, futuram effectricem pulchritudinis, ad quantam ingenium Guidonis amoenum nunquam aspiraret. Dubosius maturitati artium annum ferme trigesimum, paulove plus minus figit. Virgilius quidem plus id aetatis agebat, quum primam Eclogam scripsit; quanquam Horatii prima, quae quidem supersint, carmina Kirchnerus Quaestionibus Horatianis (Numburg. 1835. 4.) scripta putat aetatis anno quarto et vicesimo: at reliqua pleraque intra trigesimum et quinquagesimum annos. Priusquam digito monstrari coepit, arma tulerat, belli dura mala tulerat, et in silvis Academi verum quaerere didicerat, consuetudine virorum in bello et pace principum elegantiam morum contraxerat. Robusta Racinius aetate fuit, cum Andromache eius in scena ponebatur, quae est prima probatarum eius fabularum. Cornelius, poeta tragicus, triginta annos excesserat, quum Cides eius acta est. Boilavius triginta annos expleverat, quum satiras edidit, quales nunc extant; at Molierius quadraginta, quum primam immortalium fabularum composuit. Raphael ferme trigesimum annum agebat, quum in Vaticano palatio venustatem idem et sublimitatem divini ingenii protulit; ibi enim opera, quae incredibili viri gloria digna putentur, vetustissima reperiuntur. Quum Shakspearius Learium, Paradisum amissum Milton, Spenserus Reginam daemonum orientalium, Drydenus carmen, quo laudes artis musicae praedicantur, composuerunt, dimidia vitae humanae spatia iam egressi erant. Ne homines quidem illi quadam quasi divina ingenii vi praediti illos tanquam gradus profectuum, quos natura rerum figit, transsiliunt, sed modo celerius, quam vulgus mortalium, superant. Sic fere Warton l. c. p. 239 sq.

terra non tangat. Vit. Dr. codd. Regii, Palatt. et Pithoei, Mon. Ven. 1. Vict. Tul. Grut. Or. 1. 2. Hotomannus, A. Matthiae, Schutz. ad ipsam orationem *terram non tangant* Eins. Erl. Ald. Iunt. Gryph. Lamb. Crat. Ern. Schutz.

alluantur. Eins. Dr. Mon. Iunt. Crat. Man. Lamb. Grut. Steph. Schutz. 2. Hotomannus, Facciolat. Schutz. ad ipsam orationem; *adluantur* Or. 2. *abluantur* Erl. Vit. Vet. Ven. 1. 2. Med. Tul. Ern. Or. 1. Graevius et A. Matthiae ad ipsam orationem. „Ern. et recentiores cum nonnullis libris *terram non tangant.* Sed iidem pro Rosc. Am. 26, 72. *terra non tangat.* Ut hoc ad sepulturam gleba iniecta, sic ad expiationem referri possit *abluantur*, quam volgatam lectionem sequuntur Haaffius et Brewerus." Bei.

laudati. Vit. Gu. 3. Vet. Erl. Lamb. Or. 1. Sch. 1. *laudata.* Vulgatam *laudati* ceteri, etiam Eins. „*Laudati* est, qui laudari

solet et meretur. Quae Schutzio in ed. mai. placuit lectio *laudata*, nimiae foret iactationis. Conf. Cic. apud Servium ad Aeneid. 6, 877: *causa difficilis laudare puerum, non enim res laudanda, sed spes est.*" Ip.

§. 108. *Uxor generi — pellex.* Ex orat. pro A. Cluentio Avito c. 70. de Sassia.

ipsa enim — attenuata. Fortasse legendum: *ipsa enim illa* (oratio sc.) *pro Roscio in iuvenili redundantia multa habet attenuata.* Schutz.

hilariora. Qualia sunt in or. pro Roscio Amer. locus de accusatoribus c. 20. 21., de causis parricidii c. 23 — 26. etc.; in orat. pr. A. Cluentio Avito locus de notis censoriis c. 42. sqq. al.

ut pro Avito. Sic certe scripsit Cicero, non *at* pro *ut.* Nam id nullum sensum habet. Ern. Vulgo enim *at pro Avito* erat, „quod tamen si placeret, hoc modo locus constituatur: *At pro Avito — aliae (nemo enim — nostra) hanc ipsam* etc." Schutz. *ut pro Avito* iam Lambinus dederat: *at pr. Av.* praeter Lamb. Ern. Sch. Or. Mey. ceteri, etiam Eins. et Erl.

quam multa sunt nostra. Videtur auctor non de orationum solum, sed de omnium librorum suorum numero loqui. Alioqui facile vanitatis convinceretur a se ipse. Vide Brut. 17, 65. de Catonis orationibus conf. de Offic. 1, 1, 3. Bll.

Cap. XXXI.

§. 109. *reliquis poetis.* Copulà *que* omissa, ut solet Cicero omittere, docuitque Goerenz. ad Cic. de Legg. 3, 9, 20. p. 243*.

quotidiani. Meyerus recte e Dr. pro ceterorum (etiam Eins. Erl.) *quotidianum*, quod ortum ex accommodatione ad vocem *genus*. *Quotidianus sermo* aliquoties est apud Ciceronem (v. modo Nizol.), verbi causa supra §. 67. Or.

vidimus. Ald. Iunt. Lamb. Gryph. 1. Ern. Or. Sch. „Falsam lectionem *videmus* habent hoc priori loco Vit. Dr. Mon. Eins. Erl. Vet. Man. Grut.; infra in fine §. recte Eins. et Erl. *vidimus*, ubi Dr. rursus *videmus*. Alteram corruptelam *audimus* Veneti 1. et Mediolanensis Ern. non improbabat, dummodo legeretur *audiimus*." Ip. Ernestii verba potius haec sunt: „Si esset *audivimus*, (non *audimus*, ut in ed. Omniboni est,) non displiceret, propter varietatem, et fortasse *audiimus* contractum esset in *audimus*. Sed tamen magis de actione sermo est universa, quam de sola pronuntiatione."

cum tamen in suis versarentur. wobei sie jedoch, der Komiker in der Komödie, der Tragiker in der Tragödie, auftraten.

sed et comoedum in tragoediis et tragoedum etc. Ut Roscium tragicum pariter atque comicum histrionem excelluisse viri docti sentiunt, quos nominavit G. A. B. Wolffius de Canticis p. 13., quanquam Roscium comoedum, Aesopum tragoedum proprie fuisse veteres tradunt, ut Plutarch. V. Cic. c. 5. Cic. Epistt. ad Quint. Fr. 1, 2, 8. Vol. 1. p. 267. ad Famil. 7, 1, 1. Vol. 2. p. 154. Nihilominus tamen in utroque dramatum genere Roscium insignem artificem fuisse, Wolffius p. 14. recte statui censet, idque demonstrat versibus haud dubie ex tragoedia sumtis, quos Roscius egisse narratur a Cicerone de Orat. 3, 26, 102. Post cuius verba de Roscio ibidem sequuntur haec: *Quid ille alter:* hunc alterum Wolff. Aesopum fuisse monet. Porro Roscium etiam tragoedum fuisse hoc ipso, in quo versamur, loco comprobari docet, quo si non solus, maxime tamen Roscium et Aesopum intelligi putat. „Denique, addit, Horat. Epistt. 2, 1, 79. ab Aesopo et Roscio fabulas Q. Attae actas testatur, quum Attam, quanquam fabulas ex comoediarum classe et genere togatas composuisse scimus, propius tamen ad tragicam severitatem haec dramata accedebant."

§. 110. *perpetuum et eundem.* Schutz. copulam ait se sensus causa delevisse; sed Bei. respondit iungi posse haec: *perpetuum et sine ulla commutatione.* Nobbe et seclusit.

Demosthenes. De his, quae iam sequuntur, vid. Dionys. Hal. de admir. vi dicendi in Demosth. c. 45. 46. Vol. 6. p. 1095 sqq. Reisk.

cuius — imaginem. Quem quis magni faceret, eius effigiem inter imagines maiorum colere solitum discas tum ex his, tum a Tacito Annal. 16, 7. pr., ubi vid. Lips. Bei.

nihil Lysiae. v. Dionys. Hal. l. c. c. 13. p. 993.

Hyperidi. v. eundem de vett. scriptt. censura c. 6. Vol. 5. p. 434 sq.

nihil levitate Aeschini. Alii *lenitate*, perpetua permutatione. „Legendum *levitate* cum Meyero et Mosero, quod etiam in de Orat. 3, 52, 201. recipiendum est ex cod. Turic. Quintiliani 9, 1, 27. coll. de Orat. 3, 43, 171. *collocationis est componere et struere verba sic, ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus et levis.* Hunc enim locum spectat Cicero ibid. 3, 52, 201. coll. 3, 53, 199. Conf. de opt. gen. oratt. 2, 5. *Sed et verborum est structura quaedam, duas res efficiens, numerum et levitatem: et sententiae suam compositionem habent, et ad probandam rem accommodatum ordinem*, ubi ex cod. Oxon. Schutz. et Orell. *levitatem* receperunt." Iordan Specimen Quaestionum Tullian. (Halberst. 1834. 4.) p. 12. v. etiam De usu vocabulorum *levis* et *lenis* apud

poetas commentationem C. G. Iacobi. Numb. ad Salam 1836. 4. Apud Quintil. 9, 4, 144. haec sunt: *Sed neque longioribus, quam oportet, hyperbatis compositioni serviamus — et certe nullum aptum atque idoneum verbum permutemus gratia lenitatis*, ubi ex Turic. (in quo est per ae) et Flor. exceptum est *levitatis*. Sed retinendum puto *lenitatis*. At recte editur *levitatem* apud eundem 8, 3, 6. coll. 8. prooem. 19. propter verba: *vulsa atque fucata muliebriter*. Et ibidem 10, 1, 52. magis probem: *tamen utiles* (apud Hesiodum) *circa praecepta sententiae lenitasque verborum et compositionis probabilis*. Praeferrem *levitasque*, si scripsisset: *verborum et compositio probabilis* coll. Dionysio Hal. p. 419. Reisk. λειότητος ὀνομάτων (de eodem Hesiodo). Sic vero magis, quam Dionysii locus, simile est *lene — dicendi genus* apud Quintil. 10, 1, 121. Praefero ibidem 2, 5, 9. *levis et quadrata, sed virilis tamen compositio*, propter additum *quadrata*. Eadem de causa recte legitur *levi* apud Cic. Orat. 5, 20. propter additum *structa*. Verum nihil agitur recensendis singulis locis aut scriptura codicum expendenda, quemadmodum hanc rem tractaverunt cum alii, tum Santenius infinita paene disputatione ad Terentianum Maurum p. 240. Quaerendum potius est, quid *levitas* et *lenitas* differant. Itaque *levitas* pars est *lenitatis*. Levitas enim cernitur in vitanda asperitate orationis: aspera autem fit oratio hiatu et vastitate consonantium: Lenitas et levitatem et numeros orationis complectitur. Numerus autem fit tum ordine sive iunctura, tum concinnitate orationis membrorum, tum clausulis maxime sententiarum apto pedum delectu quodam temperatis. Levitas et numerus uno nomine etiam *collocatio* sive *compositio* (latiori horum vocabulorum sensu) dicuntur. Ubicunque igitur illae duae partes, quae sunt generi lenitatis sive collocationis subiectae, distinguuntur, *levitas* ponendum est, ubi non distincte oratio levigata sive structa a numerosa separatur, plerumque *leniter et aequabiliter* oratio fluere dicitur et *lenitas* i. e. generis nomen orationi tribuitur. Cic. de orat. 3, 43, 171. *Sequitur continuatio verborum, quae duas res maxime, collocationem* (angustiori sensu dictam) *primum, deinde modum quendam formamque* (i. e. concinnitatem et numerum) *desiderat. Collocationis est componere et struere verba sic, ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus et levis.* De opt. gen. oratt. 2, 5. *sed et verborum est structura quaedam, duas res efficiens, numerum et levitatem.* Quum vero *lenitas* etiam ad animum referatur, significans animum non acrem, et ad orationis vires ac gravitatem sive ad *nervos* et *aculeos* orationis i. e. ad πάθη et commotiones animorum, ita et *lenitas* et *nervi aculeique*

ex adverso ponatur; ambiguum fieri potest nonnunquam, utrum lenitas ad animum et vires orationis, an ad formam orationis referatur. Quod aliter est praesenti loco, si quidem lenitatem animi in acrimoniam et virulentiam Aeschinis minime cadere intelligitur. Recte autem ei *levitatem* tribui, docent etiam adiecta: *et splendore verborum*, quae sunt finitima levitati orationis, imo, si verum quaeris, ipsa levitas. Nam splendida verba sunt vocalibus consonantibusque apte mixta, plene et dulce sonantia. Quare Partitt. Oratt. 5, 17. 6, 21. et alibi legimus iuncta *verborum sonantium* (i. e. splendoris verborum) *et levium*. Ceterum per totum hunc libellum *levis* et *levitas* (non per *ae*) scripsi secutus iudicium interpretum ad Cic. de N. D. 1, 24. p. 105. ed. Creuz. et Santenii ad Terentian. p. 241.

splendore verborum. Intelligit verba ampla (edle Ausdrücke, *ἔντιμα τῇ διανοίᾳ*, ut explicat Theophrastus apud Demetr. de Elocut. §. 173. Hinc de Orat. 3, 31, 125. est: *si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, exsistit ex rei natura quidam splendor in verbis*), et verba suaviter pleneque sonantia. Hinc de Orat. 3, 7, 28. eidem Aeschini *sonitus* tribuitur. Alius est scilicet *splendor* ipsius orationis de Orat. 3, 36, 147., ubi Sulpicius ad Crassum: *refer ad illa te, quae ad ipsius orationis laudem splendoremque pertinent* i. e. ad ornatum orationis, flores et lumina, copiam etc., non eum, qui in singulis verbis est. *Splendida nomina* et *splendor Graecorum verborum* sunt infra c. 48, 163. 164. Splendorem verborum in Aeschine sic describit Dionys. Hal. de vett. scriptt. censura c. 5. Vol. 5. p. 434, 6. *ὁ δ' Αἰσχίνης ἀτονώτερος μὲν τοῦ Δημοσθένους, ἐν δὲ τῇ τῶν λέξεων ἐκλογῇ πομπικὸς ἅμα καὶ δεινός· καὶ οὐ πάνυ μὲν ἔντεχνος, τῇ δὲ παρὰ τῆς φύσεως εὐχερείᾳ κεχορηγημένος· καὶ σφόδρα ἐναργὴς καὶ βαρὺς, καὶ αὐξητικὸς καὶ πικρός· καὶ ἡδὺς μὲν αὐτόθεν ἐντυγχόντι, σφοδρὸς δ' ἐξετασθείς.* Quintil. 10, 1, 77. *Plenior Aeschines et magis fusus et grandiori similis, quo minus strictus est: carnis tamen plus habet, minus lacertorum*, quam Demosthenes i. e. *ἀτονώτερος* est. Et *magis fusum* illud non significat lenitatem orationis, sed copiam et volubilitatem verborum.

§. 111. *ut contra Leptinem.* Dionys. Hal. epist. ad Ammaeum c. 4. Vol. 6. p. 72, 4, 11. ὁ *περὶ τῶν ἀτελειῶν — χαριέστατος ἁπάντων τῶν λόγων καὶ γραφικώτατος.*

ut quaedam Philippicae. Quapropter omnes Philippicas, praeter unicam orationem de Halonneso, ad formam Thucydideam compositas esse dicit Dionys. Hal. de admir. vi dicendi in Demosth. c. 9. Vol. 6. p. 981. Orationem autem de Halonneso nunc tribuunt Hegesippo. v. I. Th. Voemel. dissert., qua ostenditur Hegesippi esse orationem de Halonneso. Francof. ad Moen. 1830. 4.

falsae legationis. Constructio est: Demosthenis oratio falsae legationis i. e. de falsa legatione Heinrich. ad Cic. oratt. partes ineditas (Kiliae 1816. 4.) p. 95. confert Thucydideam formulam *Μεγαρέων ψήφισμα* pro *ψήφισμα περὶ Μεγαρέων*. At Taylor in praef. ad hanc ipsam orationem de falsa legat. (apud Schaeferum Apparat. Demosth. Vol. 2. p. 395. hunc genitivum *falsae legationis* repetit ex usu forensi, quia dicatur *γραφὴ παραπρεσβείας*, et non *γρ. περὶ παραπρ.*, et quia semper ita significentur orationes forenses, ut *ὁ περὶ Καλλίου ἱεροσυλίας*, *κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας*. Hoc alterum mihi Taylori rationem confirmare videtur. Etiam alii libri, nihil ad iudicia spectantes, sic citantur, ut Dicaearchi librum *περὶ καταβάσεως* librum *καταβάσεως* dicit Cic. Epistt. ad Attic. 13, 31, 2. Vol. 5. p. 203. ed. Schutz. et saepius.

illud medium. v. Dionys. Hal. de adm. vi dicendi in Demosth. c. 14. p. 995 sqq. Vol. 6. ed. Reisk.

a gravissimo discedens. Schutz. ex coniectura edidit *descendens*, ut metaphorae constantia servetur. „Sic, ait, *ascendere* et *delabi* opponuntur Partitt. oratt. 4, 12.“

§. 112. *parumper.* auf eine kleine Weile; *paulisper*, eine kleine Weile lang. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 1. p. 145. Illo significat, se ad eandem rem rediturum.

nihil nos. Vet. Eins. Ven. 2. Steph. Lambin. Bai. *nihil*. Ceteri *nil*, quam scripturam, ut a librariis profectam nunc fere interpretes Ciceronis reiiciunt, ut O. M. Mueller de vi et usu verborum quorundam Lat. (Coeslin 1828. 4.) p. 16.

existimatores — non magistri. Infra c. 33, 117. *iudicem esse me, non doctorem volo.* In Gu. 3. et Vet. est *existimatione — non magisterio*, quod ex interpretatione Grammatici fluxit. Schutz.

longius progredimur. nunc ipsum. Codices interpolati Gu. 3. Vet. Erl. et ex melioribus Dr., qui tamen saepius ad illos declinat, speciosam habet lectionem: *longius saepe progredimur*, receptam a Schutzio, Meyero, Beiero. Eins. *saepe* non agnoscit. Or.

necesse est. Scribendum videtur *esse*, ne constructio non constet. Videmus non te solum esse lecturum, sed hunc librum etiam divulgari necesse esse. Nisi Cicero variavit orationem, ne *esse* ter concurreret. In ed. Ven. 1. abest *commendatione*; sed est tamen *nostra*, non *nostro*, ut ad *nomine* referatur, quod non displiceret. Ellv. Orationem obliquam subito mutatam in rectam esse, ut saepe, indicat Bremi ad Cic. de Fat. p. 80. et comparat Fin. B. et M. 1, 9, 30., ubi item legatur *necesse est*, at cuncta, quae antecesserunt, oratione obliqua proferantur, et

alia. *Necesse esset divulgari* edidit Lambin., in marg. Lambin. legitur *necesse est div*.

Cap. XXXII.

§. 113. *quanquam aliud videtur — dicendi et ornandi.* Lambinus hunc locum ita constituit: — *assumere. Quanquam enim aliud videatur — quod dicere, et quanquam disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi, attamen utrumque in disserendo est.* Schutzii ed. 2. ita habet: — *assumere. Quanquam aliud videtur — nec idem loqui quod dicere; attamen utrumque in disserendo est; ut disputandi ratio — et ornandi.* Orell. 2. vulgarem et scripturam et distinctionem, (ut inter *assumere* et *Quanquam* punctum, inter *dicere* et *attamen* duo puncta, vel comma cum puncto sit) retinuit, nisi quod scripsit: *Disputandi ratio — dialecticorum est.* De ratione, hunc locum interpungendi dixi in adn. ad c. 21, 72. Nexus autem et series sententiarum haec est: Die logische Rede (*disputatio* et *loqui*) und die schöne Rede (*oratio* et *dicere*) sind verschieden. Dem Dialectiker mag gehören die logische Rede; dem Redner die schöne Rede: doch soll der Redner auch Dialectik studieren. Denn Redekunst und Dialectik sind verwandte Künste und des Redners Sprache vereinigt beide (*utrumque in disserendo est*). Haec ita dicere debebat: *Disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit; oratorum autem dicendi et ornandi. Volo autem huic summo omnem, quae ad dicendum* (artem oratoriam) *trahi possit, loquendi* (dialecticae) *rationem esse notam* §. 114. Nam haec inter se cohaerent. Quum autem scriptor interposuisset sententiam, qua, Zenonis et Aristotelis exemplo, exponit, artem oratoriam et dialecticam non ita multum differre, applicato ad haec intermedia sermone scripsit *Volo igitur huic summo* etc. *Disserere* auctor dixit pro disputare cum ornatu, hoc schemate:

Orator		Dialecticus
oratio — dicere — ornare		disputatio — loqui
	disserere	

Idque fecit suo quodam arbitrio, sicut partim in reliquis. Nam vera vis, si usum scriptorum Romanorum, etiam aliis locis, Ciceronis, spectes, haec est: *Dicere* significat orationem arte elaboratam; *loqui* quotidianum sermonem. Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 5. sq. *Disserere* et *loqui* differunt, quia disserentes distinctius et definitius et diligentius agimus, quam cum loquimur, et quia alterum meditatius, alterum plerumque subito fit. *Disserere* et *dicere* differunt, quia disserentes nihil agimus, nisi ut diserte et perspicue loquamur, etiamsi non ornate, neque ut animos com-

moveamus delectemusve, sed tantum ut doceamus, vid. ibid. p. 18. Qui disserunt, magis cupiunt edocere alios, quae ipsi sentiant et existiment proferendo; qui disputant, contendunt, in utramque partem loquuntur, et cum adversario certant, utra duarum rationum, perpensis omnibus argumentis, maius momentum habeat. Qui disserunt, quid sibi ipsis probabile videatur, exponunt: qui disputant, quid omnes sequi debeant, eruere student. Disserere liberius est; disputare solemus vie et ratione; vid. ibid. p. 19. 20. Quid disputare et disceptare differant, quoniam minus huc pertinere videtur, nunc omitto: tu vide interim Beier. ad Cic. Offic. 1, 79. De arte disserendi auctor egit his locis: Acad. 1, 5. 8. Fin. B. et M. 2, 6. de legg. 1, 24. de orat. 2, 36. rursus Acad. 2, 28. de offic. 1, 3. Topic. c. 2. Brut. 41., quos locos attulit Schultgen de Platonis arte dialectica (Vesaliae 1829. 4.) p. 6. adn.

Zeno. Citieus, Strab. 14. p. 1001. C. Alm. natus est Ol. 104, 3 (362) secundum Saxium Onomast. Vol. 1. p. 94. Obiit a. U. 483. sive Ol. 127, 2 (271), si fides Goerenzio ad Cic. Acad. 2, 4, 12. p. 27ᵇ., at secundum Saxium l. c. Ol. 129 (c. 262) vel Ol. 130 (c. 258). Ex A. Gellio N. A. 17, 21. p. 414 sq. Conr. novimus, Zenonem hunc et Epicurum aequales fuisse, et cum Romani contra Pyrrhum bellum committerent i. e. fere a. U. 470. sive Ol. 124, 1 (284) floruisse. At secundum Saxium floruit Ol. 125, 2. (277 vel potius 279). v. Suidas s. v. Σωφρόνης Σωφρονίσκου. Hoc certum est et exploratum, eodem tempore Arcesilaum, Stratonem, Zenonem, Epicurum suae quemque familiae philosophorum praefuisse. Conf. Strab. 1. p. 28. A. Epicurus autem natus est Ol. 109, 3 (341). In universum Zenones tres nominat Diogenes Laertius: Eleatem, qui ab Aristotele dicitur dialecticam invenisse. Is erat Parmenidis auditor, v. Schol. ad Plat. Alcibiad. I. p. 119. A. (p. 73. ed. Ruhnk.) Floruit circ. Ol. 79. (circ. 463) v. Wachsm. A. Gr. 2, 2. p. 463. Natus erat versus Ol. 71. (v. 496) v. ibid. p. 473. Amicus Periclis, ibid. 1, 2. p. 64, 104. Interfectus est iussu Nearchi vel Demyli, tyranni Eleae v. ibid. 1, 1. p. 279. Alter fuit Citieus, Citii, Cypriae insulae oppido, natus, Polemonis Academici auditor, v. Strab. 13. p. 914. A. Cic. Fin. B. et M. 4, 2, 3. Acad. 1, 9, 34., Stoicae sectae conditor et princeps, Strab. 14. p. 1001. C. Cic. pro Muren. 29, 61. Fin. B. et M. 3, 2, 5. 4, 2, 3. Epist. ad Famil. 9, 22. init. Vol. 5. p. 387. ed. Schutz., ubi v. P. Manut. Vol. 2. p. 660 sq. ed. Richt. Acad. 1, 10, 25. 2, 42, 132. In Homero criticam factitabat, ut apparet ex Strabone 7. p. 458. B. 16. p. 1131. B. Zenonem in schola excepit Cleanthes, hunc Chrysippus, Strab. 13. p. 908. B. Apollonius,

Tyrius, philosophorum ab hoc Zenone profectorum et operum eorum indicem fecerat, teste eodem 16. p. 1098. D. Zenonis vitam conscripsit Diogenes Laert. 7, 1 — 164. Atheniensibus ita carus fuit et auctoritatis tantae, ut apud eum claves urbis deponerent, aureaque ipsum corona et imagine aerea ornarent. v. J. Lipsius Manuduct. ad Philos. Stoic. 1. dissert. 10. Tertius a Diogene memoratur Zeno Sidonius, Epicureus, quem Cicero audivit; cuiusque mentionem facit in Academ. 1. extr. Fin. B. et M. 1, 5, 16. de N. D. 1, 21, 58. Tusc. Dispp. 3, 17, 38. De quarto Zenone, Tarsensi, mox.

nam cum compresserat digitos. Hoc saepius narratur, ut a Sexto Empir. adv. Mathem. 2, 7. p. 289., rursus a Cicerone Fin. B. et M. (apud Meyerum falso: Acad.) 2, 6, 17., ubi v. Goer. p. 142*. Acad. 1, 8, 32. (Conf. 2, 47, 145.), denique a Quintiliano 2, 20, 7. Hinc diversa erat oratio philosophorum, adstrictior Stoicorum, fusa et dilatata Academicorum et Peripateticorum, v. Dialog. de oratt. c. 31. Cic. Brut. 31, 120. 25, 94. 30, 114. Eckstein. prolegg. ad dialog. illum p. 27. adn.

§. 114. *artis rhetoricae.* ἡ ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ.

ad dicendum. ad artem oratoriam.

trahi. hoc est, assumi. Schutz. v. §. 113. init. *Trahi* omnes libri scripti, qui quidem innotuerint; *tradi* Ern. cum Ven. 1. et Tul. „probante Eckhardo in Prolusione supra citata p. 10. et convenit haec lectio sequentibus: *habet docendi viam* — *tradidit praecepta* — *disciplina.*“ Bei. Verum hoc loco non de institutione, sed de usu ipso dialecticae disciplinae agitur. Or.

loquendi rationem. i. e. artem dialecticam.

duplicem — viam. Dialecticorum, ut Chrysippi, aut rhetorum, ut Aristotelis.

habuit. i. q. accepit ex disciplinis philosophorum. Sic codices sinceri Eins. Vit. Dr. Mon. Editiones ante Stephanum, qui e cod. suo interpolato, quocum facit Erl. et, ut videtur, Gu. 3., dedit *habet.* Eum autem omnes secuti sunt. Or.

spinosiora. Spinosiora Peripateticis pepererunt Stoici, maxime Chrysippus. vid. Finn. 4, 3, 6. 7, 4, 9. Stoicorum dumeta aspernatur Cic. Acad. 2, 35, 112. de N. D. 1, 24, 68. Iidem eximie dicuntur *dialectici* Tuscul. 4, 5, 9. Bei.

§. 115. *earum rerum.* Quas dialectici docent.

rudem. Lambinus addidit *oportere.* v. Herm. ad Viger. p. 745, 158., quem citat Meyerus.

illa antiqua. Aristotelis.

Chrysippi disciplina. multo spinosiore. Chrysippus, Stoicus, natus erat Solis, Ciliciae urbe, Stoicae philosophiae, ut dixi,

fundamenta iecerat Zeno Citieus, quem Cleanthes et Chrysippus exceperunt. Hic Athenas delatus Cleanthem audivit. Omnium eorum, qui Chrysippi disciplina utebantur, rursus celeberrimi facti sunt Zeno Tarsensis et Diogenes Babylonius, Panaetii magister, idem qui cum Carneade et Critolao ab Atheniensibus legatus Romam missus est. Chrysippo in Stoicorum schola successit Zeno Tarsensis. Chrysippi scripta extiterunt paene innumera, tantae illa varietatis, ut non modo omnes philosophiae partes, sed plures alias praeterea doctrinas amplecteretur. Scripsisse eum septingenta quinque volumina Diogenes Laertius et Suidas referunt. Hic quidem Chrysippum narrat natum esse Ol. 125, 1. (280), archonte Gorgia. Diogenes Laertius eum refert vixisse annos tres et septuaginta, mortuum autem esse Ol. 143. (circ. 207.) Consentit Suidas. v. Baguet. de Chrysippi vita et reliquiis (Lovanii 1822. 4.) §. I—IX. De eius arte rhetorica diverse sentiunt Cicero et Quintilianus, v. Baguet p. 254. §. CIII. Utrum vero ea, quae Cicero hoc loco memorat, Chrysippus in arte rhetorica an in alio libro tractaverit, non liquet, cum Baguetius praesenti loco Ciceronis in Chrysippeis uti neglexerit.

institutum. Noverit. sic Eins. Ven. 1. Vict. Grut. Ern. *institutam. Noverit* Vit. *eruditum. Noverit* Dr. *institutus noverit.* Gu. 3. Erl. Aldd. Iunt. Asc. sec. Lamb. Sch. Mey. Bei. Difficilis est optio. Nihilominus hic quoque codices sinceros sequi malui, Einsiedlensem ac leviter corruptum Vitebergensem, quam interpolatos. Praeterea verbo *Noverit* melius nova videbatur incipi comprehensio, ut est §. 44. *Noverit igitur hic quidem orator.* Eins. *Noverit primo.* Or.

copulatorum. Quae nos composita verba dicimus, ut infr. rursus 45, 154.

consequens. was mit einer jeden Sache vereinbar sey. v. Goerenz. ad Cic. Acad. 1, 5, 19. p. 31*.

squalidiora. Weil aber diese Dinge an sich unscheinbar sind, wird man ihnen durch den Vortrag eine schöne Einkleidung geben müssen. Squalidum dicitur, quidquid asperum, inaequale et non levigatum est, cui contrarium est nitidum. In squalore inest notio sordidi et turpis; in nitore notio ornatus et expoliti. vid. Doederl. lat. Synon. Vol. 2. p. 41.

CAP. XXXIII.

§. 116. *involuta rei notitia.* Eins. Gu. 3. Vit. a sec. man. (a pr. man. *involuntate rei n.*) Erl. Ceteri *involutae rei notitia.* Schutzii haec sententia est: etsi Cicero alibi etiam *res involutas* dicat, ut supr. 29, 102. et Topic. 2, 9. et al., tamen hoc loco eidem verbo, cui adhaeret *aperienda est*, tribui debere *involuta.*

Et confert Tusc. Disp. 4, 24, 53. *quae enim istarum definitionum non aperit notionem nostram, quam habemus omnes de fortitudine tectam atque involutam?* Probat Schutzii rationem Goerenz. ad Cic. Fin. B. et M. 4, 10, 24. p. 451[b]., quanquam eius argumentum levissimum est. Quum enim voces *rei notitia* unam notionem efficiant, perinde est, utrum *involutae* dicens copules cum *rei*, an *involuta* cum voce *notitia*. Praetuli tamen *involuta* propter librorum auctoritatem, atque ut paulo insolentius dictum. *Notio* volebat Schirach. ex loco Tusculanarum. Male, ut clav. Ern. docet s. v.

formae. species numero definitae.

partes. Species numero indefinitae. Specierum numero definitarum enumeratio dicebatur *divisio;* indefinitarum *partitio.* Velut ubi quaeritur, quibus constet respublica? respondetur partium; sin, quot sint formae reipublicae? respondetur formarum numero. v. Quintil. 5, 10, 63. Cic. Topic. 6, 30. 7, 31. Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 157. §. 14. 15.

§. 117. *quum explanatius.* Sch. ex Gu. 3. *tum explanatius.* „Equidem nondum pro certo pronuntiare audeo, sed videtur non recte *tum — tum etiam* scribi posse, quum harum particularum ratio, *etiam* addito, mutetur; quippe quae sic *non solum — sed etiam* valeant. Nollem certe nuper Orat. 33, 117. ex uno cod. *tum* mutatum, cum scribae in his toties in utramque partem turbent." Goerenz. ad Fin. B. et M. 1, 10, 34. p. 47ª. Atqui hoc ipso loco notio particularum *non solum — sed* aptissima est, nec necesse hic dicere: überhaupt — insbesondere auch. Quaero etiam, quid differat ab altera formula dicere *quum — tum etiam,* nec possum intelligere, cur aut Schutzius *quum* mutaverit, aut Goerenzius hanc mutationem reprehenderit.

§. 118. *nihil de morte.* Gu. 3. Sch. Or. 1. *de more.* Idque probabat Heusinger. Schutzio verba *de morte*, si genuina essent, loco suo mota videbantur, et post verba *nihil de dolore* ponenda. Et profecto eo loco leguntur de Orat. 1, 15, 67. *Sin quae res inciderit, in qua de natura, de vitiis hominum, de cupiditatibus, de modo, de continentia, de dolore, de morte dicendum sit* etc. Alteram scripturam *de more* Mey. ideo damnat, quia, si hoc significare voluisset, auctor scripturus fuisset *nihil de moribus.* Eaque mea quoque, primum haec legentis, sententia fuit. Sic locis, quae C. Beierus attulit Orat. 4, 16. de Orat. 1, 10, 42. Orellius cum Schutzio *morem* praesentis loci intelligebat non τρόπους hominum, sed τὸ ἔθος, morem maiorum, quo sensu vocabulum est de Orat. 1, 11, 48. et Paradox. 4, 27. *mos patrius.* *De more* autem Burchardius negat hoc loco significaturum esse, (si quis praeferat,) oratori disputandum esse de singulis

rebus, quae continentur more, sed tantum de dignitate atque auctoritate moris universe per se spectati. Esse igitur ait idem, quod *de vi religionis et moris.* Idemque ita pergit: „Ego plane non video, quomodo mos maiorum inter philosophiae locos referri possit, qui ab omnibus, atque ab ipso Cicerone in Topicis c. 5, dicatur pars esse iuris civilis. Male autem transponerentur verba *nihil de morte* post illa: *nihil de dolore.* Saepissime enim Tullius opponit inter se dolorem et voluptatem, ut maxime contraria. Sed ne post vocem *officio* quidem transponenda sunt: nam sermonis continuatio satis edocet, non mortem quamcunque, neque tanquam malum hic significari, sed eam, quam subire atque oppetere vel religio vel pietas vel patriae caritas postulet." His singulis excussis locus, quo verba *de morte* posita sint, vix cuiquam satis dignum argumentum videbitur, quo reiiciantur. Quidni enim auctor ea alio atque alio loco poneret, sicut fecit rursus loco, quem Orellius attulit, Paradox. Prooem. §. 3. *Cato enim duntaxat de magnitudine animi, de continentia, de morte, de omni laude virtutis, de diis immortalibus, de caritate patriae Stoice solet — dicere.*

Cap. XXXIV.

§. 119. *dixi supra.* c. 5, 15. „Proxima interpretabere ex 1. de Rep. c. 17." Bei.

§. 120. *quumque illa divina. Quum* sine *que* Vet. Gu. 3. Erl. Schutz. in ed. mai. Rhetoricorum, improbante Goerenz. ad Cic. Fin. B. et M. 1, 9, 29. p. 39[b]. et ad eundem librum 2, 9, 26. p. 160[a].

legitimarum — controversiarum. Has aliquis intelligat eas, quae ex scripto nascuntur. Quas quum hoc loco contrarias ponat civilibus controversiis, maxime auctor in mente habuisse videri possit eam speciem controversiarum legitimarum, quae dicebatur ex contrariis legibus, quas propterea Quintilianus *legales* dicit 3, 6, 46. Easdem autem, quas legales, idem 3, 6, 71. dicit *legitimas quaestiones.* De legitimis his controversiis seorsum agit Quintil. 3, 6, 23 — 3, 7. et nonnulla supra dixi ad c. 13, 45. Nec possum sequi Spaldingium, qui ad Quintil. 3, 6, 71. Vol. 1. p. 527. a Cicerone *legitimas controversias* intelligi putat res forenses, et addit locos pro Arch. c. 2. *in quaestione legitima* et Institutt. libr. 3. tit. 1. §. 14. *utroque enim iure tam naturali, quam legitimo.* Cicero enim h. l. legitimas discernit a civilibus controversiis: non sunt igitur legitimae intelligendae omnes res forenses, sed tantum causae publicae. Quare loco orationis pro Arch. additum est: *et in iudicio publico.* Cur autem legitimae controversiae intelligantur causae ex contrariis

legibus, profecto nulla ratio reddi possit. Quid enim Cicero has solas ex causis publicis, et non omnes publicas civilibus contrarie poneret?

civilium. in quibus de iure privatorum disceptatur.

maxime scilicet. am meisten, wie sich von selbst versteht. v. Excurs. 2. ad Gu. E. Weberi Uebungsschule f. d. lat. Stil p. 513. ed. sec.

sed etiam. Eins. Gu. 3. Erl. Ceteri *sed et.*, v. Hand. ad Tursellin. Vol. 2. p. 500.

imperiosorum. der Völker, die einst die Weltherrschaft besassen, oder darnach streben konnten, (ἀγερώχων). Ennius apud Cic. de Rep. 1, 2. (ed. Maii, Stuttgart. 1822. 8.) p. 8. *quemadmodum urbes magnas atque imperiosas, ut appellat Ennius.* Idem apud Augustin. de C. D. 15, 19. 19, 21., ut adnotavit Maius, Romam ipsam dicit *imperiosissimam civitatem.* „Vulgaris ratio est ad Famil. 5, 17, 3. *in nostra civitate et in ceteris, quae rerum potitae sunt.*" Or.

Attici labor. v. Cic. Brut. 4, 14. 15. 5, 19. (conf. Epistt. ad Attic. 12, 23. Vol. 5. p. 113 sq.) de Fin. B. et M. 2, 21, 67. C. Nepot. V. Attic. c. 18. Voss. de hist. lat. p. 50. Ex eo opere Attici sua chronologica Dionysium Hal. hausisse suspicatur Krueger. ad eius Historiogr. p. 261 sq., cui partim illorum locorum debeo.

conservatis. Guilielm. volebat *coacervatis.* Longe melius Matthiae in Cic. oratt. selectt. Vol. 2. p. 379. legit *observatis,* quod verum puto. Etsi Schirachius adnotavit: „Conservat ille tempora, qui quidque in historia suo loco ponit." Or.

id est semper esse puerum. Hoc sensu sacerdotes Aegyptii Herodoto dixerunt, Graecos semper pueros mansisse. Formulam *id est* Goerenz. ad Cic. Acad. 1, 2, 6. p. 10*. dicit haud raro poni pro *nihil aliud est quam,* velut hoc loco. Mihi quidem suam et consuetam vim haec formula hic quoque retinere videtur.

nisi memoria rerum veterum cum superiorum aetate contexitur. Eins. Vit. Dr. Palatt. Ven. 1. Med. Man. Grut. Ern. Or. „Quid est aetas hominis, nisi cum superiorum aetate contexitur? Quomodo autem contexitur? Memoria rerum veterum." Manut. Denn was ist das Zeitalter (Leben) Eines Menschen, wenn dasselbe nicht durch das Andenken und die Geschichte der alten Begebenheiten mit dem Zeitalter der Vorwelt in Verbindung gesetzt wird? Burchard. Erl. *nisi ea memoria rerum veterum cum superiori aetate contexitur.* Gu. 3. *nisi ea memoria rerum veterum cum superioribus aetate contexitur.* Vet. itidem habuisse videtur, sed ex eo tantum enotatum est *cum superioribus.* De Monacensi tacetur.

Cap. XXXV.

§. 121. *Res aut de vero.* Haec est iudicialis controversiae constitutio coniecturalis, quum de facto (*sitne*) quaeritur.

aut de recto. Haec est iuridicialis constitutio, cum quaeritur *quale* sit factum, sive cum de facto convenit, sed iure an iniuria factum sit, quaeritur.

aut de nomine. Haec est constitutio legitima, cum quaeritur, *quid* sit. Vid. supr. adn. ad c. 13, 45.

Verba. sic nunc dicit, quod alibi *scriptum*. Supple: verba controversiam faciunt aut de etc.

aut de ambiguo, aut de contrario. Vidimus in adn. ad c. 13, 45., Ciceronem de Inv. 2, 40, 116. controversiarum, quae in scripto versantur, quinque species ponere, at in Topicis c. 25, 96. modo tres species; in libris de Orat. 2, 26, 110. unam tantum speciem ponere, eamque ex ambiguo. Hic duas ponit, easque *ex ambiguo* et *de contrario*, quarum duarum haec videtur eadem, quam Topicorum loco dicit *ex scriptis contrariis.* Ergo uno ambiguo putandus est comprehendisse controversiam *ex ambiguo* atque *ex scripto et sententia*, sive, ut in Topicis est, *ex discrepantia scripti et voluntatis.* Et quidem verius est, duas ex scripto species poni, quam ut in libris de Oratore factum est, tantummodo unam speciem. Quum vero scriptum separaverit a constitutione legitima, secus fecit, quam scriptor ad Herennium, qui Tullianas species scripti attribuerit legitimae constitutioni. Cicero autem, qui scripti tres partes faciat: ex ambiguo, ex scripto et sententia, (quas duas ambigui nomine complectitur). et ex scriptis contrariis, de partibus sex, quas scriptor ad Herennium legitimae controversiae attribuit, suae legitimae constitutioni tres reliquas assignasse videri possit. Sunt autem hae tres reliquae: definitio, translatio, ratiocinatio. At ex his modo *definitionem* constitutioni legitimae reliquit c. 13, 45.

quid sit, definitionibus. Hinc apparet, cur distinctionem fecerit controversiarum *ex re*, quo praeter signa et recti pravique partes definitio pertinet, et controversiarum *ex verbo*, quo unum scriptum pertinere consentaneum est. *Translatio* et *ratiocinatio*, si verum quaeras, ad nullas earum quaestionum pertinent, quibus aut *sitne*, aut *quid* sit, aut *quale* sit, quaeritur, sed ad actionem et iudicium (Gerichtsverfahren) pertinent. Quapropter certe translationem iam de Inv. 2, 40, 116. ex partibus controversiae scripti omisisse putandus est.

aliud in sententia — aliud in verbis. Hoc ipsum habet locum in controversia tum ex ambiguo, tum ex scripto et sententia, ut patet exemplis, quae posui in adn. ad c. 13, 45.

ex praeterito verbo. „Scil. quo addito res plana futura erat.“ Ern. Die Zweideutigkeit entsteht gewöhnlich durch die Auslassung eines Wortes. Exemplum dedi in adn. ad c. 13, 45. in controversia ex ambiguo, ubi si in testamento post *quae volet* additum esset vocabulum *uxor*, nulla lis fuisset.

res duas significari videmus. Velut in exemplo, quod modo attuli, alter defendebat significari: *quae volet uxor mea*, alter: *quae volet heres.* Eademque erat ratio exempli controversiae ex scripto et sententia, quod dedi ibidem ex Bruto c. 52, 195., quum Q. Scaevolae scriptum defendenti M. Curius heres non esse, L. Crasso ab aequitate loquenti heres esse debere videretur.

§. 122. *duplices loci.* Nonius v. *loci.*

uni e rebus ipsis, alteri assumti. πίστεις ἔντεχνοι καὶ ἄτεχνοι. v. Schott. ad Dionys. Hal., qui fertur A. Rh. p. 176. adn. 217. et Maercker. de Theodect. p. 45. adn. 15. Hoc duplex argumentationis genus quale sit, non melius cognosci potest, quam exemplis apud Cic. de Orat. 2, 39. 40. In usu forensi tres probationum genera distinguebant; indicia, testes, quaestionem, v. E. Platner de iis partibus libr. Cic. rhett., quae ad ius spectant (Marburg. ed. 2.) Cap. III. p. 20.

tractatio rerum. Per quam ἐγκατάσκευος φράσις fit, et quae tota a prudentia et ab ipsa arte oratoris est. Res autem nudae sine tractatione sive ἐν ἀποιήτῳ διαλέκτῳ elatae nullam vim habent ad animos audientium.

nam ipsae quidem res. Nam causa ipsa facile ex litigante sive cliente cognosci potest. „Tractatio rerum, quae sine philosophia et peritia iuris civilis etc. recte fieri non potest, opponitur simplici cognitioni rerum in facto positarum, quas facillime patronus potest a cliente in cubiculo suo discere. Vid. orat. pro M. Aemilio Scauro 2, 7. §. 26. Ideoque haec *sine arte* appellantur in Partitt. oratt. 14, 48. De his autem, quae artis sunt, agit Quintil. 9, 2. p. 130. 133. ed. Bip.“ Bei. ad Cic. oratt. fragmm. p. 153 sq.

Quid enim iam sequitur. Series sententiarum haec est: Pauca sunt genera causarum; pauca item praecepta argumentorum. Res perfaciles sunt ad cognoscendum; gravissima est tractatio rerum, ad quam iam omnia, quae in arte praecipiuntur, pertinent. Quid enim iam sequitur, de quo quidem praecepta dentur, (*quod quidem artis sit*), nisi, quod ad tractationem refertur, ordiri orationem sive exordium, propositio, partitio, argumentatio, peroratio? De his partibus orationum v. A. Matthiae Theorie des lat. Stils p. 56 sqq. et Maerck. de Theodect. p. 13 sq.

erigatur. Sc. ad audiendum. Conf. Brut. 54, 200. 84, 290. Acad. 2, 4, 10. Male a Brewero refertur ad animum augendum. Bei. worin der Zuhörer auf den Gegenstand der Rede aufmerksam gemacht werden soll.

aut paret se. Ern. dedit *ut paret se.* „Sic, ait, fidenter correxi vulgatum *aut;* nam hoc *parare se ad discendum* pertinet non ad oratorem, ut praecedentia, sed ad auditorem, qui erigendus est, ut paret se ad discendum, ut velit audire. Similis forma orationis sequitur: *rem breviter exponere — ut, quid agatur, intelligi possit. Aut* et *ut,* praesertim in vicinia, saepe confundi reperi in libris. Miror, hoc nec Victorium nec Lambinum vidisse." Ernestium Schutzius arguit lectionem omnium librorum et scc. et edd. *(aut)* temere mutavisse. „Tria enim, ait, quum sint, quae praestare debeat exordium, ut benivolum, ut attentum, ut docilem faciat auditorem, primum verbis: *aut concilietur auditor*; alterum his: *aut erigatur;* tertium illis: *aut paret se ad discendum* exprimitur."

adversaria. Memorabilis, nec tamen recipienda est lectio Erl. *adversarii.* Hoc sc. significaret ea tantum argumenta evertere, quae ab adversario afferuntur. Sed plus est *adversaria* evertere, quia hoc ea quoque amplectitur, quae in mentibus atque opinione iudicum vel omnino deliberantium adversari possunt oratori. Or. *Adversarii* vel propterea admitti nequit, quia non habet hic genitivus, unde pendeat.

argumentationibus ita concludendis. indem er die Beweise so führt. Hoc moneo propter ea, quae statim sequuntur: nam *argumentationem concludere* non aliter dicitur, quam *perorationem concludere.*

perorationem — concludere i. e. extremum orationis suae facere; adhibita peroratione orationem concludere. Conf. Sestianam 65, 136. pr. et huius libri 62, 211. pr. Schirachius habuit pro simili pleonasmo, quo coniugata iunguntur, *perorationem perorare.* Certe Quintiliano 6, 1. *peroratio* eadem dicitur *conclusio.* Schutzius e coniectura scripsit: *omnia peroratione animos inflammantem restinguentemve concludere* coll. de Orat. 1, 14, 60. 51, 219. Bei. Recte etiam Burchardius reiecit Schutzii coniecturam. Or.

inflammantem. cum orator accusat. Et hic accusativus subiecti est: oratorem, dum inflammat, concludere. Non est autem opus, ut *animos* suppleatur: dicitur enim etiam *rem inflammare,* ut supra c. 28, 99. Proinde dicitur etiam *inflammare perorationem.*

restinguentemve. cum orator defensoris partes agit. Hic quoque videlicet accusativus subiecti est.

Cap. XXXVI.

§. 123. *satura.* Non a colore Schirachius, sed a lance repetere debebat metaphoram. Bei.

§. 124. *incensa.* Sic Eins. Vit. Dr. Erl. Vet. Palatt. Grut. Ern. Cum Schirachio, Burchardio, Beiero, qui conferri iussit §. 99. *non praeparatis auribus inflammare rem,* et Billerbeckio nunc praetuli *incensa,* reiecta altera lectione *intensa.* Gu. 3. Ven. 1. 2. Med. Vict. Man. Lamb. Sch. Mey., quum praesertim, notantibus Forcellino et Burchardio, haec forma vix sit Tulliana, unde iam in marg. 1584, proponitur *intenta* i. e. inflata, tumida, ut explicavit Nizolius. Or. Quintil. 4, 1, 58. *illud ex praeceptis veteribus manet, ne quod insolens verbum, ne audacius translatum, ne aut ab obsoleta vetustate aut poetica licentia sumtum in principio deprehendatur.* Mey. *explicatae dilucide.* Mey. *dilucidae* recepit ex Med. Crat. Sic etiam Erl. Sed conf. eodem prorsus positu de Divin. 1. §. 117. *ea ratio, quae est de natura deorum a te secundo libro explicata dilucide.* Et *dilucide* praebent Eins. et codices Meyeri. Or.

si tenuis causa est. Sic egregie Vit., ut in sqq. singulari numero est *causa.* Vulgata lectio *si tenues causae* orta est ex compendio *e* cum linea pro *est;* deinde *tenuis* in *tenues* mutatum. Mira autem hoc loco corruptela Eins. raro talibus erroribus inquinati: *dilucide. Divisimus clare: tum etiam.* Id.

idque ita tenebitur. Gu. 3. *id quod ita ten.* Et ita Schutzius in ed. mai., improbante Goerenz. ad Cic. Acad. 2, 13, 42. p. 80[b]. Saepe enim *que* cum pronomine demonstrativo iunctum consecutionem adiuvare, pro *et sane* positum. „Sententia haec est: Servandum hoc praeceptum eatenus, ut cum rerum pondere augeatur orationis gravitas. Conf. nos ad orat. pro Tullio 6. p. 13[a].“ Bei.

Cap. XXXVII.

§. 125. *duplex omnis eius ornatus.* Schutzius expulit vocem *omnis.* Malim equidem *orationis eius* i. e. eiusmodi vel talis. *Orationes* et *omnes* ex compendio confundi observat Heinrichius ad orat. pro Scauro p. 45[b]. Bei. In suo exemplari idem uncis seclusit vocem *omnis,* quod quid hoc loco significet, neque ego exputare possum. Sane placet Beieri coniectura ingeniosa. Or. Non placet mihi: nam *omnis* rectissime habet. Hoc enim dicit scriptor: Duplex erit omnis oratoris ornatus, qui admirabilem reddit orationem. Duo sunt thesis et amplificatio; *duo sunt* (§. 128) τὸ ἠθικὸν et τὸ παθητικόν. Duplex est ornatus verborum et singulorum et collocatorum (§. 134); duplex item est genus figurarum, et orationis (§. 135) et sententiarum (§. 136.)

ascendit. Schutzius edidit *escendit*, quum e Gu. 3. enotatum reperisset *descendit*. Sed videtur ipse V. D. in Lex. Cic. s. v. *Ascendo*. Bei. adde Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 48. et in Scholiis ad Sueton. p. 93.

actuosae. Sic dicuntur, quia *motus est in his orationis atque actus*, ut ait Quintil. 9, 2. p. 131. ed. Bip. Bei. Qu. 9, 2, 4. Actuosus respondet Graeco vocabulo πρακτικός, significat animum ad agendum propensum, v. Doederl. lat. Synon. Vol. 1. p. 123. Cic. de N. D. 1, 40. init. Graeca verba πρακτική ἐστιν ἡ ἀρετή convertit *virtus actuosa*. Conf. de offic. 1, 6, 19. *virtutis enim laus omnis in actione consistit.* Cic. de Orat. 3, 26. 102. de actione histrionis: *quam leniter? quam remisse? quam non actuose?* Schutz. in el. Cic. s. v. actuosus: glänzende und gleichsam handlungsvolle Theile der Rede. „Hoc est, ait, in quibus orator summam potest vim eloquentiae expromere.“ Idem s. v. luminosus: zwei Stücke zeichnen sich durch ihren Glanz und ihre kräftige Wirkung besonders aus. add. Censorem Krebsii Antibarbari in Zimmermanni Ztschr. f. Alterthumsw. fasc. 4. 1837. p. 371. Apud Nonium in *iactanter* et *luminosum* est *iactuosae*, nullo sensu et tamen probante Robortellio Thes. crit. 2, 45. apud Gruterum in Fac. crit. Vol. 2. p. 114. „Sed praecedentis vocabuli *quasi* ultima litera in errorem Nonium traxisse videtur, ita ut legeret *iactuosae* pro *actuosae*. Nam illud vocabulum a nullo alio scriptore refertur etc.“ Mey. De vi et nomine figurarum v. Schott. ad Dionys. Hal. A. Rh. c. 8. p. 108.

ut supra dixi c. 14, 16.

αὔξησις. Amplificatio. „*Quae rem dicendo supra fert quam fieri possit* Orat. 40, 139. *veritatis superlatio* de Orat. 2, 53, 203.“ Bei. Imo haec est figura hyperbolae. Vocum αὔξησις et *amplificatio* apud rhetores multiplex sensus est. Nam I. amplificatio dicitur omnis λόγος μέγεθος περιτιθεὶς τοῖς ὑποκειμένοις, v. Ern. technol. Gr. rhett. p. 48. De ea sic disserit Cic. de Orat. 3, 26, 104. *Summa laus eloquentiae est, amplificare rem ornando, quod valet non solum ad augendum aliquid et tollendum altius dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abiiciendum.* Adhibetur autem ad fidem faciendam, ad explanandum aliquid, ad animos vel conciliandos vel concitandos, in quo postremo amplificatio potest plurimum. Ad amplificandum ergo nihil accommodatius est, quam laudare et vituperare cumulatissime posse. Amplificatio autem optime fit per thesin et communes locos, in quibus quia de universa re tractatur, minus contra dici quidquam aut solet aut potest, quam quum oratio ad propria temporibus et personis refertur, v. ibidem 3, 27, 104—107.

Quia autem perorationis maxime est, auditorem incendere, amplificatio per locum communem plerumque in conclusione orationis sumitur, v. de Orat. 2, 81, 332. Aristotel. A. Rh. 3, 19. scriptor ad Herenn. 2, 30, 47. Omnes modos amplificandi persequitur Quintil. 8, 3. extr. et 8, 4.

II. Alia est αὔξησις, non tam late patens, sed genus figurae, quod *incrementum* a nonnullis dicitur, quum a minori ad fortius progressio fit, sed non repetito, ut in climace sive gradatione, prioris sententiae vocabulo, velut apud Cic. Catil. 1, 1, 2. *Vivit? imo etiam in senatum venit, fit publici consilii particeps, notat et designat oculis ad caedem unumquemque nostrum.* De hoc modo amplificationis et cognatis agit Quintil. 8, 4, 3. sqq. conf. Matth. Theorie des lat. St. p. 45... In his est figura *parrhesiae* de Orat. 3, 53, 205. *ut liberius quid audeat augendi causa* et *indignatio* ibidem, (conf. C. Beier. ad Cic. oratt. fragmm. p. 5.) dein *ratiocinatio*, de qua v. Quintil. 8, 4, 3 — 5. 15. Dein διατύπωσις sive *descriptio* de Orat. 3, 53, 205. *vel gravissimum lumen augendi, descriptio*, ubi v. Harles. Dein figura, dicta *congeries*, apud Quintil. 8, 4, 26 sqq., quam ibidem §. 27. discernit a *coacervatione* per synonymiam. De hac agit idem 9, 3, 45. De aliis figuris amplificationis ibidem est et 9, 2, 3. Cum tota disciplina figurarum valde conturbatur iisdem figuris modo varia nomina tribuendo, modo varias figuras uno nomine appellando; tum recentiores saepe peccant, nomine generis varios modos amplificationis nominantes, velut climacem P. Manutius ad Cic. pro leg. Manil. c. 3. p. 320*. ed. Richt. *amplificationem* dicit, quanquam climax est inter figuras amplificationis. In universum tenendum est, tum veteres tum recentiores auxesin sive amplificationem et genus et species generis appellare. Velut idem Manutius facit in eo genere coacervationis, quod iam supra memoravi, quod Aquila Rom. de Figuris c. 38. p. 180. ed. Ruhnk. *synonymiam* nominat, quodque Corticanus de tropis et figuris p. 103 sq. *exergasiae*, quam dicit, attribuit, ita loquens: „Exergasia angustiorem notionem habet, quam amplificatio, quae fit per omne genus notionum, sive genere differentium, sive uni generi subiectarum, quin etiam per translationes. At exergasia intra synonyma coercetur: ea enim notiones primariae explicantur per notiones genere propinquas, idque fit rerum illustrandarum causa. Exergesia in tautologiam degenerat, cum notiones iuxta positae ita inter se affines sunt, ut nullus ornatus ex notione adiecta oriatur. Frequentissime haec figura per appositionem fit. Quale est hoc Herderi: Ein St. Johannes-Glaube, Zutrauen, Festigkeit und Lieb und Wahrheit." Eiusdem igitur figurae exempla sub nomine amplificationis habet

P. Manut. ad Cic. divin. in Caecil. c. 3. p. 105[b]. ed. Richt., velut ex Cic. Catil. 2, 1, 1. *abiit, excessit, evasit, erupit.*

III. Rursus αὔξησις a Longino περὶ ὕψ. 12, 2. dicitur eadem figura, quae Demetrio de Elocut. §. 280. et aliis ἐπιμονή, de qua infra ad c. 40, 137. super verbis: *ut verset saepe multis modis* etc. dicebatur.

§. 126. *proprii singularum esse debebunt.* Hoc est, ita tractari, ut illi causae proprii esse, non loci communes videantur, itaque contexi cum causa, ut eius partes et nati e causa, non illati videantur. Ern. Cic. de orat. 3, 26, 106: *Consequentur etiam illi loci, qui quanquam proprii causarum, et inhaerentes in earum nervis esse debent; tamen quia de universa re tractari solent, communes a veteribus nominati sunt.* Velut in depeculatorem, in proditorem, in parricidam dicere oportet confirmatis his criminibus, quibus non confirmatis loci illi mere communes atque inanes sunt.

totas causas saepe continet. *Continere* proprie dicitur de eo, quod praecipuum est et rei caput. Cic. de divin. 1, 51, 117. *sint haec, quae quaerimus, faciliora: continet enim totam hanc quaestionem ea ratio, quae est de natura deorum.* de Fin. 4, 6, 14. *nunc videamus, quaeso, de summo bono, quod continet philosophiam.* Acad. 2, 33, 107. *sed illa sunt lumina duo, quae maxime causam istam continent.* Hand. ad Wopkens. Lectt. Tullian. p. 58. Thesis huius argumenti: iurisperiti an militaris viri laus maior sit? magna pars est argumentationis in or. pro Muren. 9. §. 19—30., ut observatum est a Quintiliano 2, 4, 24.

de vero. Hoc est, praeterquam ubi constitutio coniecturalis locum habet, sive ubi *sitne* quaeritur et de facto speciali quaestio est. Haec enim pars locum communem praecedere debet.

§. 127. *elegans.* gründlich, gelehrt, cui iam contrarie ponitur id, quod populare dicitur i. e. gemeinfasslich. Epicureorum philosophandi ratio, quae minus dialectica esset, eadem magis populari intellectui accommodata videbatur.

nervosius. affectvoller, aufgeregter, mit mehr Leidenschaft und Kraft. Contrarium est *remissius.*

leniter. begütigend, entschuldigend, rechtfertigend. Haec est commendatio sive purgatio.

aspere. empfindlich. Haec est laesio.

infinite. continenter.

Cap. XXXVIII.

§. 128. *Duo sunt etiam.* Cohaerentia sententiarum haec est: *Duplex omnis* (oratoris erit) *ornatus admirabilis — duae sunt maxime luminosae et quasi actuosae partes* (§. 125.) *Duo*

sunt etiam, quae bene tractata etc. *Etiam* servant Aldd. Crat. Steph. Lamb. Or. 1. et eo. oratio vel carere potest. Omittunt Eins. Vit. Dr. Ven. 1. Man. Grut. Brn. *Duae res sunt enim* Vet. Gu. 3. Erl., in qua scriptura Schuetzio latere visum est: *duo restant*, idque recepit probante Beiero.

faciant. Hoc est, facere possint. Goerenz. ad Cic. Acad. 2, 22, 70. p. 131*. „Orat. §. 163. *Duae sunt igitur res, quae permulceant aures.* §. 185. *omnino duo sunt, quae condiant orationem.*" Mey. His locis coniunctivi non alia vis est, quam in formula: *sunt, qui dicant.*

ἠθικὸν — παθητικόν. Conf. Aristot. A. Rhet. 2, 1. Cic. de Orat. 2, 43. 44. Quintil. 6, 2. „In comoedia nec non in mimis, tanquam in speculo vitae quotidianae, dominatur quidem τὸ ἠθικόν, sed, si irati vel amore furentes, vel avari, vel aliis animi motibus concitati verbis sunt exprimendi, locum habet etiam τὸ παθητικόν. — Non ἤθη tantum servant Comici, sed et movere possunt τὰ πάθη. — Ἠθικώτατος est Terentius. — Sed et τὸ παθητικὸν altera interdum formula designatur, estque ἠθικὸς λόγος *oratio* quae dicitur *morata*, sive viva et animata, quae mores et indolem hominum exprimit." Valckenar. ad Theocrit. Adoniazus. p. 329. B. sq. Quod dicit, τὸ ἦθος etiam alteram partem, quae est τὸ πάθος, complecti, id ita est in doctrina τοῦ ἠθικοῦ apud Hermogenem περὶ ἰδεῶν 2. p. 210 sq. ed. Sturm. et apud Dionys. Hal. A. Rhet. c. 10., cuius praecepta simul τὰ πάθη comprehendunt. Etenim τὸ ἦθος rhetores antiqui partim ad ipsum dicentem referebant, partim ad eum, de cuius vita, virtutibus, rebus gestis, consiliis loquebantur, partim ad audientes. Videbant animos audientium oratori hoc maxime conciliari, si oratione bene morata uteretur; nec oportere ab oratore eorum ἦθος negligi, quorum res gestae, institutaque et mores argumentum orationi suppeditarent; nec posse orationem ad audientium animos sibi viam munire, nisi illorum quoque indolem orator perspectum haberet. v. Orat. c. 35, 123. de Orat. 3, 55, 211. Atque Dionys. H. A. Rh. 10, 1—3. duo genera τοῦ ἤθους constituit, quorum alterum appellat τὸ ἓν μέγα ἦθος, quod per totam orationem servari oporteat, alterum ἤθη πρόσφορα τοῖς ἑκάστοις ὑποκειμένοις προσώποις dicit. In eadem arte c. 11, 1—3. illud prius genus dicitur ἦθος κοινόν, alterum ἦθος ἴδιον sive ῥητορικόν. In hac tota praeceptione rhetores notionem τοῦ ἤθους non ad ea tantum referunt, quibus cogitandi, sentiendi, agendi ratio significatur, sed etiam ad singulos animi sensus et affectus, qui oratione vel exprimuntur, vel concitantur, velut cum Dionysius A. Rh. c. 10, 1. p. 284. iubet oratorem τῷ ἤθει μεγίστῳ per totam orationem primas partes tribuere, reliqua vero, ut τὰ θυ-

μικὰ, τὰ οἰκτρὰ, τὰ ἐπίφθονα ita adhibere, ut ab illo pendeant. Ille latior ambitus vocabuli *ἦθος* apparet etiam ex loco p. 282., ubi auctor oratores reprehendit, qui epilogos sive perorationes animis movendis praecipue accommodatas existiment, *δέον καθόλου τοῖς ἤθεσι διαγωνίζεσθαι, ὥσπερ σώματι ψυχὴν πλέκοντας τὰ ἤθη τοῖς πράγμασιν* i. e. *cum omne potius orationis certamen moribus perfici debeat, ita ut argumenti ipsius tractationi eodem modo coniungantur, quo corpori animus est coniunctus.* Illos vero oratores satis habere *φωνὰς ἠθικάς τινας* i. e. *voculas quasdam sensuum et affectuum indices* ad perorationem adhibere, eodemque omne studium audientium animos et conciliandi et permovendi conferre. Sic fere A. Schott. ad Dionys. Hal. A. Rh. p. 278. 282. adn. 10.

ad naturas. Schutzius e Gu. 3. Erl. Ven. 1. 2. Med. Lamb. scripsit *ad naturam.* Sic etiam c. 40, 139. ed. Ven. substituit *naturaeque imitatio.* De hac conf. 4. ad Herenn. c. 50. praecipue §. 65. Bei. Se. diversas hominum naturas intelligit ut §. 139. Nihil igitur mutandum, nec Beier recepit *naturam.* Pluralem habent Eins. et codices Meyeri. Or.

§. 129. *de statu — deiecimus.* Ich brachte sie ganz aus der Fassung. Sumtum est a gladiatoribus, v. interpp. ad Dial. de oratt. c. 26.

pro familiari reo. Pro Verre, qui erat Q. Hortensio admodum familiaris, ut patet e Verrinis, maxime actione prima in Verrem. Ern. v. divin. in Caecil. c. 7.

Catilina. De orationibus in istum habitis adi Hand. s. v. Cicero p. 218 sq. H. Wolff. Catilinae coniuratio ex fontibus narrata. Gleiwitz 1830. 4.

Curio pater. Cic. Brut. 60, 217. *Memoria autem* (Curio) *ita fuit nulla, ut aliquoties, tria cum proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quaereret. Qui in iudicio privato vel maximo, quum ego pro Titinia Cottae peroravissem, ille contra me pro Ser. Naevio diceret, subito totam causam oblitus est, idque veneficiis et cantionibus Titiniae factum esse dicebat.* Hic C. Scribonius Curio consul erat cum Cn. Octavio M. F. a. U. 678 (76), atque idem, in quem oratio in Curionem et Clodium a. U. 692 (62) idibus Maiis habita est, de qua oratione v. Hand. s. v. Cicero p. 221 *. et Beier. ad Cic. oratt. fragmm. p. 72. adn. *). De Curionibus autem tribus eo tempore illustribus vid. vetus argumentum orationis in Cur. et Clod. p. 86. ed. Beier. ibique Mai adn. 8.

§. 130. *de miserationibus.* Margo Lambin. 1578. *commiserationibus.* Sed conf. c. 38, 131. de Orat. 2, 47, 196. Respi-

cit hunc locum Scholiastes Ambrosianus ad orat. pr. Plancio c. 31. Bm.

perorationem mihi — relinquebant. Etenim eo tempore consuetudo evaluerat, ut saepe non unus in una causa loqueretur, sed causas inter se plures, nonnunquam quatuor quinque et vel sex, partirentur. F. Handius l. c. p. 213. vers. fin. monuit, quam vim haec nova consuetudo in eloquentiam habuisse debuerit, cum hac plurium contentione necesse fuerit, ut solertia oratorum novas quasdam placendi vias circumspiceret, quo consilio saepe nihil nisi summum animos permovendi studium et argutae novitatis illecebrae restarent. Peribat itaque fides, veritas, humanitas, dolor, quibus captus Demosthenes et in orando et per totam vitam sibi constiterat. De illo usu alicui perorandi partes concedendi vide or. pro A. Cluentio c. 70., ubi *vetus institutum* dicitur, pro Muren. c. 4., pro P. Sextio c. 2., pro L. Corn. Balbo c. 1., Brut. c. 51, 190. Cicero ipse damnat, quod causae singulae a pluribus defendantur in Brut. c. 57, 207. et M. Antonii nomine in libr. de Orat. 2, 7, 313. vid. P. Manut. ad Cic. divin. in Caecil. c. 15. p. 122 sqq. ed. Richt. et quos C. Beier addit, Ascon. argum. orat. pro Scauro et Tacit. Dialog. de oratt. c. 38. pr.

dolore. durch die eigene Rührung. Horat. A. P. v. 101.:

Ut ridentibus adrident, ita flentibus adflent
Humani vultus: si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi etc.

Quintil. 6, 3, 26. Cic. de Orat. 2, 45.

me enim ipsum poenitet. Denn ich bin mit mir selbst unzufrieden, dass es nicht mehr ist. Hoc dictum est cum respectu ad Terent. Heautont. 1, 1, 20.

At enim me quantum hic operis fiat, poenitet.

Hoc est, dolet mihi tam parum operis fieri, ut Bentl. interpretatur. Sic Vet. Erl. Pithoe. Palatt. duo, omisso tamen *enim.* Ceteri, et in his Eins., *me enim ipsum non poenitet.* Ern. delevit *non,* quod et in scriptis duobus non repertum fuisset, et manifesta allusio sit ad locum Terentianum, et formula modeste de se loquentis, quum negatio addita iactationem habeat a Cicerone et hoc loco alienam. L. Crassus apud Cic. de Orat. 3, 9, 32. aeque modeste loquitur: *quamquam memet mei poenitet.* At quam diversa res et conditio fuit, quum Cic. ad Attic. 12, 18. Vol. 5. p. 122. scriberet: *quod me ipse per literas* (legendo, commentando) *consolatus sum, non poenitet me, quantum profecerim. Moerorem minui; dolorem nec potui, nec, si possem, vellem. sed apparent in orationibus.* Oratio leviter anacolutha

est. Debebat ita dici: *quae qualiacunque in me sunt, apparent in orationibus.* Propter sententiam interpositam: *me enim ipsum — quanta sint*, orationem continuavit per *sed*, magis cum respectu sententiae interpositae, quam primariae: *me enim ipsum poenitet, quanta sint, sed* quid alii iudicent, ipsi viderint; *apparent enim in orationibus, qualiacunque ea in me sunt.*

spiritu illo. Conf. ad Attic. 1, 16. *Clodium praesentem fregi in senatu, cum oratione perpetua plenissima gravitatis, tum altercatione eiusmodi, ex qua licet pauca degustes. Nam cetera non possunt habere neque vim neque venustatem, remoto illo studio contentionis, quem ἀγῶνα vos appellatis.* Mey.

§. 131. *excitato reo nobili.* Num Sestio? vid. Orat. pro eo 69, 144. 146. Bei. Verum Sestii filius non erat parvus, sed praetextatus iam: unde rectius Billerbeck. intelligit de Flacci filio. v. Orat. pro Flacco in fine. Or.

plangore et lamentatione. Mit den lautesten Ausdrücken des Mitleids, ἀμύχαις καὶ κόμμῳ. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 3. p. 154.

sed etiam est faciendum. Sic Eins. codices Meyeri. E Gu. 3. et Erl. Schutz. ac Meyerus dederunt: *sed est faciendum etiam.* Contra Beier, secutus Goerenzium ad Legg. p. 237., in adn. ad or. pro Tullio §. 8. p. 16. et in exemplari suo delevit *etiam.* Or.

duriorum. von den stärkeren Rührungen.

accusatio. Verris.

§. 132. *incitari.* Lambinus volebat *irritari.* Sed conf. Brut. 23, 89. Bei.

perfectum. sc. modum.

extimescerem. Iunge cum verbo *dicerem*, neutiquam vero, quo Brewerus retulit, cum *si.* Nec displicet, quod est in Gu. 3. [Vet. et Erl.] *pertimescerem.* Conf. c. 3. extr. Sed 28, 98. adfuit *non extimescet.* Bei. und ich würde nicht, wenn die Sache sich wirklich so verhielte, den Vorwurf der Anmassung fürchten.

magna vis animi. die starke Regung des Gemüthes.

ardens. heftig bewegt, ergriffen. „Alludit ad haec verba Commentator vetus Horatii ad Epist. 2, 3, 100. p. 625. ed. I. Dousae L. B. 1597.:

— *Si vis me flere, dolendum est*
Primum ipsi tibi

ut Cicero: *Ardeat orator, si vult iudicem incendere.*“ Mey.

Crassi perpauca sunt, i. e. Crassi, a quo huius virtutis oratoriae exempla sumi possent, perpaucae extant orationes; Antonius nullas reliquit scriptas. Conf. de Orat. 2, 20, 8. Interpretes

haec parum intellexerunt. Dicebat melius quam scribebat item Galba, de quo v. in Bruto c. 24. Graeca autem inculcantes ridentur Offic. 1. §. 111. Bri.

nec ea iudiciorum. und nicht gerichtliche Reden.

§. 133. *suspicemur.* Interpretes accipiunt pro *possumus suspicari*, quum dicatur pro: suspicio nobis sufficiat. Id.

perpetuae dictionis. und zwar von Einem Stück, in welchem durchaus Einerlei Diction herrscht. Nihil prorsus huc pertinet locus Aquilae Rom. p. 157. ed. Ruhnk. c. 18. et Ern. lex. rhet. v. *perpetuus*, quem attulit Meyerus opinatus *perpetuam dictionem* intelligendam esse periodicam sive conclusam et terminatam. Vid. Orat. §. 110. 111.

in Ctesiphontis iudicio. or. pro Cor. §. 299 sqq. p. 325, 22. Reisk. (p. 292. Bekk. p. 347. Tauchn.)

includi sic potest. füllt das Ideal so aus, erreicht es so. v. adn. ad c. 5, 19.

Cap. XXXIX.

§. 134. *forma ipsa.* der dieser Gattung eigenthümliche Ausdruck. v. adn. ad c. 11, 36.

ex ipsis. Est pro *ex iis ipsis*, vel *ex iis*. Inde hoc loco non ius erat *ipsis* in *iis* mutare. Goerenz. ad Cic. Fin. B. et M. 2, 28, 93. p. 261*. *Ex his* Gu. 3. Erl., quod ipsum non displicebat Goerenzio l. c., sed necessario hoc loco requireretur *ex iis*, ut dedit Schutz. in ed. mai. Lambini scriptura *ex iis ipsis*, per se ipsam sane rectissima, coniecturae duntaxat deberi videtur. Ceterum de universa hac quaestione, utrum *ipsum* etc. ponatur pro *id ipsum* nec ne, et ubi illud locum habeat, subtiliter disputavit Hand. ad Wopkens. Lectt. Tull. p. 391. Mihi, vere ut dicam, hoc loco magis arridet *ex iis ipsis*, quam *ex ipsis*, etsi firmatum ab Eins. Vit. et Dr. Illud enim haud animadvertit Hand., et facillime plerisque in locis *id* ante *ipsum* etc. excidere potuisse, ut excidit *illi* ante *ipsi* in solo Gu. 3. §. 145., ut Tusc. Dispp. 4. §. 58. cod. Rehdig. prorsus similiter habet *in ipsis* pro Wolfii scriptura *in iis ipsis*, quam nunc praefero ceterorum lectioni *in his ipsis*; et pronos fuisse Italos librarios ad mutandum pronomen *is* in *ipse*, suam consuetudinem in pronomine esse secutos. Or.

supra dicta sunt. c. 24, 80.

propter similitudinem. die wegen der Bilder die Phantasie in etwas Anderes versetzen und zum eigentlichen Gegenstand wieder zurückversetzen. „Prosae orationis est cognitionem rerum afferre: itaque tropi, quibus utitur, tales sunt, ut res, a qua petita est translatio, ad cognitionem rei, ad quam adhibetur,

referri debeat. In poesi vero, quae animum libero cogitationum usu oblectare studet, haec est troporum vis, ut res, quae tropice per aliam rem significatur, per eam rem, unde ducta est translatio, ad animi sensum variis cogitationibus excitandum adhibeatur. Exemplo haec declarabimus. Lucere virtutem hominis alicuius et prosae orationis scriptor et poeta dicere potest, sed uterque suo quodam modo dicit. Nam in prosa oratione tropus unice cognitioni inservit: quare si qua praeclara res lucere dicitur, tantum ex hac lucis significatione ad rem istam transfertur, quantum ad eius cognitionem opus est. Est autem hoc id, in quo cernitur similitudo. Lumen conspicuum est, conspicua est egregia res. Itaque lucere est conspicuum esse. In poesi vero quia tropus ad animi lusum refertur, non solum illud spectatur, quod lux cum illa re commune habet, sed ad ea quoque animum attendimus, quae propria sunt lucis, fulgorem, magnificentiam, vigorem, iucunditatem, tum etiam ad opposita, tenebras, obscuritatem, languorem. Ut alio utar, palmam aliquis ferre in prosa oratione sic dicitur, ut illud tantum respiciatur, quod is cum eo qui vere palmam fert commune habet. Id est autem vicisse. Sed poeta quum loquitur de iis, quos

palma nobilis
terrarum dominos evehit ad deos,

non victoriam, sed vere palmam, non victorem quemcunque, sed palma donatum dicit: quo fit, ut, quum vellet tamen quemcunque sacrorum ludorum victorem intelligi, animus lectoris latius vagari cogitatione, eaque omnia complecti possit, quae illa palmae mentio quasi e longinquo demonstret. Ex his intelligitur, qui fiat, ut idem tropus longe minorem in prosa oratione, quam in poesi vim habeat. Atque omnino troporum prosae orationis non alia est virtus, quam ut significationem rei per tropum indicatae leviter augeant. Quare ii maxime probantur, qui usu ita sunt triti, ut vis eorum neminem latere possit. Minus laudantur novi atque audaciores, quia in his animus magis ad tropum, quam ad id, quod per tropum significatur, attendere solet. Quare id inprimis ante oculos habere in prosa oratione convenit, ut tropi, sicubi iis utimur, cognitionem rei adiuvent. Quod qui negligunt, prosae orationi poesin admiscent, ut Longinus in his: *μέτρον δὲ πατὴρ ῥυθμὸς καὶ θεός.*" G. Herm. de differ. pros. et poet. orat. p. 18. 19. (Opuscc. Vol. 1. p. 99 sq.) Sententiam autem, quam idem ibidem p. 99. proponit, huc maxime pertinentem: „Est haec troporum natura, ut, quum aliud pro alio nominetur, animo quasi campus aliquis aperiatur, in quem aliarum rerum varietate allectus libere possit excurrere. Id ipsum vero poeseos officium —, ut cogitatione aliarum rerum, quam quae argumentum

carminis constituunt, mentem oblectet. „Quod contra prosa oratio, quae unice ad cognitionem comparata est, evitare magis tropos, ut qui animum alio avocent, debere videtur," hanc igitur sententiam uberrime exsequitur F. Delbrück in commentatione: das Schöne, eine Untersuchung, quam inseruit libro, cui inscriptionem fecit: Lyrische Gedichte mit erklärenden Anmerkungen Berlin 1800. 8., ubi vid. inprimis p. 54. explicationem carminis Goethii: der Wanderer. „His autem translationum quasi luminibus, si cuius inter Latinos, Ciceronis maxime splendet oratio. Translata porro verba plus habere iucunditatis ac plus etiam ad significandum valere, quam propria, sciendum est. Migrant enim in alienum locum: ex quo libentius tanquam accurrit animus ad novitatem; et quia comparationes et similitudines rem plane subiiciunt oculis, ideo translata, quae nihil aliud quam breves et concisae similitudines sunt, vigere magis in ostendenda re, quam propria videntur. Sed de translatione Cicero libr. 16. Fam. epist. 17. et in Bruto c. 79. Demetrius in illo aureo περὶ ἑρμηνείας libello, quem pater meus, restituendae antiquitatis cupidus, ante me natum edidit." P. Manut. ad Cic. orat. pro Sext. c. 31. p. 682. ed. Richt.

qui motus. eine lebhafte Beschäftigung der Seelenkräfte, die an sich ergötzt.

et reliqua — eloquentiae magnitudo (§. 139. extr.) Totum hunc locum in sua transtulit Quintil. 9, 1, 37 — 45. Idem 9, 2, 2. profitetur, sibi in animo esse solum de iis sententiarum figuris dicere, quae a simplici modo indicandi recedant. Omnia tamen illa, quae M. Tullius protulerit, etiam quae sint verae figurae, adeo esse virtutes orationis, ut sine iis nulla intelligi fere possit oratio. Non enim posse iudicem doceri, si desit illustris explanatio, propositio, finitio, seiunctio, expositio sententiae suae, rationis apta conclusio, praemunitio, similitudo, exemplum, digestio, distributio, interpellatio, interpellantis coercitio, contentio, purgatio, laesio. Nihil omnino agere eloquentiam detracta amplificatione; nullos affectus esse vel concitatos detracta voce libera, iracundia et simil., vel mitiores, detracta ad hilaritatem impulsione et simil., nullam delectationem, nisi alia repetitione, alia commoratione infigantur; nisi orator degrediatur a re, et ad propositum redeat etc. Motum esse in his orationis et actum, quibus detractis iacere et velut agitante corpus spiritu carere. Pertinent ad crisin Tullianae doctrinae de figuris etiam ea, quae Quintil. 9, 3, 90. disputat. De figuris autem verborum et sententiarum agunt Cic. de Orat. 3, 52, 201 — 54, 208., quem totum locum transscriptum dedit Quintil. 9, 1, 26 — 36. Multi alii ante Quintilianum de figuris egerant data opera, quos recen-

set 9, 3, 97., in quibus etiam Rutilius Lupus est. Ad hos denique accedit ipse 9, 1, 13—9, 4. Ex recentioribus novam plane viam in hac doctrina aperuit G. Hermannus Opusc. Vol. 1. p. 101. Curtmannus autem in dissertatione, (quam citavi in adn. ad c. 27, 92.) p. 95. hanc figurae definitionem posuit: Figur ist jeder Gedankenausdruck, welcher absichtlich von der gewöhnlichen und logischen Sprechweise abweicht. De figuris fere verborum agitur a Cicerone in hoc cap., de figuris sententiarum c. proximo. Ipse de orat. 3, 52, 201. de differentia utriusque generis ita loquitur: *Formantur autem et verba et sententiae paene innumerabiliter — sed inter conformationem verborum atque sententiarum hoc interest, quod verborum tollitur, si verba mutaris; sententiarum permanet, quibuscunque verbis uti velis.* Et sic est etiam Orat. 24, 81. Haec diiudicare et de figuris seorsum agere, materia sit alterius et maioris libri: nos acquiescimus in iis, quae M. Tullius protulerit, explicandis, proferendo partim exempla, partim aliorum scriptorum explicationes denominationesque comparando, ut in quibus ab illo differant, in quibusque eis cum illo conveniat, apertum fiat. Verissime enim G. Hermannus in Opusc. Vol. 4. p. 284., ubi naturam hyperbolae explanat, mihi haec scripsisse videtur: „Vix ullam invenias figurarum, quae si accuratius consideretur, ita sit explicata, ut, quae sit eius natura, quae vis, qui fines, qui usus, satis pateat." De nominibus *figura*, *σχῆμα* etc. et de variis significationibus eorum nominum, etiam de differentia figurarum et duplici genere docte et diligenter egit H. A. Schott ad Dionys. Hal. A. Rh. c. 8. p. 108., quem consuluisse operae pretium fuerit.

ornatum. Satis firmatur a Turicensi codice Quintiliani et codicibus sinceris Oratoris, etiam Eins. *ornamentum* Gu. 3. Codd. duo Regii, Erl. Med. Sch. Consulto iteravit Tullius vocabulum proprium *ornatum* — *ornatu*. Sic *templorum ornatum* dixit Livius 22, 32, 6. Or. Respondet locus §. 81. *collocata autem verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt.* Mev. Ceterum ornatus ornantis est, ornamentum ornati.

insignia. Qualia sunt in theatris diademata, sceptra etc., in foro praetextae, lictores, fasces etc. „De ornatu fori vid. 1. in Verr. 22, 58. ibique Asconium. Idem significatur 1. de N. D. 9, 22." Bei.

non quod. Usum particularum *non quod* pro *non quo* docet Matthiae. ad orat, pro Rosc. Amer. 48, 141. Id., quem v. etiam ad Cic. oratt. fragmm. p. 14. 147. sq. et Matthiae de anacoluthis apud Cic. p. 3. adn. 4. Orell. in Wolfii Scholis ad Tusc. 2. §. 64. p. 387.

quod excellant. nicht weil sie allein schmücken, sondern weil sie auffallend schmücken.

§. 135. *Eadem ratio est horum.* Quintil. 9, 1, 25. 3, 90.

quum aut duplicantur iteranturque verba. Cic. de Orat. 3, 54, 206. *et geminatio verborum habet interdum vim, leporem alias.* Plane idem observat Demetrius de Elocut. §. 140. 267. Indicatur figura palillogiae sive anadiplosis. vid. adn. ad c. 25, 85. nr. 1. Leporis exemplum hoc est Sapphus apud Demetrium:

παρθενία, παρθενία, ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ;

Vim habet hoc Aeschinis c. Ctesiphontem c. 42. p. 426. Bekk. *Θῆβαι δὲ, Θῆβαι, πόλις ἀστυγείτων, ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασται* apud eundem rhetorem. Simillima est figura, quam *conduplicationem* dicit scriptor ad Herenn. 4, 28, 38.; quam Harles non putat differre ab ea, quae Ciceroni de Orat. 3, 54, 206. est *revocatio verbi.*

aut breviter commutata ponuntur. Conf. supr. 25, 84. Cic. de orat. 3, 54, 206.

et paulum immutatum verbum atque deflexum. Conf. scriptorem ad Herenn. 4, 21, 29. Quintil. 9, 3, 66. Alliterationem sive annominationem dicit, cuius exempla multa suppeditat I. l. Hottingerus Opusc. p. 339 — 343. §. 8., ut Aeschinis de fals. legat. p. 470. Reisk. *οὐ γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξε* et p. 490. *ὧν τὰ σώματα οὐχ ἑώρακε, τούτων τὰ ὀνόματα λέγει.* et Ciceronis de offic. 3, 14, 58. *otiandi — negotiandi.* Epistt. ad Attic. 1, 13, 2. *parvo — pravo, facie — facetiis* etc. Ceterum Ern. coniecit *leviter* pro *breviter*, cuius haec verba sunt: „Scil. una verbi causa litera, syllaba mutata, ut in *παρονομασίᾳ*. Vid. ad Herenn. 4, 2, 29. extr., ubi quidem legitur *brevis commutatio*, sed ibi de mutatione syllabae longae in brevem i. e. de specie sermo est, hic autem de toto genere, in quo *leviter* aptius. Sic de Orat. 2, 63, 256. est de eadem re *parva verbi immutatio*, qua tamen fortasse vulgatum defendi potest, quia *parvi* homines etiam *breves* dicuntur; sed in genere tropico non sic, ut opinor, sed verbi causa *iniuria parva* est *levis.*" Schutzius monet, in eandem coniecturam incidisse Gesnerum ad Quintilianum 9, 1, 38., apud quem itidem legitur *breviter*, addens: „Fortasse Cicero *breviter* hic posuit pro *paululum* (alii *paullum*), quo utitur de Orat. 3, 54, 206., sicut Caesar de B. G. 2, 30. *brevitatem corporum* dixit pro *parvitate.*" Imo *parvitas* ex sensu Romanorum ipsorum hic foret minus proprium, quam *brevitas.* Utraque lingua omnes denominationes parvitatis et paucitatis inter se permutari constat.

aut ab eodem verbo ducitur saepius oratio. Cic. de Orat. 3, 54, 206. *et eiusdem uerbi crebra — a primo repetitio.* Haec est anaphora, v. adn. ad c. 25, 85. nr. 2. Scriptor ad Herenn. 4, 13, 19., ubi appellatur *repetitio.* Demetr. de Elocut. §. 141. 268.

aut in idem coniicitur. Cic. de Orat. 3, 54, 206. *et eiusdem verbi crebra — in extremum conversio.* Apud scriptorem ad Herenn. 4, 13, 19. *conversio.* Aliis appellatur epiphora et antistrophe. Vid. supra ad c. 25, 85. nr. 3.

aut utrumque. sc. fit. Sic Eins. Vit. Dr. Mon. Turicensis Quintiliani, Ven. 1. 2. Tul. Quintil. Schirach. Schütz. Or. 1. 2. Mey. *aut in utrumque* Gu. 2. Aldd. Iunt. Crat. Gryph. 1. 2. Lamb. Grut. Ern. 1.

et adiungitur idem iteratum, et idem ad extremum refertur. Sic scripsi pro *aut adiungitur — aut idem* etc. Nam sensus horum verborum debet idem esse, ac si scripsisset: aut utrumque fit, et ab eodem verbo ducitur saepius oratio et in idem coniicitur; nunc pro *ducitur ab eodem* scripsit: *adiungitur idem*, et pro *in idem coniicitur* scripsit *idem ad extremum refertur.* Cic. de Orat. 3, 54, 206. *et in eadem verba impetus et concursio et adiunctio et progressio.* Intelligenda est complexio sive συμπλοκή, de qua dixi ad c. 25, 85. nr. 4. Complexio item scriptori ad Herennium 4, 14, 20. appellatur.

aut continenter unum verbum non eadem sententia ponitur. Sic Turic. Ambr. 1. 2. Quintiliani. Vulgo *non in eadem sententia.* Lambin. *non in eandem sententiam.* Sensus est: wenn ein Wort zweimal hinter einander nicht in derselben Bedeutung gesetzt wird. Cic. de Orat. 3, 54, 206. *et eiusdem verbi crebrius positi quaedam distinctio.* Eius figurae hoc exemplum est apud scriptorem ad Herennium 4, 4, 21. p. 86. Tauchn., (qui *traductionem* appellat): *Amari iucundum est, si curetur, ne quid insit amari.* Adde Quintil. 9, 3, 70. et praecc. §§. Ern. Inst. interpr. P. 1. Sect. 2. c. 4. hanc figuram πλοκὴν appellat, et exemplum addit ex Evang. Matth. 8, 22. „Eius figurae, quam alii vel ἀντανάκλασιν vel διλογίαν vocant, haec ratio est, ut idem verbum in eadem oratione, sed diverso sensu repetatur. Huiusmodi est illud, quod de Proculeio referunt Quintil. atque Rutil. Lupus. Is quum de filio quereretur, quasi mortem suam *exspectaret*, et ille dixisset, *se vero non exspectare*, pater, *Immo*, inquit, *rogo exspectes.* Hoc igitur Germanice converti ad verbum potest, consentiente linguarum usu. At saepe ea facultas non datur.“ I. I. Hottinger. Opusc. p. 337., ubi plura exempla adduntur.

aut quum similiter vel cadunt verba. Sequuntur figurae similitudinis, de quibus v. adn. ad c. 25, 84. et Quintil. 9, 3, 66. 73. Conf. praeterea Orat. 12, 38. 49, 164. 65, 220. Cic. de Orat. 3, 54, 206. *et illa — quae cadunt similiter.* Scriptor ad Herenn. 4, 20, 28. *similiter cadens exornatio* etc. Quintil. 9, 3, 78. hoc dicit ὁμοιόπτωτον.

vel desinunt. Conf. Orat. 12, 38. 19, 65. 25, 84. 52, 175. Cic. de Orat. 3, 54, 206. *et illa, quae similiter desinunt.* Scriptor ad Herenn. 4, 20, 28. *Similiter desinens est* etc. Quintil. 9, 3, 77. Demetr. de Elocut. §. 26. Hoc est ὁμοιοτέλευτον.

aut cum sunt contrariis relata contraria. Conf. Orat. 12, 38. 19, 65. 49, 164. 166. 167. 52, 175. 65, 220. Scriptor ad Herennium 4, 15, 21., cui dicitur *contentio.* Quod Cicero de Orat. 3, 54, 207. et scriptor ad Herenn. 4, 18, 25. *contrarium* dicunt, ea sunt, si verum quaeris, enthymemata sive conclusiones rhetoricae. Id comprobat Quintil. 9, 3, 90.: *contrarium* (Ciceronis), *hoc enim puto, quod dicitur ἐναντιότης, sumta ex adverso probatio.* Idem 9, 2, 106.: *ἐναντιότητα, unde sint enthymemata κατὰ αἰτίασιν.* De contrariis huius loci adde script. ad Herenn. 4, 45, 58. ubi rursus dicuntur *contentio.* Quintil. 9, 3, 32. 81. Demetr. de Elocut. §. 22—24. Haec sunt ἀντίθετα, quorum exemplum dedi in adn. ad 12, 38. et alia sunt apud Quintilianum. Ceterum Vet. Gu. 3. Erl. habent *aut quum sunt contrariis relata contraria,* et sic ediderunt Steph. Lamb. Schutz., sane commodius, quam altera scriptura: *aut multis modis contrariis relata contraria* fit, ubi *relata* non habet, quocum iungatur, et tota consecutio sententiarum turbatur. Quare satius duxi, vel deteriores codd. sequi, quum praesertim uno alteroque loco etiam in reliquis huius libri uni verum, fatentibus editoribus, servaverint.

aut quum gradatim sursum versum reditur. Hoc est, aut quum gradatim sursum versum eundo reditur, oder wenn man stufenweise aufwärts steigend aus dem früheren Gliede immer ein Wort wiederholt. Haec definitio optime explanatur verbis scriptoris ad Herenn. 4, 25, 34. *Gradatio est, in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quam ad superius conscensum est, hoc modo: Nam quae reliqua spes manet libertatis, si illis, et quod libet, licet; et quod licet, possunt; et quod possunt, audent; et quod audent, faciunt; et quod faciunt, vobis molestum non est?* Ubi rei natura postulare mihi videtur, ut legatur: *ad consequens verbum conscenditur — ad superius descensum est.* Hinc ibidem §. 35. sequitur: *Habet in se quendam leporem superioris cuiusque crebra repetitio verbi, quae propria est huius exornationis.* Et praecipue Quintil. 9, 3, 54. 55. *Gradatio, quae dicitur κλῖμαξ, apertiorem habet artem, et magis affectatam, ideoque esse rarior debet. Est autem ipsa quoque adiectionis; repetit enim, quae dicta sunt: et priusquam ad aliud descendat, in prioribus resistit.* Ubi, quum gradatione non descendatur, sed adscendatur, aeque mirum *descendat* est, atque loco Herenniano *descenditur.* Cic. de Orat. 3, 54, 207. *Est etiam gradatio quaedam et conversio et ver-*

borum concinna transgressio. Ubi Quintilianus 9, 3, 91. *concinnam transgressionem* intelligit hyperbaton. Nonne autem sensus verborum Tullii hic est: *gradatio per reditum (conversionem ad superiorem sententiam) et ex altera in alteram sententiam verborum concinnam transgressionem.* Certe nusquam Quintilianus illam *conversionem,* quae ex interpretatione eius separata figura et a transgressione diversa restaret, explicavit. Praeterea gradatio memoratur a Cicerone Partit. oratt. 7, 24. *quum — idem quasi sursum versum retroque dicatur.* A Demetrio de Elocut. §. 270. Haec figura Graece dicitur κλῖμαξ, cuius hoc est exemplum apud Cic. pro S. Rosc. c. 27, 75. *in urbe luxuries creatur; ex luxuria existat avaritia necesse est, ex avaritia erumpat audacia; inde omnia scelera ac maleficia gignuntur.* Nobilissimum omnium est Demosthenis pr. Coron. p. 288. Reisk. apud Demetrium et Aquilam Rom. p. 182. v. Matthiae Theorie des lat. St. p. 44. P. Manut. ad Cic. or. pr. Milon. c. 23. p. 844. ed. Richt.

sursum versum. Sic Turic. Quintiliani, ut recte scripsit Lambinus in oratt. Partitt. c. 7, 24. Ceteri, etiam Eins. *sursum versus.* Or.

aut cum demtis coniunctionibus dissolute plura dicuntur. Cic. de Orat. 3, 54, 207. *et dissolutum.* Orat. Partitt. 6, 21. *constructio verborum — dissolutionibus relaxetur.* Apud scriptorem ad Herenn. 4, 30, 41, est *dissolutio.* Adde Quintil. 9, 3, 50. Aristotel. A. Rh. 3, 12. Demetr. de Elocut. §. 61, 63. 268. 269. Hoc est ἀσύνδετον, de quo v. A. Matthiae l. c. p. 46. Aliter, quam vulgo, de hac figura statuit God. Hermannus Opuscc. Vol. 6, 1. p. 15. in censura Dissenii editionis Pindari. Exemplum est apud Aquilam Rom. p. 185. ex Cic. or. in Verr. 3, 11. *Exspecto vim edicti, severitatem praetoris, faveo aratori, cupio octupli damnari Apronium.* Alia praebet Rutil. Lup. p. 52. Wielandius: Die Wahrheit ist weder hier noch da: sie ist wie die Gottheit und das Licht, worin sie wohnt, allenthalben; ihr Tempel ist die Natur, und wer nur fühlen und seine Gefühle zu Gedanken erhöhen und seine Gedanken in ein Ganzes zusammenfassen und ertönen lassen kann, ist ihr Priester, ihr Zeuge, ihr Organ. Quae verba simul exemplum gradationis continent.

aut quum aliquid praetereuntes, cur id faciamus, ostendimus. Cic. de Orat. 3, 54, 207. *et declinatio,* ubi v. interpp. Apud scriptorem ad Herenn. 4, 27, 37. est *occultatio,* (sic enim legendum ex emendatione Spaldingii pro *occupatio,* quem v. ad Quintil. 9, 3, 98. Vol. 3. p. 520.) Haec figura plerumque appellatur *praeteritio,* et saepissime incipit hac formula: nihil dicam, non commemoro etc., ut apud Cic. pro leg. Manil. c. 20, 60.

v. A. Matthiae Theorie des lat. St. p. 63. Alia exempla habet Aquila Rom. p. 149.

aut quum corrigimus nosmet ipsos, quasi reprehendentes. Cic. de Orat. 3, 53, 203. *tum correctio vel ante, vel postquam dixeris,* (de quibus verbis dicetur ad c. 40, 137, super verbis *ut ante praemuniat*) et 3, 54, 207. *et reprehensio.* Ibidem: *et dinumeratio et alia correctio.* Scriptor ad Herenn. 4, 26, 36. hanc figuram, de qua agimus, *correctionem* appellat. Eius exemplum hoc est apud Cic. pro Plancio c. 29, 70. *Quam enim illi iudices, si iudices, et non parricidae patriae nominandi sunt, graviorem potuerunt reipublicae infligere securim.* v. Matth. l. c. p. 45. Ern. edidit *nosmet ipsi.* „Primum, ait, ex lege grammatica, deinde consuetudine Ciceronis in hoc ipso genere. Sic mox *ipse se revocet*, item *sibi ipse respondeat.* Conf. quae c. 52, 176. diximus, et in hac ipsa sententia ad libr. 3. de Orat. c. 53, 203." *Nosmet ipsos* tuetur etiam Quintil. 9, 1, 39. ibique „Turic. Eins. et Erl. Contra codices notos *nosmet ipsi* praeferebat etiam novissime Beier., appellans Ernestium adn. ad h. l., suam ad Offic. Vol. 1. p. 247. et Fr. Wagneri disputationem de pronomine *Ipse* in Seebodii Archiv Erster Jahrg. 4. Heft. p. 648 sqq." Or. Frotscherus denique in epist. crit. Meyerum laudat, quod retinuerit *nosmet ipsos.* Nam, ait: „Cicero, ubi pronominum *ego, tu, sui* casibus obliquis cum *met* copulatis pronomen *ipse* addit, hoc semper eodem casu ponit, quo *memet, semet*, nec usquam apud Ciceronem *memet ipse* legitur, nisi e correctione Ernestii vel aliorum, ut Orat. 39, 135. Erravit in hoc etiam Beier ad Cic. Offic. 1. p. 246. Nec ratione caret ille usus: nam addita terminatione *met* vis est in pronomine. Aliter Sallust. Liv. alii." Matth. ad orat. pro Muren. c. 3. pr.

aut si est aliqua exclamatio vel admirationis vel conquestionis. Cic. de Orat. 3, 54, 207. *et exclamatio.* Scriptor ad Herenn. 4, 15, 22. Quintil. 9, 2, 27. 3, 97. Iul. Rufinianus p. 208. c. 15. Cic. in Verr. 1, 15. *o scelus! o portentum in ultimas terras exportandum!* Adde infr. c. 67, 225. Frequentissima etiam extra orationes figura.

conquestionis. Sic Eins. Erl. Med. Aldd. Iunt. Vict. et sqq. edd. Miro sane casu accidit, ut hoc loco cod. Turic. Quintiliani, item codd. 2. Lambini, Vit. Mon. (sinceri igitur) habeant *questionis* vel ut Dr. Ven. 1. 2. prave *quaestionis*, unde Meyerus recepit *questionis*, vocabulum alibi nondum repertum nisi hoc loco in aliquot codicibus et in Bruto §. 142., ubi Lamb. correxit *conquestionibus. Questionis* reiecit etiam Moserus in Censura. Saepissime *con* compendio scriptum omittitur, ut §. 138. *vertat*

pro *convertat* rursus Tur. Sic hoc quoque loco *cqois* lineola literis *cq* ligatis Eins. Or.

aut quum eiusdem nominis casus saepius commutantur. Cic. de Orat. 3, 54, 207. *et quod in multis casibus ponitur.* Scriptor ad Herenn. 4, 14, 20., qui *traductionem* hanc figuram appellat. Vulgo polyptoton dicitur. Sed is inter alia hoc exemplum affert: *Eum tu hominem appellas, qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis petiisset.* Aliud est apud Quintil. 9, 3, 37. A. Matthiae Theorie d. lat. St. p. 47. attulit hoc ex or. pro Milon. c. 11. *insidias factas esse constat; et id est quod senatus contra rempublicam factum iudicavit; ab utro factae sint, incertum est.* „En vide hic discrepantia hominum iudicia! Nam Ernestius in hac repetitione (*factas — factum — factae*) negligentiam suam gratam, Schellerus gravitatem nescio quam, Matthiae adeo figuram esse putavit, quae πολύπτωτον vocatur. Omnium vero sapientissime Garatonius, Quae, ait, repetitiones aliquando ita sunt necessariae, ut, effugere si velis, nihil proficias, nisi ut inepto labore te maceres et, perspicuitate sublata, vitiosa fiat oratio. Livii locus 1, 44. in hanc rem celebratur inprimis. Sic Garat." Paldam. de repetitione vocum in sermone Gr. et Lat. p. 2 sq. Alia exempla polyptoti sunt apud Rutilium Lup. c. 10. p. 35. al.

Cap. XL.

§. 136. *sunt qui putent.* Sic Turic. Quintiliani, Eins. Erl. editiones inde ab Aldd. *sunt qui putant* Vit. Dr. Mon. edd. vett., quod reduxit Meyerus probante Mosero, qui laudat Schwarzii commentationem philologico-criticam in Cic. de Offic. libri primi locos quosdam. Ulmae 1820. p. 7—11. Subtiliter sane is defendit ad Famil. 1, 9. §. 25. nostrae edit. sive §. 81. Bengel., ubi ipse cod. Medic., Victorii utraque editio, et Bengelius habent *sunt qui putant*; correctum in *putent* in ed. antiquissima mea, item a Lambino et sequentibus praeter Bengelium ad Famil. 7, 3. §. 5. (§. 19. Beng.), ubi ed. Neapolitana 1474., Victorii prima, Beng. habent *sunt enim — qui putant*; verum cod. Medic. ed. Victorii altera *putent.* Iam ex illustri hoc exemplo colligere licet, etiam in simplici *sunt, qui putent,* (alia enim res est formularum *sunt alii, nonnulli* etc., *qui putant,* adiecto scil. subiecto: quamquam conf. Matthiae ad orat. pro S. Roscio §. 35. *tres sunt res — quae obstent;*) librarios pro lubitu suo mutasse coniunctivum in indicativum sibi utique magis familiarem. Vix enim est, ut putemus, altero loco Ciceronem ipsum indicativum, altero coniunctivum praetulisse. Or. v. G. Fr. Grotefend. Gr. lat. §. 236. adn. 7. p. 316. ed. sec. Zumpt. Gr.

lat. §. 78, 9. b. ed. quartae p. 413. Gernhard. ad Cic. de Offic. p. 8. et Heind. ad Horat. Serm. 1, 4, 24.

Et vero nullus. *Et vero* editiones paene omnes Ciceronis et Eins. Apud Quintil. 9, 1, 40. et Lambinum marg. 1584. *enimvero nullus.* At Turic. Guelf. Ambr. 2. Quintiliani *et vero et nullus.* Turic. a sec. manu *et nullus* et sic Bodl. Sed Ambr. 1. et edd. ante Bad. (adde Erl. Ven. 1. 2. Med. Tul.) *et vere nullus* exceptis Camp. et Ald. Quintiliani, qui *et vero nullus. Et vere nullus* probatur Zumptio in Varietate scripturae Quintilianea Vol. 5. p. 391.

sine quadam conformatione sententiae. ohne eine gewisse Gedankenfigur. Conf. Quintil. 9, 2, 2.

dicitur. Sic habent mss. quidam, in his Vit. atque ed. Rom. Consentit Quintilianus hunc locum commemorans. Itaque sic edidi. Alii inde ab ed. Ven. habent *edicitur,* in quo haesere multi, varie correctionem tentantes. Litera prima adhaesit ex ultima verbi proximi. Fr. Gryphius *educitur,* male. Sensus est: omnibus sententiis figuram aliquam dat, per quam a vulgari forma discrepet et suavior certe et elegantior fiat. Ern. *Dicitur* Turic. Vit. Erl. Ald. 2. Man. Lamb. Ern. Sch. *edicitur* Eins. Dr. Mon. Edd. vett. Meyerus. Conf. Ochsneri Eclogas ed. tert. p. 225., qui sane h. l. *edicere* non probat. Et ego secutus sum optimi Turic. auctoritatem, nec credo dici posse *locum edicere.* De utroque autem verbo inprimis est conferendus Oudendorp. ad Appulei. Vol. 1. p. 772. Similis quaestio est de voce *emoneo* et *moneo* ad Famil. 1, 7, 9. *educitur* Iunt. 2. Gryph. 2. Hinc in marg. Lamb. *inducitur.* Or.

tantum notetur locus. Schutz. scripsit *modus.* „Nusquam enim, ait, quo loco adhibendae sint figurae, Cicero dicit, sed modos breviter recenset sententias illuminandi. In Gu. 3. est *tantummodo notetur locus.*" Sic habent etiam Turic. Crat. Iunt. Lamb. Aldd. Quintil. *tantum* ceteri etiam Eins. „Vocabulum *locus* verum esse, colligitur e §. 140. *sed haec nisi collocata.*" Or. 1. At de collocatione verborum ibi agitur, inde a c. 41.; collocatio figurarum nulla est. Imo *locus* significat quasi fontes, unde figurae derivantur. Errorem Schutzii etiam Burchard. notavit. „*Locus* dictus est pro capite rei, ut 21, 72. pr. 48, 162." Bei.

§. 137. *ut verset — eadem, et in una re haereat, in eademque commoretur sententia.* Sic scripsi e cod. Tur. et Ambr. 1. Quintiliani. At Ven. 1. *eadem ut unam in rem haereat et in eadem commoretur sententia.* Eins. Vit. Dr. Mon. Ven. 2. Tul. Palatt. posteriores: *eadem ut unam in rem haereat et in eandem commoretur sententiam.* Palatt. priores: *eadem et unam*

rem et haereat in eadem commoreturque sententia. Erl. *eadem et una in re haereat in eadem commoreturque sententia.* Aldd. Iunt. Crat. Man. Grut. ac recentt. *eandem et unam rem et haereat in eadem commoreturque sententia.* Meam scripturam iam dederant Rivius et Lamb. Meyerus et Or. 2., nisi quod scripserunt *una in re,* excepto Orellio. Iul. Victor p. 99. *ut aut haereat in eadem commoreturque sententia.* Significatur *expolitio* sive *commoratio.* Cic. de Orat. 3, 53, 202. *Nam et commoratio una in re permultum movet.* 3, 9, 32. *Videtisne, genus hoc quod sit Antonii? forte, vehemens, commotum in agendo, praemunitum et ex omni parte causae septum, acre, acutum, enucleatum, in unaquaque re commorans, honeste cedens, acriter insequens, terrens, supplicans, summa orationis varietate, nulla nostrarum aurium satietate.* Demetrius de Elocut. §. 280. appellat ἐπιμονήν, et dat exemplum ex Demosth. de fals. legat. p. 424, 3. Reisk. Longino π. ὕψ. 12, 2. dicitur αὔξησις. Nemo melius figuram illustravit, quam scriptor ad Herenn. 4, 42, 54. Alia est *commoratio* apud eundem 4, 45, 58. Conf. Schott. ad Dionys. A. Rh. p. 311. A. Matth. Theorie des lat. St. p. 47.

saepe etiam ut extenuet aliquid. Haec verba absunt ab Ambr. 1. Quintiliani. Cic. de Orat. 3, 53, 202. *et extenuatio.* Dubito an huc pertineat etiam 3, 54, 207. *et imminutio.* A Quintiliano 8, 3, 50. haec figura appellatur μείωσις. Adde ibidem 8, 4, 28. Dicitur etiam ἐξουθενασμὸς, χλευασμὸς, σαρκασμὸς, διασυρμός. vid. Matthiae l. c. p. 47 sq. Artissime enim iuncta est cum illa, quae hinc proxime memoratur. Exempla sunt apud Cic. pro Muren. 10, 23., ubi Sulpicium ob iurisprudentiae iactantiam, et c. 28, 58., ubi Catonem ob mores Stoicos exagitat. „Ut auctoritatem Sulpicii et Stoicum rigorem Catonis elevaret, res maxime serias callide et acute elusit, rigidam sapientiam Stoici et vafram iuris peritiam Sulpicii multitudini ridendam propinavit, ita tamen, ut sine offensione fieret, neve iniuria laesos exacerbaret. Huius calliditatis iam Quintil. 11, 1, 69. cum merita laude mentionem fecit, et Cato ipse, ut narrat Plutarch. in V. eius c. 21., nihil nisi consulem ridiculum appellasse ferebatur: ὦ ἄνδρες, ὡς γέλοιον ὕπατον ἔχομεν! Tametsi Cicero etiam serius de Fin. B. et M. 4, 27, 74. huic descriptioni philosophiae Stoicae, nonnihil tribuere videtur. Iurisprudentiam adversus Ciceronem tuentur I. Luzac. Obss. apologet. pro iurisconsultis Romanis ad locum Cic. in or. pro Muren. L. B. 1768. et I. Fr. Eckhard. Cicero iurisprudentiae non ex animi sententia contemtor. Ienae 1769.“ Hand. s. v. Cicero p. 220ᵃ.

saepe ut irrideat. De orat. 3, 53, 202. *et huic* (extenuationi) *adiuncta illusio, a praeceptis Caesaris non abhorrens.*

Eius Caesaris, quem Cic. de Orat. 2, 54—71. de iocis et facetiis disserentem inducit.

ut declinet a proposito deflectatque sententiam. Cic. de Orat. 3, 53, 203. *et ab re degressio, in qua cum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus et concinnus esse debebit.* Haec a Quintiliano 9, 2, 55. optime explanantur. Haec verba de proposito declinando non, ut putabat Bremi ad Cic. de Fato p. 29., paulo inferius §. 138. in verbis: *ut a proposito declinet aliquantum* repeti, ibi videbimus. *ut proponat, quid dicturus sit.* Cic. de Orat. 3, 53, 203. *propositioque, quid sit dicturus. ut quum transegerit iam aliquid, definiat.* Scriptori ad Herenn. 4, 25, 35. appellatur *definitio;* Rutilio Lup. p. 87. *orismos.* Vid. etiam Quintil. 9, 3, 91. *ut se ipse revocet.* Abest *ut* ab Ambr. 1. Quintiliani. Cic. de Orat. 3, 53, 203. *et ab eo, quod est dictum, seiunctio et reditus ad propositum.* v. Rutil. Lup. p. 75 sq. *ut, quod dixerit, iteret.* Cic. de Orat. 3, 53, 203. *et iteratio.* Apud Quintil. 8, 3, 51. et Rutilium Lup. p. 39 sq. est *epanalepsis. ut argumentum ratione concludat.* Cic. de Orat. 3, 53, 203. *et rationis apta conclusio.* Hanc *complexionem* dicit scriptor ad Herenn. 2, 18, 28. *Complexio est, quae concludit breviter, colligens partes argumentationis.* Exemplum extat apud eundem 4, 30, 41. Adde 2, 30, 47., quibus duobus posterioribus locis *conclusionem* appellat. Conf. Matthiae Theorie etc. p. 48. „Hortensius primus partitionem in ipsam orationem recepit, idemque argumentationis breviter collectae conclusionem addidit.“ Hand. s. v. Cicero p. 214.

ut interrogando urgeat. Fortasse huc pertinet scriptoris ad Herennium 4, 15, 22. *interrogatio* et Quintil. 9, 2, 7. *Simplex est sic rogare,*

Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?

Figuratum autem, quoties non sciscitandi gratia assumitur, sed instandi: Quid enim tuus ille, Tubero, destrictus in acie Pharsalica gladius agebat? et, Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? et Patere tua consilia non sentis? Quanto enim magis ardet, quam si diceretur: Diu abuteris patientia nostra et Patent tua consilia etc. Conf. Matthiae l. c. p. 48 sq. *ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat.* Gu. 3. Erl. Sch. Bei. omittunt *quasi.* Cic. de Orat. 3, 54, 207. *et sibi ipsi responsio.* Huc pertinere videtur scriptoris ad Herenn. 4, 16, 23. *ratiocinatio* et *suggestio* Quintiliani 9, 2, 14. 15. *Ceterum et interrogandi se ipsum et respondendi sibi solent esse non ingratae vices: ut Cicero pro Ligario: Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui, cum hoc sciret, tamen me antequam vidit,*

reipublicae reddidit etc. Alii *subiectionem* (ἀνθυποφορὰν) appellant. Oft folgt auf die Frage die Antwort, welche angiebt, dass das erwähnte Hülfsmittel nicht anwendbar ist, oder der angegebene Fall nicht stattfindet, wie in der schönen Stelle Cicero pro Muren. 41, 88. *quo se miser vertet? domumne?* etc., wo die Widerlegung oft wieder in eine Frage eingekleidet ist. *Domus tibi deerat? at habebas. Pecunia superabat? at egebas.* Quintil. 9, 2, 7—16. Scriptor ad Herenn. 4, 23, 33. Iul. Rufinian. p. 270. Matth. Theorie des lat. St. p. 48 sq. Verba *domus tibi deerat* etc., quae infra ab ipso auctore c. 67, 223. recitantur sumta sunt ex or. pro M. Aemil. Scauro §. 45. n. p. 213. ed. C. Beier., ubi v. Patrit. p. 214. Similis locus extat apud Cic. pr. Rosc. comoed. 8, 22.

ut contra ac dicat, accipi et sentiri velit. Cic. de Orat. 3, 53, 203. *tum illa, quae maxime quasi irrepit in hominum mentes, alia dicentis ac significantis dissimulatio, quae est periucunda, quum in oratione non contentione, sed sermone tractatur.* v. Quintil. 8, 6, 56. *Aliquando cum risu quodam contraria dicuntur iis, quae intelligi volunt, quemadmodum in Clodium: Integritas tua te purgavit, mihi crede, pudor eripuit, vita anteacta servavit.* 9, 2, 65. Haec figura dissimulationis quomodo ab ironia differat, exponit 9, 2, 44.

ut addubitet, quid potius, aut quo modo dicat. Cic. de Orat. 3, 53, 203. *deinde dubitatio.* Idem nomen apud scriptorem ad Herenn. 4, 29, 40. Adde Quintil. 9, 2, 19. Graece ἀπορία. Exemplum est apud Cic. pro S. Rosc. c. 11, 29. *Quid primum querar? aut unde potissimum, iudices, ordiar? aut quod, aut a quibus auxilium petam? Deorumne immortalium? populine Romani? vestramne, qui summam potestatem habetis, hoc tempore fidem implorem?* Conf. Matth. l. c. p. 48.

ut dividat in partis. Scriptor ad Herenn. 4, 40, 52. *Divisio est, quae rem semovens a re, utramque absolvit, ratione subiecta, hoc modo: Cur ego tibi nunc quidquam obiiciam? Si probus es, non meruisti: sin improbus, non commoveris.* Et paulo inferius: *Inter hanc divisionem et illam, quae de partibus orationis tertia est, de qua in libro primo diximus secundum narrationem, hoc interest: illa dividit per enumerationem aut per expositionem, quibus de rebus in tota oratione disputatio futura sit: haec se statim explicat, et brevi duabus aut pluribus partibus subiiciens rationes, exornat orationem.* Talis denique erat divisio, cuius partem Curio pater obliviscebatur Brut. 60, 217. Quod restat, de hoc loco conf. adn. ad §. 138. super verbis: *ut aliud alii tribuens dispertiat.*

et aliquid relinquat ac negligat. Huic nihil simile aut par reperi apud rhetores graecos et latinos, nisi haec brevia apud Quintil. 9, 2, 4., ubi figuras a Cicerone memoratas recenset: *quae relinquenda, quae contemnenda sint, iudicare.*

ut ante praemuniat. Cic. de Orat. 3, 53, 204. *praemunitio est etiam ad id, quod adgrediare, et traiectio in alium.* Quintil. 9, 2, 16. *Mire vero in causis valet praesumtio, quae πρόληψις dicitur, cum id, quod obiici potest, occupamus. Id neque in aliis partibus parum est, et praecipue prooemio convenit. Sed quanquam generis unius, diversas tamen species habet. Est enim quaedam praemunitio, qualis Ciceronis contra Q. Caecilium, quod ad accusandum descendat, qui semper defenderit* etc. Adde de Orat. 2, 75, 304. *Quid? si in homines caros iudicibusque iucundos sine ulla praemunitione orationis acerbius et contumeliosius invehare; nonne abs te iudices abalienes?* 3, 9, 32. *videtisne, genus hoc quod sit Antonii? — praemunitum et ex omni parte causae septum.* Aquil. Rom. p. 143. videri possit hanc figuram *prodiorthosin* appellasse, cuius haec verba sunt: *prodiorthosis, praecedens correctio. Haec figura, ubi aliquid necessarium dictu et insuave audientibus aut odiosum nobis dicturi sumus, praemunit. Exemplum apud Ciceronem frequens: Quanquam sentio, quanta hoc cum offensione dicturus sim, dicendum est.* At prodiorthosis ista magis spectare videtur ad illa verba Ciceronis de Orat. 3, 53, 204. *tum correctio vel ante (προδιόρθωσις) vel post quam dixeris (ἐπανόρθωσις).* Conf. supra c. 39, 135. super verbis: *aut quum corrigimus nosmet ipsos* etc. De epanorthosi sic Iul. Rufinian. p. 238.: *Epanorthosis est, cum supra dictum verbum verbo sequenti corrigitur,* ut: *Non surripere, hoc est furari. Latine dicitur correctio.* Cic. pro Planc. 41, 97. *Brundisium veni, vel potius ad moenia accessi.* In praemunitione autem nulla correctio est, sed remotio eius, quod aliquis obiiciat.

ut in eo ipso, in quo reprehendatur, culpam in adversarium conferat. Cic. de Orat. 3, 53, 204. *vel quum aliquid a te ipso reiicias.* Conf. Quintil. 9, 2, 4. *removere a se, in alium traiicere.*

§. 138. *ut saepe cum iis, qui audiunt, nonnunquam etiam cum adversario quasi deliberet.* Cic. de Orat. 3, 53, 204. *communicatio, quae est quasi cum iis ipsis, apud quos dicas, deliberatio.* Planissima haec facit Quintil. 9, 2, 20., qui cum iis iungit dictum a se παράδοξον 9, 2, 23. (quocum conferendum est Ciceronianum de Orat. 3, 54, 207. *et improvisum quiddam*). Porro Quintil. ibidem §. 24. cum communicatione iungit *permissionem*, quacum conf. Rutil. Lup. p. 130. *(epitrope)* et Cic. 3,

53, 207. *et permissio.* Adde Herennianum 4, 23, 33., qui figuram communicationis *subiectionem* appellat et exempla habet 4, 24, 33. Aliis dicitur ἀνακοίνωσις. Oft wendet sich der Redner mit einer solchen Frage an die Zuhörer oder Richter oder an den Gegner, wie Cic. pro S. Roscio c. 16 sqq. Rutil. Lup. p. 151 sq. Iul. Rufinian. p. 203. Matth. Theorie des lat. St. p. 49.

ut hominum sermones. Conf. Orat. 25, 85. de Orat. 3, 53, 205. *personarum ficta inductio.* Haec figura *sermocinatio* dicitur: eam optime illustrat scriptor ad Herenn. 4, 43, 55., idemque c. 52, 65. praeclarum exemplum exhibet. Adde Quintil. 9, 2, 30. Conf. 4, 1, 28. 6, 2, 17. et inprimis Matth. Theorie etc. p. 49., qui inter alia pro exemplis affert Cic. divin. in Caecil. c. 6., pr. Plancio c. 5, 12. pr. Milon. c. 34.

moresque describat. Haec est *morum notatio. Ethopoeiam* appellat Rutil. Lup. p. 66. *characterismon* p. 99. De ea agunt Quintil. 9, 2, 58 sqq. Hermog. Progymn. c. 9. Vol. 1. rhett. gr. ed. Walz. p. 44. Aphthon progymn. c. 11. p. 101. ibidem. Exempla notationis morum sunt apud Nicolaum Sophistam prog. c. 11. ibidem apud Walzium p. 381. apud Nicephorum prog. c. 7. ibidem p. 466. apud Severum rhetorem ibid. p. 539. denique apud Georgium prog. c. 10. p. 575. Eximium exemplum praebet scriptor ad Herenn. 4, 50, 63. Conf. Matth. Theorie etc. p. 49. Schillerus: Hier geht der sorgenvolle Kaufmann und der leichtgeschürzte Pilger, der andächtige Mönch, der düstere Räuber, und der heitere Spielmann, der Säumer mit dem schwerbeladenen Ross, der ferner kommt von der Menschen Ländern. Hoc ordine haec verba *sermones moresque* habent omnes codices Oratoris, etiam Eins. et Erl. „conf. Laelii §. 66. *sermonum atque morum.* Post Schutzium e Quintil. 9, 1, 44. Beier quoque in suo exemplari recepit *mores sermonesque.*“ Or.

ut muta quaedam loquentia induoat. Conf. Orat. 25, 85. Apud scriptorem ad Herenn. 4, 53, 66. haec figura nominatur *conformatio.* Adde Quintil. 9, 2, 29. Demetr. de Elocut. §. 265. 266. Plerumque προσωποποιΐα dicitur.

ut ab eo, quod agitur, avertat animos. Cic. de Orat. 3, 53, 205. *erroris inductio.* v. Quintil. 9, 2, 39. qui *aversionem* appellat; Graece ἀποπλάνησις est. Adde Iul. Rufinian. c. 12. 13. p. 205 sqq. Conf. I. Chr. Th. Ern. lexic. technol. rhett. lat. s. v. *aversio.*

ut saepe in hilaritatem risumque convertat. Sic Eins. Ven. 1. Med. *risumve* ceteri, etiam Erl. et Turic. Quintiliani. „*Risumve* qui defendent, sic explicabunt: ut in hilaritatem, vel, quod maius etiam est magisque anceps, in risum convertat.“ Or. Riglert in Annotationibus ad Taciti Agric. c. 12. p. 13. (Cliviae

1835. 4.) putat, utrumque hic dici licere: zur Heiterkeit, ja auch zum Lachen, vel zur Heiterkeit oder auch zum Lachen. „Omnino, ait, pro particula disiunctiva *(ve)* adiunctivam vel copulativam *(que)* certe non licet ponere, nisi (id quod raro fit), talis est nominum duorum aut verborum aut etiam duarum sententiarum ratio, ut nihil fere intersit, num coniunctim mente comprehendantur an seiungantur ac dividantur.“ Vim enim adiunctionis non modo in iis cerni, quae natura et necessitate quadam inter se connexa sunt, sed saepe ad solam mentem referri, et iubet adire H. Vossium ad Virgil. Ge. 1, 442. Iahn. ad Horat. Serm. 2, 3, 157. Idem addit p. 14.: „*Ve* igitur scribendum, cum duo composita sunt, quae mente nisi separatim percipi nequeant: est autem *ve* oder aber, oder auch, nec unquam pro *ve* poni *que* potest, nisi si ea, quibuscum res aliqua hoc modo per particulam adiunctivam nexa est, a scriptore communiter sint proposita. Explicanda tum erit particula *que* und auch, ja auch, ja gar. Quod cum ita sit, iam apparet, quamobrem *similes* notiones per *ve* iungi possint, *pares* non possint. Conf. Goerenz. ad Cic. de legg. 1, 18, 40.“ Quod restat, conf. Cic. de Orat. 3, 53, 205.

ad hilaritatem impulsio. Iul. Rufinian. p. 197. 198.

ut ante occupet, quod videat opponi. Cic. de Orat. 3, 53, 205. *ante occupatio.* Quintil. 9, 2, 16., qui huic figurae attribuit *praemunitionem*, de qua supra §. 137. est. *Prolepsin* hanc figuram, sicut Quintilianus, dicere videtur Rutilius Lup. p. 83.

ut comparet similitudines. Cic. de Orat. 3, 53, 205. *tum duo illa, quae maxime movent, similitudo et exemplum.* De similitudine agunt Iul. Rufinian. p. 213. Hermog. progymn. c. 8. Vol. 1. rhett. gr. ed. Walz. p. 42. Aphthon. prog. c. 10. ibidem p. 97. Theon prog. c. 9. ibid. p. 231. Quintil. 8, 3, 72. Similitudo complectitur id, quod a nobis dicitur die Vergleichung et das Gleichniss. — Die Vergleichung ist jene Figur, welche mit ausdrücklicher Anzeige, dass diess zum Zweck der Vergleichung geschehe, zwei ähnliche Gegenstände zusammenstellt. Schiller:

— es war
Als ob die Menschheit auf der Wandrung wäre.

Gleichniss ist eine solche Vergleichung, welche ein für sich geschlossenes Ganze bildet. Curtmann. l. c. p. 98. Hanc similitudinis distinctionem noverunt etiam antiqui, ut Demetrius de Elocut. εἰκασία §. 89. (coll. §. 160. 273.) παραβολή §. 90. (coll. §. 146. 147. 274.) et scriptor ad Herenn. 4, 45, 59., qui uberius tractat similitudinem, duas eius partes faciens, *imaginem* (εἰκόνα Aristotelis, εἰκασίαν Demetrii) et *similitudinem* (παραβολήν) 4, 49, 62. p. 117 sq. Tauchn. Conf. Matthiae Theorie etc. p. 48.

init. Schott. ad Dionys. Hal. A. Rh. p. 20. adn. 72. Exempla similitudinis sunt apud Nicolaum Sophist. prog. c. 10. Vol. 1. rhett. gr. ed. Walz. p. 355., apud Georg. prog. c. 9. ibid. p. 572. Similitudinis hoc exemplum est Klopstockii:

Also naht sich die Pest in mitternächtlicher Stunde
Schlummernden Städten: der Tod liegt auf ihren verbreiteten Flügeln
An den Mauern, und haucht um sich verderbende Dünste.

ut utatur exemplis. Conf. de Orat. 3, 53, 205. *et exemplum.* Scriptor ad Herenn. 4, 49, 62. coll. 44, 57. p. 114. init. Tauchn. *Quod mihi bene videtur Decius intellexisse* etc. Iul. Rufinian. p. 213. Stolberg: So gründeten schon manche der griechischen Helden Pflanzstädte: Diomedes und Idomeneus in Italien; Teucer in der Insel Cyprus.

ut aliud alii tribuens dispertiat. Cic. de Orat. 3, 53, 205. *digestio.* Sed incertum est, utrum ista huc referatur, an 3, 53, 203.

tum distributio. Scriptor ad Herenn. 4, 27, 37. *Disiunctio est, cum eorum, de quibus dicimus, aut utrumque, aut unumquodque certo concluditur verbo, sic: Populus Romanus Numantiam delevit, Carthaginem sustulit, Corinthum disiecit, Fregellas evertit* etc. Idem 4, 35, 47. *Distributio est, cum in plures res, aut personas negotia quaedam dispertiuntur, hoc modo: Qui vestrum, iudices, nomen senatus diligit, hunc oderit necesse est. Petulantissime enim semper iste oppugnavit senatum. Qui equestrem locum splendidissimum cupit esse in civitate, is oportet istum maximas poenas dedisse velit, ne iste sua turpitudine ordini honestissimo maculae atque dedecori sit. Qui parentes habetis, ostendite istius supplicio, vobis homines impios non placere. Quibus liberi sunt, statuite exemplum, quantae poenae in civitate sint hominibus istiusmodi comparatae.* Inter hanc Herenniani scriptoris *disiunctionem* et *distributionem* hoc interest, quod in illa verba, in hac res variant, et varie disiunguntur. Hanc distribuendi, disiungendique figuram Rutil. Lup. p. 60. *merismum* dicit. Exempla sunt apud Cic. in or. pro M. Aemil. Scauro §. 41. p. 204. ed. Beier., in Vatin. 16, 39. de Orat. 1, 58, 250. extr., in Paradox. 6, 1, 5. pro Muren. 40, 87. 41, 90. pr., quae exempla adscripsit Beier. ad Cic. oratt. fragmm. p. 194. Goethe:

Der Damm zerreisst, das Feld erbraust,
Die Fluten spülen, die Fläche saust.

ut interpellatorem coerceat. Sic, ut apparet ex Meyeri adnotatione, Dr. *ut interpellet, oratorem coerceat* Eins. Vit. Mon. Ven. 1. 2., unde Meyerus ingeniosa coniectura, probata

etiam Mosero, *ut interpellet; ut interpellatorem coerceat.* Affert de Orat. 3, 53, 205. *similitudo et exemplum, digestio, interpellatio, contentio, reticentia,* et Quintil. 9, 2, 2. *praemunitio, similitudo, distributio, interpellatio, interpellantis coercitio, contentio, purgatio, laesio,* ex quo loco in l. c. de Orat. 3, 53, 205. post *interpellatio* Schutzius similiter inseri iussit *interpellantis coercitio.* Mallem sane in codice aliquo reperta esset Meyeri lectio; nunc autem obstant Turic. Erl. Dr., ita ut Einsiedlensis, Vit. Monacensis lectio erroris casu orti suspectissima maneat; Quintiliani autem duplex membrum *interpellatio, interpellantis coercitio* compositum videtur partim nostro e loco, partim ex illo de Orat. 3, 53, 205. Or. Ald. 2. *ut interpellatorem interpellatus coerceat.*

ut aliquid reticere se dicat. Huc aliquis referat Cic. de Orat. 3, 53, 205. *reticentia.* Verum Quintil. 9, 2, 54. Ciceronis *reticentiam* dicit ἀποσιώπησιν, de qua conf. maxime eundem 9, 3, 60. (Haec ἀποσιώπησις scriptori ad Herenn. 4, 30, 41. dicitur *praecisio*; rursus Ciceroni *praecisio* est *brevitas*, quam infra Orat. 40, 139. init. dixit). Videtur *reticentia* praesentis loci potius esse *parasiopesis*, quae dicitur a Rutilio Lup. p. 120. *Hoc est, cum aliquid nos reticere dicimus, et tamen tacitum intelligitur.* Et addit exemplum Lycurgi: *In praesentia, iudices, iniussu populi quae improbissime gesserit, reticebo: de falsis eius literis, quas ad senatum miserit, nihil dicam: quae illi saepe interminati sitis, omittam; nam et haec vobis nota sunt; at quae novissime multo indigniora commisit, quam primum cognoscenda.* Demetr. de E o ut. §. 263. παράλειψιν dicit cum hoc exemplo Demosthenis orat. Philipp. 3. p. 117, 20. Ὄλυνθον μὲν δὴ καὶ Μεθώνην καὶ Ἀπολλωνίαν καὶ δύο καὶ τριάκοντα πόλεις τὰς ἐπὶ Θρᾴκης ἐῶ.

ut denuntiet, quid caveant. ii sc. quibuscum orator agit, sive iudices, sive alii sint. Sic Vit. Mon. codd. duo Lamb. Vict. Grut. Ern. Schutz. ac Iul. Victor. *caveat* Turic. Quintiliani, Eins. Dr. Erl. Ven. 1. 2. Med. Crat. Tul. Aldd. Man. Or. 1. et Quintil. 9, 1, 44. „*Caveat* si vera esset lectio, auctor potius dixisset: *ut dicat, quid caveat,* non *ut denunciet.*" Mey. Cic. de Orat. 3, 53, 205. *comminatio.* (Olim legebatur *commendatio* et sic etiamnunc est apud Quintil. 9, 1, 31.) Idem Quint. 9, 2, 103. hanc figuram appellat *minas*, Gr. κατάπληξιν. Iul. Rufinian. c. 17. p. 209.: *Diabole, criminatio et quasi denunciatio eorum, quae futura sint. Cicero pro Milone* (ad Cn. Pompeium M. verba sunt, pleniora apud auctorem c. 25, 69. ed. Schutz. Vol. 8, 1. Opp. p. 406.): *Erit ille atque illucescet dies* etc. Terentius (Ad. 3, 3, 30.):

Videre videor iam illum diem, quo hinc egens
Profugiet aliquo militatum.

Apud Virgilium (Aen. 3, 255.):

Sed non ante datam cingetis moenibus urbem.

ut liberius quid audeat. Cic. de Orat. 3, 53, 205. *vox quaedam libera atque etiam effrenatior augendi causa.* De hac figura fusius agit scriptor ad Herenn. 4, 36, 48. Apud Quintil. 9, 2, 27. *parrhesia* dicitur. „A Iulio Rufiniano citatur Cornificius in figura dicta parrhesia, quam verterit *licentiam* (qui locus est ad Herenn. l. c.); v. Ruhnk. ed. Rutilii Lup. 219." Spald. ad Qu. 3, 1, 21. Vol. 1. p. 435. Adde Rutil. Lup. p. 130.

ut irascatur. Cic. de Orat. 3, 53, 205. *iracundia.* Haec figura varie appellatur *ira, aganactesis, indignatio.* vid. Iul. Rufinian. p. 205. „Anni U. 681 (73) superest recens per Ang. Maium in palimpsesto reperta pars orationis pro M. Tullio (Mediol. 1817. 4. et 8. ed. sec.), quam Peyron ex alio codice (Taurinensi) dimidio auctam edidit Stuttgart. 1824. 4. Ea utilissima est ad discendum, quid ex antiqua lege Romana opus fuerit ad actionem noxalem et in integrum restitutionem. Praeterea pro exemplo est artificii oratorii, quod omnes prope illos in primi libri de Inv. c. 53, 100. expositos indignationis locos persequitur, ut in adversarium odium audientium et gravem offensionem concitet. v. C. Beier. in ed. Lips. (1825. 8.) p. 5." Hand. s. v. Cicero p. 218.

etiam ut obiurget aliquando. Cic. de Orat. 3, 53, 205. *obiurgatio.* Iul. Rufinian. p. 212. Ante Orellium 2. hic locus ita distinguebatur: *ut irascatur etiam; ut obiurget aliquando.* Is emendavit distinctionem cum Turic. Lamb., quia maius sit obiurgare ipsos iudices, quam irasci, et ipsa collocatio *etiam ut, facile ut, vix ut, nihil ut* apud Ciceronem frequentissima sit.

ut deprecetur. Cic. de Orat. 3, 53, 205. *deprecatio.* de Inv. 2, 34, 104. Scriptor ad Herenn. 2, 17, 25. „Satis notum est, et Romanos et Graecos oratores, Demosthenem aeque atque Ciceronem deprecatione saepius esse usos, et in ea luculenter instituenda omnes dicendi nervos intendisse. In hac enim ars animorum impellendorum et ad misericordiam commovendorum, orationis exornandae, ac luminibus distinguendae, colorandae, ipsique gravitatem et splendorem conciliandi quam maxime cernebatur, in hac fervor et alacritas ingenii, sensuum concitatio, et dicendi vis elucebat. Ita saepe evenit, ut iudices a legum praeceptis et iudicandi officio ad mansuetudinem quandam abducerentur, qua iustitiae male consuleretur." E. Platn. de iis partibus libr. Cic. rhett., quae ad ius spectant p. 34 sq.

ut medeatur. Cic. de Orat. 3, 53, 205. *purgatio, conciliatio.* „Pro *medeatur* Purgold. volebat *minetur.* Eins. ac similiter Monac. Ven. 1. *ut supplicet*, *ut medeat*, *ut medeatur.* [Ven. 1. *ut Medea medeatur.* Mon. *ut medeatur*, *ut medeat.*] Hinc fortasse aliquis emendabit: *ut supplicet*, *ut laedat*, *ut medeatur.* Non ego. Verba *ut medeatur* ideo suspecta facta sunt quibusdam, quia deesse videbatur alterum oppositionis membrum *ut laedat*, quod utique inest in voce *laesio* de Orat. 3, 53, 205. et Quintil. 9, 2, 2.“ Or. De purgatione v. E. Platner l. c. c. 4. p. 33.

ut a proposito declinet aliquantum. um ein bedeutendes. v. Hand. ad Tursellin. Vol. 1. p. 256. Cic. de Orat. 3, 53, 205. *declinatio brevis a proposito, non ut superior illa degressio*, de qua mentio iniecta erat ibidem §. 203. init. *et ab re degressio*, et Orat. 40, 137. *ut declinet a proposito*, ubi vid. adn.

ut optet. Cic. de Orat. 3, 53, 205. *optatio. ut exsecretur.* Cic. ibidem: *exsecratio. ut fiat iis, apud quos dicet, familiaris.* Cic. de Orat. 3, 53, 203. *et rogatio, atque huic finitima quasi percontatio, expositioque sententiae suae*, ubi *percontatio* est persönliche Ausforschung sc. audientium, quare addit *quasi.* Eademque est simul expositio sententiae oratoris, quia ex responso, quod necessario consequi debet, nec dubium esse potest, sua sponte quid de re cogitandum sit, apparet; etiamsi non perspicuis verbis ab oratore exponatur, id quod illustratur verbis Demetrii de Elocut. §. 279. *δεινὸν δὲ καὶ τὸ ἐρωτῶντα τοὺς ἀκούοντας ἔνια λέγειν καὶ μὴ ἀποφαινόμενον· „ἀλλ' ὁ τὴν Εὔβοιαν ἐκεῖνος σφετεριζόμενος καὶ κατασκευάζων ἐπιτείχισμα ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, πότερον ταῦτα ποιῶν ἠδίκει καὶ ἔλυε τὴν εἰρήνην, ἢ οὔ;“ καθάπερ γὰρ εἰς ἀπορίαν ἄγει τὸν ἀκούοντα ἐξελεγχομένῳ ἐοικότα καὶ μηδὲν ἀποκρίνασθαι ἔχοντι· εἰ δὲ οὕτοις μεταβαλὼν ἔφη τις· „ἠδίκει καὶ ἔλυε τὴν εἰρήνην,“ σαφῶς διδάσκοντι ἐῴκει καὶ οὐκ ἐλέγχοντι.* (Demosth. pro coron. p. 248, 11. R.) Sane hi duo loci, Ciceronis de Or. et Demetrii, melius inter se consentirent, si legeretur *etiam sine expositione sententiae suae* (*καὶ μὴ ἀποφαινόμενον*). Hanc percontationem cave confundas cum illa interrogatione, de qua supra §. 137. est: *ut interrogando urgeat* sc. adversarium, et cum altero ibidem: *ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat.* Haec tria enim aperte differunt.

§. 139. ***Atque alias etiam dicendi quasi virtutes.*** Huc referuntur verba Quintiliani 9, 1, 36. *Eadem* (quae in libris de Oratore) *sunt in Oratore plurima, non omnia tamen, et paulo magis distincta: quia post orationis et sententiarum figuras tertium quendam subiecit locum, ad alias (ut ipse ait) quasi*

virtutes dicendi pertinentem. „*Quasi* excluditur apud Quintil. a codd. Colb. Goth. et ed. Iens. Eandem particulam in Orat. §. 137. volgo ante voces *ad interrogata* infartam sustulit Gu. 3.“ Bei. Debet haec Schirachio, cui item *quasi* hoc loco erat suspectum; sed frequentissime librarii voces *tanquam, quasi, velut*, quas otiosas putabant, abiecerunt; vocem *quasi* ideo quoque, quia scribebatur *qi* cum lineola, ut est semper in Eins. Retinent Turic. Eins. Or.

brevitatem, si res petet. Cic. de Orat. 3, 53, 202. *et huic* (amplificationi) *contraria saepe praecisio — et distincte concisa brevitas.* Eodem nomine brevitatis haec figura cognita est scriptori ad Herenn. 4, 54, 68. *Brachylogia* est Quintiliano 8, 3, 82. et Rutilio Lupo p. 112.

saepe etiam rem dicendo subiiciet oculis. Cic. de Orat. 3, 53, 202. *illustris explanatio, rerumque, quasi gerantur, sub adspectum paene subiectio, quae et in exponenda re plurimum valet et ad illustrandum id, quod exponitur et ad amplificandum, ut iis, qui audient, illud quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum esse videatur.* Hanc figuram sub variis nominibus retractat scriptor ad Herenn., sub nomine *descriptionis* 4, 39, 51., sub nomine *effictionis* 4, 49, 63., *demonstrationis* 4, 55, 68. Adde Quintil. 8, 3, 61. 9, 2, 40. Haec est igitur evidens descriptio et quasi depictio formae actionum, regionum, situs locorum, Gr. διατύπωσις, quo nomine laudatissimus est locus Demosthenis pr. Coron. p. 284, 21. Reisk. ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν etc. Pulchra etiam exempla ex historicis indicat Matthiae Theorie des lat. St. p. 49. Alia praebent Nicolaus Sophistes prog. c. 12. Vol. 1. rhett. Gr. p. 394. Georg. progymn. c. 11. ibidem p. 578. Ἔκφρασιν eandem dicunt Hermog. progymn. c. 10. Vol. 1. rhett. Gr. p. 47., Aphthonius prog. c. 12. ibid. p. 103., Theon progymn. c. 11. p. 239. Dicitur eadem φαντασία, ut a Quintiliano 6, 2, 29. Conf. Longin. de subl. 15. p. 58. ed. B. Weisk. Platonius de div. charact. p. XXVI. et Meineke Quaestt. Scenic. 1. p. 38. (Berolin. 1826. 4.)

saepe supra feret, quam fieri possit. Hoc est, saepe utetur figura hyperbolaë. Cic. de Orat. 3, 53, 203. *tum, augendi minuendive causa, veritatis superlatio atque traiectio.* Topic. 10, 45. Adde Longin. de sublim. c. 38. Iul. Rufinian. p. 223. Hanc figuram scriptor ad Herenn. 1, 6, 10. fin. dicit *exsuperationem;* at 4, 33, 44. *superlationem.* Conf. Demetr. de Elocut. §. 161. 162. Quintil. 8, 4, 29. 6, 67., qui ibidem §. 76. sic eam recte describit: *Tum est hyperbole virtus, cum res ipsa, de qua loquendum est, naturalem modum excessit. Conceditur enim amplius dicere, quia dici, quantum est, non potest:*

meliusque ultra, quam citra, stat oratio. Dedita opera de hyperbole egit G. Hermannus in Opusce. Vol. 4. p. 284 — 302., qui p. 293. naturam eius breviter ita definit: „Quicunque utuntur hyperbole, utuntur propterea, quia non habent quo satis exprimant quantum sit id, de quo loquuntur. Itaque praedicant de eo aliquid quod modum excedat, non quo id credi sibi velint, sed ut, quum nimium dicitur, non satis dici posse qui audiunt intelligant.“

significatio saepe erit maior, quam oratio. Cic. de orat. 2, 66, 268. *Arguta etiam significatio est, quum parva re, et saepe verbo res obscura et latens illustratur.* 3, 53, 202. *et* (haec) *plus ad intelligendum, quam dixeris, significatio.* De hac figura agit scriptor ad Herenn. 4, 53, 67. p. 122. Tauchn. Apud Quintil. 8, 5, 12. audit νόημα, apud eundem 9, 2, 64. *emphasis.* Huic figurae veteres attribuerunt τὸ ἐσχηματισμένον, in quo Demades excellebat, de quo vid. Demetr. de Elocut. §. 287 — 298. Dionys. Hal. A. Rhet. c. 8. 9., ibique Schott. p. 108., qui ita definit: „artificia, quae oratores adhibent, ut vel verecundiae causa, vel, quo facilius persuadeant audientibus, effugiantve reprehensionem et odium, verum orationis consilium aliquo modo occultent, sive id singulis locis fiat, sive per integras orationes, quae inde λόγοι sive ἀγῶνες ἐσχηματισμένοι dicebantur.“ Vide inprimis Quintil. 9, 2, 65. Exempla significationis sunt apud Cic. de Orat. 2, 66, 268. *Quum C. Fabricio P. Cornelius, homo, ut existimabatur, avarus et furax, sed egregie fortis, et bonus imperator, gratias ageret, quod se homo inimicus consulem fecisset, bello praesertim magno et gravi: Nihil est, quod mihi gratias agas, inquit, si malui compilari, quam venire. — Asello Africanus, obiicienti lustrum illud infelix, Noli, inquit, mirari: is enim, qui te ex aerariis exemit, lustrum condidit, et taurum immolavit.* Intellige Africani et Mummii censuram, quam secuta est gravis pestilentia. Mummius Asellum ignominia levaverat. Alia exempla apud scriptorem ad Herenn. 4, 53, 67. 54, 67. apud Quintil. 8, 3, 83. Lichtenberg: doch das ist Poesie: weg damit in diesen Tagen! Matthison:

Aber was ihr sanftes Auge spricht,
Sängen selbst Petrarch und Sappho nicht.

saepe hilaritas. Haec nihil videatur, nisi repetitio verborum supra positorum: *ut saepe in hilaritatem — convertat.*

saepe vitae naturarumque imitatio. Cic. de Orat. 3, 53, 204. *morum ac vitae imitatio, vel in personis vel sine illis, magnum quoddam ornamentum orationis, et aptum ad animos concilian-*

dos vel maxime, saepe autem etiam ad commovendos. Haec quoque quodammodo repetitio est eorum, quae supra legimus: *ut hominum sermones moresque describat* Venet. 1, Med. *naturaeque.* Conf. adn. ad c. 38, 128.

quasi silvam. Hoc est, nam vides varietatem et copiam rerum. v. Schott. ad Dionys. Hal. A. Rhet. p. 19. adn. 68. Conf. Orat. c. 4, 12. de Orat. 3, 26, 103. 30, 118.

Animadversum est a Quintiliano 9, 3, 90., multas figuras in tertio de Oratore positas esse, quae in Oratore serius scripto ipse auctor transeundo videatur damnasse; earumque partem esse, quae sententiarum potius, quam verborum sint. Enumerat autem haec, quae universa sunt in de Orat. 3, 54, 207. *imminutio, improvisum, imago, sibi ipsi responsio, digressio, permissio, et contrarium (hoc enim puto, quod dicitur ἐναντιότης, sumta ex adverso probatio).* Sic enim haec legenda videntur, non, ut est apud Spaldingium: *contrarium (hoc enim puto, quod dicitur ἐναντιότης), sumta ex adverso probatio,* quasi verba *sumta ex adverso probatio* novae figurae nomen sit, quae tamen nusquam apparet. Sunt porro hae a Cicerone de Oratore ibidem memoratae figurae, quas eum Quintilianus in Oratore omisisse scribit: *ordo, dinumeratio, circumscriptio, concinna transgressio,* quam Quintilianus hyperbaton esse putat, de qua re dixi supra ad Orat. 39, 135. et *mutatio* (apud Ciceronem est *immutatio*). Porro *ad propositum subiecta ratio, distributis supposita* (apud Quintil. *subiecta) ratio,* (quae est Rutilii Lupi prima figura προσαπόδοσις), *relatio, exclamatio* (quatenus inter figuras verborum enumeratur). Restant autem sic hae a Cicerone de Oratore positae, in Oratore omissae, a Quintiliano maximam partem non enumeratae: 3, 53, 205. *laesio.* 3, 54, 207. *conversio, reprehensio, et rursum alia dubitatio, et alia correctio, dissipatio,* (quam tamen Quintil. 9, 3, 39. tangit), *continuatum, interruptum, disiunctio.* His Quintil. 9, 3, 98. addit, Cornificium, (scriptorem ad Herennium), adiecisse *interrogationem* (ad Herenn. 4, 15, 22.), *ratiocinationem* (c. 16, 23.), *subiectionem* (c. 23, 33.), *transitionem* (c. 26, 35.), *occultationem* (c. 27, 37.), *sententiam* (c. 17, 24.), *membrum* (c. 19, 26.), *articulum* (c. 19, 26.), *interpretationem* (c. 28, 38.), *conclusionem* (c. 30, 41.) Ex his *sententia, membrum* et *articulus* non sunt nomina figurarum. Figurae a Cornificio, si is est scriptor ad Herennium, allatae revera, sed apud Ciceronem in de Oratore et Oratore non repertae sunt hae: *Transitio* 4, 26, 35. et ex parte illae figurae, quas ad Herenn. 4, 28. 29. legas, nominatim *interpretatio, commutatio, permissio, expeditio.* Item Rutilium Lupum Quintilianus ibidem §. 99. addit praeter ea, quae apud

alios quoque sunt, adiecisse has: *παρομολογίαν*, *ἀναγκαῖον*, *ἠθοποιίαν*, *δικαιολογίαν*, *πρόληψιν*, *χαρακτηρισμὸν*, *βραχυλογίαν*, *παρασιώπησιν*, *παῤῥησίαν*, quae negat aut schemata, aut schemata sententiarum esse. v. Rutil. Lup. p. 63. 65. 66. 81. 83. 99. 112. 120. 130. ed. Ruhnk. Sed plerasque harum vidimus cum Tullianis in Oratore congruere, idemque affirmo de figuris scriptoris ad Herennium (Cornificii apud Quintilianum) modo adscriptis.

PROLEGOMENA
AD
M. TULLII CICERONIS
ORATOREM.

Pars altera.

De auctoris doctrina numeri oratorii.

1. Definitio numeri; partitio doctrinae numeri.

§. 1. Initium doctrinae numeri oratorii auctor non definitione, sed partitione incepit. Nisi quis haec pro definitione accipere velit, quae c. 20, 67. habet: *Quidquid — est, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest a versu — numerus vocatur, qui Graece ῥυθμὸς dicitur*. Vel haec, quae c. 54, 181. *ut numerus intervallis appareat*, vel quae c. 55, 187. *Quod si est angusta quaedam atque concisa et alia est collatata et diffusa oratio, necesse est id non literarum accidere natura, sed intervallorum longorum et brevium varietate.* Partitio autem, quam dixi, extat c. 44, 149. *Collocabuntur igitur verba, aut ut inter se quam aptissime cohaereant extrema cum primis, eaque sint quam suavissimis vocibus: aut ut forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum: aut ut comprehensio numerose et apte cadat.* Tres partes facit, quarum primam *structuram* dicit; addit enim: *Atque illud primum videamus, quale sit — est enim quasi structura quaedam.* Altera est *concinnitas*, tertium intelligit clausulam periodorum. Quanquam pro structura longe frequentius *compositionem* dixit.

§. 2. *Compositio* autem quid sit, nunc videndum. Cuius naturam Cicero ponit tum in vitando concursu vocalium, quem vulgo hiatum dicunt, v. 44, 150. 45, 152.; tum in vitandis *opimis* sive *vastis literis*, et in universum in vitanda accumula-

tione consonantium, ut c. 45, 153. 48, 164.; tum in servanda ea linguae consuetudine, quae voluptati aurium consulat, v. c. 45, 153 — 48, 163.; tum in legendis *vocibus suavibus* sive *verbis splendidis*, ut c. 48, 163. Atque de illis quidem vocibus dictum est ad c. 44, 149., de his ad c. 31, 110. 48, 163. Denique compositionem dicit *totam servire gravitati vocum aut suavitati* c. 54, 182., ubi v. adn. De compositione conferendi sunt Cic. de Orat. 3, 43, 171. *Collocationis est componere et struere verba sic, ut neve asper eorum concursus neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus et levis.* et §. 172. *quae* (collocatio) *iunctam orationem efficit, quae cohaerentem, quae levem, quae aequabiliter fluentem. Id assequemini, si verba extrema cum consequentibus primis ita iungetis, ut neve aspere concurrant, neve vastius diducantur.* (Scripsissem *lenem*, si dixisset: *quae lenem et aequabiliter fluentem*; Sic priora membra hoc uno: *quae aequabiliter fluentem* comprehendisse putandus est.) Vocibus *aspere concurrant* hiatum; voce *vastius* accumulationem consonantium significat. Et Quintilianus 9, 4, 22., qui tamen *compositionem* totum genus numerosae orationis intelligit et in ordinem, iuncturam ac numerum dividit, *iuncturam* intelligens Ciceronianam praesentis loci *compositionem*. De iunctura agit ibidem §. 32. *Ordinem* Cicero non tangit, nisi semel c. 65, 219. et aeque breviter sub nomine *gravitatis vocum* c. 54, 182. Ante omnes alios naturam compositionis perspicuam reddit auctor ad Herenn. 4, 12, 18. *Compositio est verborum constructio, quae facit omnes partes orationis aequabiliter perpolitas. Ea conservabitur, si fugiemus crebras vocalium concursiones, quae vastam atque hiantem orationem reddunt, ut hoc est: Baccae aeneae amoenissimae impendebant. Et si vitabimus eiusdem literae nimiam assiduitatem, cui vitio versus hic erit exemplo: (nam hic nihil prohibet in vitiis alienis exemplis uti:)*

O Tite, tute, Tati, tibi tanta tyranne tulisti, [46])

et hic eiusdem poetae:

Quidquam quisquam cuiquam quod conveniat, neget.

Et, si eiusdem verbi assiduitatem nimiam fugiemus; ea est huiusmodi: Nam cuius rationis ratio non extet, ei rationi ratio non est fidem habere. Et, si non utemur continenter similiter cadentibus verbis, hoc modo:

Flentes, plorantes, lacrimantes, obtestantes.

---

46) Versus est Ennii Annal. 1, 151. p. 32. Spangenh. Alterum eius- [illegible]at.

Et, si verborum transiectionem vitabimus, nisi quae erit concinna, qua de re posterius loquemur. Quo in vitio est Lucilius assiduus, ut hoc est in priore libro:

Has res ad te scriptas, Luci, misimus, Aeli.[47])

Item fugere oportet longam verborum continuationem, quae et auditoris aures et oratoris spiritum laedit. His vitiis in compositione vitatis reliquum operis consumendum est in dignitate. Compositionem ergo dixeris die Anordnung und Glättung der Rede. Quippe *strues*, unde structura, significat acervum non temere et fortuito coniectum, sed ordine compositum. Sic strues et structura notionem iuncturae et concinnitatis induit, v. Doederl. lat. Synon. Vol. 2. p. 118 sq. Nam grammaticam quidem, quam nos dicimus constructionem Ciceroni non structuram, sed *consecutionem* dici Partitt. oratt. c. 6, 18. A. Matthiae Theorie des lat. St. p. 18 sq. adn. observavit.

§. 3. *Concinnitatem* (quod erat alterum ex tribus) saepius *formam orationis* appellat, vid. c. 44, 149. 54, 181. 61, 206. 65, 220. At de Orat. 3, 44, 173. *modum et formam verborum* dicit, sed tam eo loco, quam per totum illud c. 44. una orbem, quod est tertium de tribus, intelligit. Nam ibi in concinnitate et orbe discernendis non tam accuratus est. Neque vero magis concinnitatem et orbem orationis distinguit Demetr. de Elocut. §. 12. 15., ut qui Gorgiae non minus, quam Isocrateis oratoribus ἑρμηνείαν κατεστραμμένην i. e. κατὰ περιόδους ἔχουσαν tribuat, quum auctor in hoc libro saepe Gorgiae usum concinnitatis, eumque adeo nimium, non item orbem orationis tribuat. Non alia quam concinnitatis et orbis, distinctio *numeri* (Periodenbau) et *formae* (concinnitatis) est, quae legitur in de Orat. 3, 52, 199. Nam *numerus* modo latiori sensu, modo artiori dicitur. Atque haec quidem pars numeri, in qua nunc versamur, cernitur in usu quarundam figurarum verborum, ut isocolorum, antithetorum, homoeoteleutorum, homoeoptotorum, alliterationum etc. Vid. c. 12, 38. 25, 83. 39, 135. 49, 164. 165. 166. 167. 65, 220. et saepius. Extat praeterea tertium nomen huius numeri partis, quod est *genus verborum*, ut c. 49, 164., quod convertas: eine Verbindung von Satzgliedern, die rhetorischen Effect macht. Dicit enim de hac parte idem, quod de concinnitate, addens et hoc ipsum constare usu figurarum, quas modo nominavi, v. c. 49, 164. 165. 166. 167. 54, 181. 182.

---

47) Magis etiam traiecta sunt haec ipsius Ciceronis verba de Orat. 3, 60, 226. *Mitte, obsecro, inquit, Crasse, Iulius, sermonem istum, et te ad Gracchi fistulam refer.*

Sed *genus verborum* quid sit, dixi explicatius in adn. ad c. 49, 164.

§. 4. *Orbem* denique dicit clausulam rhythmicam periodorum, eandemque multis aliis nominibus significat, velut *ambitus*, *circuitus*, *circumscriptionis*, *comprehensionis*, *conclusionis*, *continuationis*, *numeri* κατ' ἐξοχὴν, *perfectionis*, *terminationis* etc., ut c. 44, 149. 50, 169. 61, 204. 62, 208. 66, 222. 68, 228. Conf. Quintil. 9, 4, 124. Vocabulo *comprehensionis* utitur de tota continuatione verborum numerosa c. 66, 222. 67, 226., at c. 66, 223. 67, 224. 225. de sola periodi numerosa clausula i. e. de orbe, quem strictiori sensu dicit.

§. 5. *Periodi* enim apud hunc scriptorem duplex ratio est, altera rhythmica, altera, quam me dicere liceat syntactica, v. inter alia c. 55, 187., ibique adnotata. Itidem discernit Quintil. 9, 4, 121. his verbis: *Illud prorsus oratoris, scire ubi quoque genere compositionis sit utendum. Ea duplex observatio: altera, quae ad pedes refertur; altera, quae ad comprehensiones, quae efficiuntur ex pedibus.* Atque rhythmica quidem pars postulat continuationem verborum numerosis incisis membrisque distinctam et clausulam eius continuationis apto delectu pedum temperatam, ut aures expleantur, utque ne mancum quid vel redundans sentiant. Syntactica autem pars periodorum eiusmodi est, ut re minutae et concisae sententiae una post alteram sequantur, utque tanquam in orbe inclusa oratio currat, quoad insistat in singulis perfectis absolutisque sententiis. Vid. Orat. 50, 170. 59, 199. 62, 207. Hinc puto explicari posse verba Quintiliani 9, 4, 125. *Modus ei* (periodo) *a Cicerone — terminatus praestare debet, ut sensum concludat* i. e. ut non prius insistat, quam sensus absolutus est. Verum Cicero non modo syntaxin periodi, sed etiam numeros eiusdem volebat, in quo a parte Graecorum recedit, vid. adn. ad c. 59, 199. Velut Aristides περὶ λόγου πολιτ. p. 66. nihil desiderat nisi σύνταξιν κώλων καὶ κομμάτων εἰς διάνοιαν ἀπηρτισμένην, at Demetr. de Elocut. §. 10. σύστημα ἐκ κώλων ἢ κομμάτων εὐκαταστρόφων, πρὸς τὴν διάνοιαν τὴν ὑποκειμένην ἀπηρτισμένον. Oratione autem, si non claudicet, neque insistat, sed cum sententia pariter excurrat, non solum auri, sed etiam animo satisfieri dicit. Quae autem oratio nec struitur recte, nec terminatur, eam *inconditam* appellat; contra numerosam modo *structam*, *collocatam*, *nexam*, *aequaliter constanterque ingredientem*, *vinctam*, *adstrictam* et *clausam*, modo *aptam*, *apte comprehensam*, *moderatione absolutam*, *finitam*, *conclusam* et *terminatam*, (die angeordnete, wohlklingende Rede), vid. 41, 140. 50, 170. 58, 198. et saepius. Adde *in quadrum redactam*, ut c. 62, 208. 70, 233. conf.

c. 58, 197. Quam autem inconditam, eandem intelligit *vagam, licenter errantem, diffluentem, fluctuantem, claudicantem*, (hinc est *delumbare sententias* c. 69, 231.), *dissolutam, fluentem, immoderatam*, item *solutam, dissipatam* (die haltungslose Rede), vid. c. 23, 77. 58, 198. 65, 220. 70, 233., (ibique adn.) et nominatim de *diffluente* et *fluctuante* oratione adn. ad c. 70, 233. Et structam orationem comparat cum opere tesselato c. 44, 149., orbem orationis cum clypeo Minervae, a Phidia affabre facto, contra orbe carentem cum scopis solutis c. 71, 234. 235. Et c. 55, 186. in oratione numerose conformata ait summum artis, sive (ut c. 55, 185. est) orationis *expolitionem* inesse, quemadmodum pictis tabulis extrema lineamenta (das Contour), et corporibus humanis palaestricae artes summum decus nitoris et perfectionem pulchritudinis afferant. Membra autem et incisa orationis *curta, angusta, amputata, concisa, infracta, praefracta, non satis rotunda, minuta* etc. dicit, vid. c. 12, 40. 23, 78. 50, 170. 51, 173. 55, 187. 58, 198. et saepius, at continuatam orationem, et una cum sententiis excurrentem, clausulaque numerosa non carentem *dilatatam* appellat, *fusam, tractam* etc. c. 55, 187. 67, 225. Libet cum his componere Aristotelias dictiones. Is quidem A. Rh. 3, 9. *λέξιν κατεστραμμένην* dicit ambitum orationis; *εἰρομένην* orationem minutis sententiis concisam; *διῃρημένην* membra, quae uno ambitu cum sensus absolutione comprehenduntur. Demetrius de Elocut. §. 12. *διῃρημένην* dicit, quam Aristoteles *εἰρομένην*. De Isocrate vero, quem primum dicit orationi numeros addidisse, Cicero orat. c. 12, 40. ita loquitur: *Nam cum concisus* (in kleine Sätze zerhackt) *ei* (Isocrati) *Thrasymachus minutis numeris* (mit numerösen Incisis und Membris) *videretur, et Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam verba vinxisse; Theodorus autem praefractior* (zu schroff), *nec satis, ut ita dicam, rotundus: primus instituit dilatare verbis et mollioribus numeris explere sententias* (und seine Satzverbindungen in weicheren Rhythmen auszuführen). Differentiam numerosae et solutae orationis Demetrius de Elocut. §. 13. apta similitudine illustrat: *ἔοικε γοῦν τὰ μὲν περιοδικὰ κῶλα τοῖς λίθοις τοῖς ἀντερείδουσι τὰς περιφερεῖς στέγας καὶ συνέχουσι, τὰ δὲ τῆς διαλελυμένης ἑρμηνείας διεῤῥιμμένοις πλησίον λίθοις μόνον, καὶ οὐ συγκειμένοις.*

§. 6. Vidimus, M. Tullium tres partes numeri statuere, compositionem, concinnitatem et orbem. Sed ille non ita sibi constat, ut haec tria non inter se misceat, velut statim initio c. 44, 149. orbem etiam in alteram partem numeri transfert, scribens: *aut ut forma ipsa concinnitasque verborum conficiat orbem suum*, nec natura aliter fieri potest, siquidem concinnitas

et orbis ita inter se finitima sunt, ut vix cogitatione disiungas. Animadvertit ipse auctor c. 54, 182. *et quod illuminatum* (est) *genere verborum* (i. e. concinnitate): *quanquam id quidem finitimum est numero* (orbi), *quia per se plerumque perfectum* (abgerundet) *est.* Verum non in hoc uno, sed per totum hoc genus verbis utitur nec satis definitis, nec unamquamque partem certa significatione discriminantibus, atque ita loquitur, ut aliquando, num de natura numeri recte sentiat, ipse se dubitare claris verbis aperiat. Quippe talia veteres magis ex obscuro quodam sensu, quam certa ratione ducti tractarunt, quae est opinio etiam Matthiaei Theorie etc. p. 50. et al. Ac manet quidem in sententia de compositione et concinnitate c. 65, 219. 220. At idem c. 48, 163. et 49, 164. concinnitatem rursus partem orbis facit, his verbis: *duae sunt igitur res, quae permulceant aures, sonus et numerus. De numero mox, nunc de sono quaerimus. Verba legenda sunt potissimum bene sonantia:* haec quidem de compositione; hinc transit ad concinnitatem: *nec solum componuntur verba ratione, sed etiam finiuntur, quoniam id iudicium esse alterum aurium diximus.* Verbo *finiri,* quod proprie orbem significat, proinde alterum i. e. concinnitatem nominat. Quinetiam addit: *sed finiuntur aut compositione ipsa, et quasi sua sponte, aut quodam genere verborum, in quibus ipsis concinnitas inest:* hic igitur orbem (*finiri*) profert etiam in primum sive compositionem, ut orbis prorsus idem intelligi debeat, quod numerus latiori sensu acceptus (nam strictiori non rhythmum, sed numerosam modo clausulam significat). Huc accedit, quod exempla, quibus c. 49, 165. 65, 219. tanquam compositionis utitur, non sunt modo compositionis i. e. structurae et levitatis, sed etiam isocolorum, et proinde ad concinnitatem pertinent. Et quidem compositio altera parte sui, qua ordinem, non levitatem orationis significat, pervenit intra fines concinnitatis, neque structura numerosa cogitari potest, quin eadem concinnitatem habeat. *Unde efficitur, M. Tullio primam partem numeri intra limites suavium vocum et levitatis coercendam fuisse, numerumque bipertiendum fuisse, ut prior pars fieret haec ipsa sive compositio sive levitas et suavitas orationis; altera autem orbis et membrorum orationis concinnitas.*

Semel etiam, c. 48, 163., distinguit *sonum* et *numerum,* sonum quidem intelligens partem certe compositionis i. e. verba bene sonantia, et numerum tum concinnitatem tum orbem; addit enim: *de numero mox, nunc de sono quaerimus.* Et de numero deinde ita pergit dicere, ut primo (c. 49, 164.) de concinnitate,

deinde (c. 50, 168.) de orbe loquatur. Alio loco (c. 61, 204.) distinguit *numerum* (Versmass) et *numerosum* (oratorischen Numerus).

Utut est, ipse quidem auctor postremo *compositionis* nomen in totum genus traducit, ut iam etiam compositio et numerus, qui latiori sensu dicitur, idem significent; idemque apparet ex verbis 68, 227. *nec sententia ulla est, quae fructum oratori ferat, nisi apte composita atque absolute; nec verborum lumen apparet, nisi diligenter collocatorum; et horum utrumque numerus illustrat;* deinde sequuntur haec c. 68, 228. *Hanc igitur sive compositionem, sive numerum vocari placet, adhiberi necesse est, si ornate velis dicere.* Et clarius etiam huic ampliori sensui verbum *compositionis* accommodavit c. 68, 229. *tantumque abest, ut — enervetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis esse possit.* Hoc secutus Quintil. 12, 1, 22. Ciceronis doctrinam numeri *compositionem* appellat. Planius et minus perturbate Cic. orat. c. 52, 175. et c. 59, 201. 202. genus totum *collocationem* et alteram eius partem c. 52, 175. concinnitatem sive usum figurarum verborum nominat, denique collocationis generi c. 59, 202. compositionem, concinnitatem et numerum subiicit. Explicatissime autem, sed hic quoque post aliquam dubitationem, quid de numero sentiat, exponit c. 54, 181. 182. *deinde* (quaeri potest), *quod dicitur in oratione numerosum, id utrum numero solum efficiatur, an etiam vel compositione quadam, vel genere verborum; an sit suum cuiusque, ut numerus intervallis, compositio vocibus, genus ipsum verborum quasi quaedam forma et lumen orationis appareat; sitque omnium fons compositio, ex eaque et numerus efficiatur et ea, quae dicuntur orationis quasi formae et lumina —? At non est unum nec idem, quod voce iucundum est, et quod moderatione absolutum, et quod illuminatum genere verborum: quanquam id quidem finitimum est numero, quia per se plerumque perfectum est: compositio autem ab utroque differt, quae tota servit gravitati vocum aut suavitati.*

2. Quaestiones de natura numeri.

§. 1. Cicero de natura numeri c. 54, 179. quaestiones proponit, quas considerandi duplicem ait esse viam, alteram longiorem, alteram breviorem, eandemque etiam planiorem.

I. 1. *Quaeri — potest, qui sit orationis numerus?*
2. *et ubi sit positus?*
3. *et natus ex quo?*
4. *et is unusne sit, an duo an plures?*
5. *quaque ratione componatur?*

6. *et ad quam rem, et quando et quo loco et quemadmodum adhibitus aliquid voluptatis afferat?*

Ad haec *breviter* respondet c. 60, 203.

1. *Ita, si numerus orationis quaeritur, qui sit: omnis est.*
2. *Si locus: in omni parte verborum.*
3. *Si, unde ortus sit: ex aurium voluptate.* Conf. 53, 177. 178.
4. *omnis est; sed alius alio melior atque aptior.*
5. *Si componendorum ratio: dicetur alio loco* (cap. 61, 204.), *quia pertinet ad usum; quae pars quarta et extrema nobis in dividendo fuit.*
6. *Si, ad quam rem adhibeatur: ad delectationem; si quando: semper; si, quo loco: in tota continuatione verborum; si, quae res efficiat voluptatem: eadem, quae in versibus* etc.

De *loco* vides quaestionem bis positam esse. Ad eandem de loco quaestionem paulo fusius respondetur c. 59, 199. 200. 201.: Sunt qui putent, numero non opus esse, nisi in clausulis sententiarum. Et id quidem plurimum ad numerum orationis conferre certum est; verum eo solo loco numerum esse, non sufficit. Debet numerus apparere etiam initiis sententiarum: debet enim motus numeri is esse, ut non repente fiat, quasi quid vehementer abiicias, sed is, quasi quid molliter ponas. Aures exspectant terminationem orationis pariter cum sententia excurrentis, nec prius acquiescunt, quam in exitu: quapropter exitum vacare numero non oportet. Et tamen convenienter cum hoc exitu gressus orationis statim inde a principio fieri debet, et oratio ita a capite fluere, ut ad extremum veniens numero cogente consistat. Conf. c. 68, 228. Itaque et prima et media et extrema ad voluptatem aurium componenda sunt.

§. 2. Hinc pergit c. 54, 180. *Est autem longioris* (viae) *prima illa quaestio* etc., post quae verba quaestiones de natura numeri repetitas, sed eas magis, ut ita dicam, enucleatas i. e. partitius, distinctius, definitiusque explicatas ponit. Longiorem enim viam, quam dicit, intelligo philosophicam sive (ut est §. 179.) *artis intimae;* breviorem eam, quam c. 60. paucis absolvit, summam modo rerum tradens. Sunt autem hae novae quaestiones quatuor, vel potius, si verum quaeris, tres:

II. 1. *Est — longioris* (viae) *prima illa quaestio, sitne omnino ulla numerosa oratio?* Haec quaestio a prima quaestione prioris loci differt: ibi enim non quaerebatur, *ecqui* sit numerus orationis, sed, quasi de hac re nulla dubitatio obtineret, *qui* sit numerus orationis?

2. *Deinde, si sit numerus in oratione, qualis sit aut quales; et e poeticisne numeris, an ex alio genere quodam; et,*

si e poeticis, quis eorum sit, aut qui? (namque aliis unus modo, aliis plures, aliis omnes iidem videntur.)

3. *Deinde, quicunque sunt, sive unus sive plures; communesne sint omni generi orationis, (quoniam aliud genus est narrandi, aliud persuadendi, aliud docendi;) an dispares numeri cuique orationis generi accommodentur? si communes, qui sint? si dispares, quid intersit et cur non aeque in oratione, atque in versu numerus appareat?*

4. *Deinde quod dicitur in oratione numerosum, id utrum numero solum efficiatur, an etiam vel compositione quadam vel genere verborum; an sit suum cuiusque, ut numerus intervallis, compositio vocibus, genus ipsum verborum quasi quaedam forma et lumen orationis appareat; sitque omnium fons compositio, ex eaque et numerus efficiatur, et ea, quae dicuntur orationis quasi formae et lumina* etc. Haec est, ut mihi quidem videtur, nihil nisi repetitio partis quaestionis secundae, quae pars continetur verbis: *namque aliis unus modo* (numerus orationis), *aliis plures, aliis omnes iidem videntur.*

Ad has quaestiones non ordine, sed sparsim et variis locis ita respondetur:

1. Esse in oratione numerum, sensu et natura docemur, (conf. c. 53, 177. 178.); etsi quid sit, satis planum reddere nequimus. Ex illa autem naturae observatione ars orta est. Poetici autem numeri magis extant quam orationis c. 55, 183—187. Quo factum est, ut poetici numeri prius invenirentur, quam orationis c. 53, 178.

2. Numerus orationis tribus in rebus cernitur, in gravitate et suavitate verborum, in concinnitate, in orbe denique sive clausula apto delectu pedum temperata. Fons omnis numeri compositio dici possit, nisi suus uniuscuiusque eorum trium numerus esse reperiretur 54, 181. 182. Nulli autem sunt numeri extra poeticos c. 56, 188—190.

3. Ad tria dicendi genera, tenue, moderatum, grave alii aliis numeris aptiores sunt. Tenui generi dicendi maxime iambus convenit; gravi paeon; temperato dactylus. Itaque orationi variae, ex tribus illis generibus dicendi mixtae, varii item numeri adhibendi sunt. Quod si fit, ars occultabitur, et occultata maiorem in animos audientium effectum habebit c. 58, 196. 197. Erant, qui existimarent, iambum, utpote a quotidiano sermone minime remotum orationi aptissimum esse, dactylum vero tantum in magniloquentiam hexametrorum cadere. Ephorus praeferebat paeonem vel dactylum, spondeum et tribrachyn reiiciebat. Aristoteles paeoni favebat. M. Tullii haec opinio est, omnes numeros, eosque non perpetuos, sed varios, in orationem cadere,

et paeonem maxime factum esse ad dignitatem orationi conciliandam c. 57, 191—196.

4. In hac quaestione idem tractat, quod iam in quaestione secunda tetigerat verbis: *namque aliis unus modo, aliis plures, aliis omnes iidem videntur*, sed hic tractat uberius c. 54, 181. 182.

Praeterea in fine quaestionis tertiae quaerens: *cur non aeque in oratione atque in versu numerus appareat?* differentiam numeri poetici et oratorii tractandam sibi proposuit. De qua nunc videndum est, quid dixerit.

§. 3. Sequitur igitur, ut de differentia numeri poetici et orationis loquamur. Atque auctor quidem c. 54, 181. haec verba habet: *Numerus intervallis* (apparet) et c. 20, 66. quondam poetas ait a scriptoribus prosae orationis numero differre visos esse; iam vero etiam apud oratores numerum evaluisse. *Quidquid est enim*, pergit §. 67., *quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiamsi abest a versu — numerus vocatur*. Inde fuisse qui dubitarent an Plato vel Democritus magis poetae existimandi sint, ut quorum oratio concitate feratur, et qui clarissimis ornamentis orationis utantur, quam Comici poetae, apud quos praeter versus nihil a quotidiano sermone alienum sit. At nec versus, neque elata verba et alti spiritus poetam faciunt; atque etiamsi quorundam poetarum grandior et ornatior vox est, quam Comicorum, et oratio quorundam grandis et ornata sicut poetarum, tamen illa oratio et poesis differunt. Nam in poesi licentia maior est, quam in oratoribus, faciendorum iungendorumque verborum [48]). Et vel hoc, iudicium, inquam, electionemque verborum, inter se simile habeant; non tamen iccirco poetarum et oratorum in ceteris rebus dissimilitudo intelligi non potest. Sic loquens omittit, quibus rebus differant, docere, hoc tantum §. 68. addens: *sed id nec dubium est, et, si quid habet quaestionis, hoc tamen ipsum ad id, quod propositum est, non est necessarium*.

C. 58, 198. ita de differentia numeri poetici et oratorii disserit: „Numerus oratorius (nam in versibus longe aliter est), non in eo cernitur, quod nihil extra modum est: sic enim poema esset; sed omnis oratio non claudicans i. e. concinnitate non carens, non quasi fluctuans, sed aequaliter constanterque ingrediens numerosa habetur. Nec numerus oratorius totus e numeris constat, sed tamen ad numeros maxime accedit.“ His similia sunt, quae c. 59, 202. profert: „Poetae in numeris quasi

---

[48]) Adde maior licentia in usu translationum et verborum vetustorum c. 59, 201. 202.

cuidam necessitati parere coguntur, (conf. de Orat. 3, 48, 184.): unde fit, ut in oratione numerus non tam extet, quam in versibus; quodque in oratione numerosum appellatur, non semper numero (i. e. delectu certorum quorundam pedum, quibus clausula temperatur), sed nonnunquam vel concinnitate vel constructione verborum fit."

His addit c. 65, 220. „Oratio numerosa est, quum est similis numerorum; poesis tota e numeris constat. Versus si in oratione inveniuntur, vitium est; oratio autem non similis numerorum dissipata fit, inculta et fluens."

Denique c. 68, 227. numerum orationis non modo non poetice iunctum esse dicit, verum etiam fugere numerum poeticum, eique omnium dissimillimum esse. Esse quidem numeros eosdem oratorum et poetarum, imo etiam omnino loquentium, denique etiam sonantium omnium, quae metiri auribus possumus, sed ordinem pedum facere, ut id, quod pronunciatur, aut orationis aut poematis simile esse videatur. Haec paululum illustrantur iis, quae scripsit de Orat. 3, 44, 175. 176. *neque est ex multis res una, quae magis oratorem ab imperito dicendi ignaroque distinguat, quam quod ille rudis incondite fundit, quantum potest, et id quod dicit, spiritu non arte determinat, orator autem sic illigat sententiam verbis, ut eam numero quodam complectatur, et adstricto et soluto. Nam quum vinxit modis et forma, relaxat et liberat immutatione ordinis, ut verba neque alligata sint quasi certa aliqua lege versus, neque ita soluta, ut vagentur.* Haec quidem scriptor habet de differentia numeri poetici et oratorii. Ego priusquam de hac re dicam, *de differentia rhythmorum et metri* disputandum esse putavi.

Ciceronis de Orat. 3, 48, 186. haec verba sunt: *Numerus — in continuatione nullus est: distinctio, et aequalium et saepe variorum intervallorum percussio numerum conficit, quem in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus, in amni praecipitante non possumus.* Illae guttae sunt exemplum eorum, quae in Orat. c. 68, 227. dixit numerum sonantium omnium. Alia eiusdem generis Longinus de sublim. 3, 5. p. 163 sq. ed. Weisk. enumerat: ὁ γὰρ ῥυθμὸς γίνεται μὲν καὶ ἐν συλλαβαῖς (id quod metrum appellamus), γίνεται δὲ καὶ χωρὶς συλλαβῆς (rhythmis), καὶ γὰρ ἐν κρότῳ. Ὅταν μὲν γὰρ τοὺς χαλκέας ἴδωμεν τὰς σφύρας καταφέροντας, ἅμα τινὰ καὶ ῥυθμὸν ἀκούομεν· καὶ ἵππων δὲ πορεία ῥυθμὸς ἐνομίσθη, καὶ κίνησις δακτύλων, καὶ μελῶν σχήματα, καὶ χορδῶν κινήματα καὶ τῶν ὀρνίθων πτερυγίσματα. Homio (Grundsätze der Kritik Vol. 2. p. 401. vers. Germ.) similitudo, qua Cicero utitur, guttarum minus apta videtur, quod in guttis neque varietas nec modulatio insit. Modu-

lationem Hermannus inesse recte negat; et Cicero exemplo guttarum non indicavit metrum, sed naturam rhythmorum *sonantium omnium*, in quibus nihil inest nisi unitas motus certa lege et demensis quibusdam intervallis redeuntis. Haec tamen eadem lex unitatis etiam in metro observatur: quare Cicero recte dixit, *numerum apparere intervallis.* Rhythmus aures delectans et suavis ut fiat, debet ad unitatem varietas accedere, unde modulatio exsistat, quam in metris inesse debere, nemo dubitat. Fiet id ita, ut lex unitatis non violetur et tamen languor eorundem intervallorum, perpetuo redeuntium, cum pulchritudine et aurium voluptate non conciliandus, removeatur. Quis enim ferat poema, iambis, ut hoc utar, compositum, hoc per totum schemate: [illegible]

[illegible] ⏑ – ⏑ ´ | ⏑ – ⏑ ´ | ⏑ – ⏑ ´ [illegible]

Varietas huic schemati afferenda est, ut cursus numerorum in lege maneat, et tamen lege solutus ac liber ferri videatur. Varietatem autem accipiet primum caesuris, quibus metrum in duos pluresve ordines rhythmicos dividitur. Et in ipsis caesuris varietas est. Ordines enim, qui caesura efficiuntur, modo breviores, modo longiores sunt, caesurae modo post arsin, modo post thesin, vel partem theseos fiunt, quo fit, ut proximus ordo modo thesi, modo arsi incipiat. Adde quod caesurae partim necessariae, partim non necessariae sunt. Atque in iis ipsis metris, quibus longissima carmina componi solent, ut fabulae scenicae et epica carmina, varietas caesurarum et multitudo maxima est, ut in hexametris dactylicis et senariis. Nec tantum caesurae versus ingratum cursum numerorum, varietate carentium, modulantur, sed etiam caesurae verborum, et quae orationi cum poeticis numeris communes sunt, interspirationes quasi quaedam, sive particulae sententiarum, quae uno spiritu pronuntiantur, angustiora incisa, paulo longiora membra, et toti ambitus. Adde quod in metris numeros quosdam permutare licet, vel per solutionem arseos contractionemque theseos, vel per transpositionem temporis partisve numeri etc., vel aliis pedibus in locum aliorum receptis, ut spondeo et tribrachye pro iambis. Denique quantavis variatio sit, tamen unitas rhythmi, qui in metro dominari debet, ad aures cadet. Hoc sentiens D. Augustinus scripsisse putandus est, *omnem pulchritudinis formam unitatem esse.* Neque artis musicae alia ratio est, quam metrorum. Seneca Epistt. 84, 9. *Non vides quam multorum vocibus chorus constet? unus tamen ex omnibus sonus redditur; aliqua illic acuta est, aliqua gravis, aliqua media. Accedunt viris feminae, interponuntur tibiae: singulorum illic latent voces, omnium apparent. De choro dico, quem veteres philosophi noverant. In commissionibus nostris*

plus cantorum est, quam in theatris olim spectatorum fuit. Quum omnes vias ordo canentium implevit, et cavea aeneatoribus cincta est, et ex pulpito omne tibiarum genus organorumque consonuit, fit concentus ex dissonis [49]).

§. 4. Superest altera quaestio *de differentia numerorum poeticorum oratoriorumque.* Veteres poeticos numeros appellant τὸ ἔμμετρον sive τὸ ἔῤῥυθμον, oratorios τὸ εὔρυθμον sive εὔμετρον, ut Aristot. A. Rh. 3, 8, §. 1—3. et Dionysius Hal. de C. V. c. 25. p. 196. Reisk. (p. 382. Schaef.) Haec perpetuo a librariis confundi, et alii docuerunt et dictum est in adn. ad Demetr. de Elocut. §. 42., quibus adde Marx. in Ephoreis p. 265. Oratori, si audis Ciceronem Orat. c. 65, 220. et Quintilianum 9, 4, 56. (coll. Orat. c. 68, 228. 229.) neque ἀῤῥύθμῳ, neque ἐῤῥύθμῳ esse licet. Alterum enim si fit, inculta erit oratio et arte carens; sin alterum, versus erit, non oratio. Atque eadem pluribus verbis tradit Dionysius. Hal. de C. V. 25. p. 196 sq. Reisk. (p. 384. Sch.). Sed nihil ex illis proficitur. Recte de quaestione nostra multis abhinc annis indicasse videtur Abbas Batteusius (Batteux) in Commentariis Acad. Inscr. Reg. Vol. 35. p. 419. ita scribens: le rhythme, appliqué au discours, n'est qu'une indication des syllabes, *non évaluées*, c'est à dire *en faisant abstraction de leur quantité prosodique.* Conf. ibidem p. 422. At rem penitius aperiam verbis G. Hermanni de different. prosae et poet. orationis diss. 2. p. 7. (sive in Opuscc. Vol. 1. p. 121.): „Hoc quidem in promptu est, neque indiget demonstrationis, metrum poeseos esse, numerum metro solutum prosae orationis. Sed quid sit, quo metrum ab oratoriis numeris differat, nondum quisquam ex tot tamque praeclaris rhetoricae artis doctoribus satis videtur explanasse. Nam quae e Graecis Aristoteles, Demetrius, Dionysius Hal., Longinus aliique, ex Romanis autem inprimis Cicero et Quintilianus de hac re disputarunt, iis vereor ne perturbaverint magis hunc locum, quam expediverint. — Scilicet non est mirum, si artis rhetoricae doctores, qui ad accentum non attenderent, prosae orationis numeros a poeticis non

---

49) vid. I. B. Hauser Ueber das Schöne in der Musik (Erfurt 1834. 4.) p. 25. extr. p. 26. init. p. 28. Maerckerus de Theodect. Phaselit. p. 75 sq. adn. 2. miscet quaestionem de rhythmis et metris cum quaestione de numeris poeticis et oratoriis. Locus enim Longini περὶ μέτρων, quo ibi utitur loquens de differentia numerorum poeticorum et oratoriorum, non refertur ad hanc materiam, sed ad quaestionem de differentia rhythmi et metri. Neque de eo loco Longini, quem Maerckerus affert, disputat G. Hermannus in Opuscc. Vol. 2. p. 118., sed de aliis verbis eiusdem scriptoris eiusdemque loci, ad diversas prorsus res pertinentibus, quippe ad musicorum numerorum cum metris poetarum consociationem.

potuerunt satis accurate distinguere. Poeticus numerus hic est, qui, neglecto accentu, mensurae quibusdam varietatibus continetur. Huius lex et ratio certis durationibus, certoque ordine sonorum comprehensa est. Neque is cognitioni, sed oblectationi inservit: unde initia, fines, intercapedines non pro verborum atque orationis distinctionibus, sed pro ipsa mensurarum commoda distributione constitutas habet. Eaque ratio metrum vocatur. In prosa autem oratione numeri accentu reguntur, qui quum nec tollere plane syllabarum mensuram, neque ab ea ipse tolli possit, numeros efficit e duplici numerorum genere, mensura accentuque, constantes, in quibus potiorem locum accentus, secundarium mensura tenet. Itaque imminuta mensurae severitate, unde oratorium numerum Cicero remissiorem, Aristoteles *ῥυθμὸν μέχρι τοῦ* vocat, quod de pulcritudine metrici numeri detrahitur, rependit vis accentuum, aucta vocabulorum significationis potestate, et eo decursu verborum instituto, qui ad sententiae intelligentiam est potentissimus. Quamobrem distinctiones non habet alias, nisi quae orationis quoque divisiones sunt.“ Exemplum G. Herm. p. 10. (124.) ponit locum Demosthenis, a Longino s. 39. propositum, quem hic dactylicis numeris compositum dicit. „Nimirum, ait Herm., dactylici sunt isti numeri maximam partem, si quidem metricorum numerorum nominibus in hoc genere uti licet: *τοῦτο τὸ | ψήφισμα | τὸν τότε τῇ | πόλει | περιστάντα | κίνδυνον | παρελθεῖν ἐ | ποίησεν | ὥσπερ | νέφος.* Indicabo horum rationem numerorum iis signis, quibus in metrica arte utimur, sed accentu prosae orationis, non metrico, notato:

–́ ⏑ ⏑ | –́ – ⏑ | –́ ⏑́ ⏑ – | ⏑́ – | ⏑ ⏑ –́ ⏑ | –́ – ⏑ | ⏑ – –́ ⏑ | –́ – ⏑ | –́ – | ⏑́ ⏑

Ita haec, *si, Quirites, minas illius*, hunc habent numerum:

–́ | ⏑ –́ – | ⏑́ – | –́ – ⏑

et haec, *urbem Romam a principio reges habuere* hunc:

–́ – | –́ ⏑ | – – ⏑́ ⏑ – | –́ – | ⏑ ⏑ –́ ⏑

Propemodum intelligi ex his potest etc.“

Quoniam autem in his rebus saepe *percussiones* et *intervalla* memorantur, videndum est, quid his vocabulis significetur: non enim semper satis perspicuum est. Itaque Ciceronis de Orat. 3, 48, 185. haec verba sunt: *Numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam impressiones, et quod metiri possumus intervallis aequalibus; recte genus hoc numerosum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. Nam si rudis et impolita putanda est illa sine intervallis loquacitas*

perennis et profluens, quid est aliud causae, cur repudietur, nisi quod hominum auribus vocem natura modulatur ipsa? quod fieri, nisi inest numerus in voce, non potest. Numerus autem in continuatione nullus est: distinctio, et aequalium et saepe variorum intervallorum percussio, numerum conficit; quem in cadentibus guttis, quod intervallis distinguuntur, notare possumus; in amni praecipitante non possumus. Hoc est, numerös oder rhythmisch ist dasjenige in allen Tönen und Lauten, was gewisse Bezeichnungen durch Tact enthält, und was wir durch die Vergleichung der Zeitzwischenräume messen können: mit Recht wird diese Art des Numerus, wenn sie nur nicht fortdauernd ist d. i. wenn sie nur Modulation enthält, als eine löbliche Eigenschaft der Rede angesehen. Denn wenn für ungebildet und kunstlos jene beständig fortfliessende Geschwätzigkeit ohne Bezeichnung von Abschnitten zu halten ist, was ist anders die Ursache, dass man eine solche Rede verschmäht, als dass für das menschliche Ohr die Natur selbst in die Stimme Modulation d. i. Wechsel der Hebung und Senkung legt. Conf. Orat. 18, 58. *In quo illud etiam notandum mihi videtur ad studium persequendae suavitatis in vocibus. Ipsa enim natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, nec una plus, nec a postrema syllaba citra tertiam.: quo. magis naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur industria.* 51, 173. *omnium longitudinum et brevitatum in sonis, sicut acutarum graviumque vocum, iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.* Auctor sic pergit: Was nicht geschehen kann, wenn nicht Numerus in der Sprache ist. Haec omnia non satis perspicua sunt triplici de causa, quod nec vocabula *percussiones* et *intervalla* cogitatione satis enucleata posuit, nec genera numerorum (*sonantium omnium*, metrorum et numeri oratorii, des natürlichen oder kunstlosen, des poetischen und rednerischen Rhythmus) satis discriminavit, nec rhythmicam ac syntacticam partem periodi satis distinxit. Nam ratione numeri *sonantium omnium* percussiones proprie dicuntur, velut ungulae, mallei, guttarum cadentium, ratione metri percussiones sunt arsis et thesis; ratione numeri oratorii accentus notatio. Itidemque intervalla pro diversis numeri generibus diversa sunt. Ea in numero *sonantium omnium* rursus proprie dicuntur: sunt enim in illo temporis distantiae inter sonos naturales; in metris intervalla intelligenda sunt morae sive longarum et brevium syllabarum inter se comparatio. Haec metrorum intervalla etiam *spatium* et *tempora* dicit, velut c. 57, 193. 194. comparationem illam, quam dixi, intelligens. Ubi autem *tempora* et *intervalla* uno loco iuncta ponit, ut c. 57, 194., tempora intelligit moras, inter-

valla comparationem morarum. Denique in numero orationis nulla intervalla cogitari possunt, quia is ex accentu pendet, qui nullam adfert temporis notionem. Sunt tamen in ipsa oratione intervalla, sed ea nihil cum accentu commune habentia. Orationis enim sunt breviores longioresque particulae sive incisa membraque, et toti ambitus. Haec Cicero dixit orationis intervalla, quorum usu fit concinnitas, non item qui proprie dicitur numerus orationis sive pedum quorundam delectus: quamquam hic quidem, nisi simul concinnitas adsit, nihil valet, ceterum naturam metrorum sive numeri poetici participat.

3. Quaestiones de usu numeri [50]).

§. 1. Quaestiones de usu numeri Cicero proponit c. 61, 204—207., ad quas non ordinatius respondet, quam ad superiores, paulo tamen accuratius et copiosius. Quamquam ipse de modo solvendi has quaestiones ita loquitur c. 61, 207. *Ac licet non ad singulas res respondentem de universo genere sic dicere, ut etiam singulis responsum esse videatur.* Sunt autem hae

1. *Quaesitum est in totone circuitu illo orationis, quem Graeci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus: an in principiis solum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit?* c. 61, 204. Hanc quaestionem iam tractavit c. 59, 199. Posuerat enim eandem quaestionem c. 54, 179. verbis: *Quaeri enim potest — ubi* (numerus) *sit positus et: ad quam rem, et quando, et quo loco, et quemadmodum adhibitus aliquid voluptatis afferat.*

2. *Deinde cum aliud videatur numerus, aliud numerosum: quid intersit?* Haec quoque iam supra c. 54, 181. adfuit in his verbis: *et cur non aeque in oratione atque in versu numerus appareat?*

3. *Tum autem, in omnibusne numeris aequaliter particulas deceat incidere, an facere alias breviores, alias longiores; idque quando, aut cur, quibusque partibus. Pluribusne, an singulis; imparibus, an aequalibus; et quando aut istis aut*

---

50) Quis non miretur Burchardii iudicium (apud Orellium p. 152.): „Quod multas has, spinosas in partem, quaestiones hic recenset Cicero, non tam ea proponit, de quibus dicturus ipse sit, quam deridet (leniter tamen) rhetorum et dialecticorum subtilitates atque spinas. Neque enim de singulis istis quaestiunculis sese disputaturum satis ipse declarat, dicens: *Ac licet* et quae sequuntur"? An alias quaestiones et magis serio tractavit in libris de Oratore? an alias severus totus Quintilianus? Praeterea nescio quid de toto hoc loco interpolato loquuntur: nemo tamen interpolationem ullam indicat.

illis sit utendum; quaeque inter se aptissime collocentur et quomodo? an omnino nulla sit in eo genere distinctio. Huc inprimis pertinent verba: *pluribusne an singulis* (i. e. partibus sive pedibus), *imparibus an aequalibus* etc., nam praecedentia verba huius quaestionis pertinent non ad pedes, sed ad incisa et membra, de quibus in quaestione quarta agit. Verbis autem, quae sequuntur: *quodque ad rem maxime pertinet, qua ratione numerosa fiat oratio?* indicat, quaestione tertia de numero clausulae pedum delectu temperatae agi, mox de numero concinnitatis.

4. *Explicandum etiam est, unde orta sit forma verborum, dicendumque, quantos circuitus facere deceat, deque eorum particulis et tanquam incisionibus disserendum est, quaerendumque, utrum una species et longitudo sit earum, anne plures: et, si plures, quo loco, aut quando, quoque genere uti oporteat?* In hac quaestione numerum maxime concinnitatis, sive doctrinam incisorum membrorumque amplectitur.

5. *Postremo totius generis utilitas explicanda est.*

§. 2. Repetamus paucis, quae auctor ad has quaestiones respondit, quo facilius doctrina eius quasi uno conspectu appareat. Ac quaestione quidem prima et altera omissis progrediamur ad proximas.

3. Pedum tum in incisis et membris, tum in comprehensionibus sive clausulis hic delectus fieri debet. Cursus numeri a primo modo incitatius brevitate pedum, modo productione tardius fertur. Celeritate in contentionum locis magis opus est; tarditate in exponendis rebus. Clausula modis pluribus insistere potest. Dichoreum maxime rhetores Asiani secuti sunt. Ille quidem non est sua sponte in clausulis vitiosus, sed nihil vitiosius, quam si semper ibi repetitur. *Primum enim,* ait, *numerus agnoscitur, deinde satiat, postea cognita facilitate contemnitur.* Verum etiam creticus et paeon in clausulis admitti potest. Paeonum prior, qui est e longa et tribus brevibus, melius initio adhibetur; posterior, qui est e totidem brevibus et longa, melius, opinione veterum, ut Aristotelis, periodos claudit. Etenim veteres duo tantum paeonum genera esse statuebant v. Herm. Elem. doctr. metr. p. 510. Demetr. de Elocut. §. 38. 39. Cicero id non plane reiecit, sed alios pedes anteponit. Ne spondeum quidem funditus repudiat, praesertim in incisis et membris. Clausulam autem sententiarum non intelligit unum pedem extremum, sed adiungit proximum superiorem, quod minimum sit, saepe etiam tertium a fine pedem. Iambum quoque, tribrachyn et dactylum in sede penultima comprobat, si in extrema choreus aut spondeus est. Sed eosdem illos tres pedes male concludere putat, *si quis*

eorum in proximo ab extremo locatus est, nisi quum pro choreo aut spondeo creticus postremus est vel dactylus. c. 64, 217. Ita enim hunc locum legendum esse existimo. Paeonem plerique orationi vel incipienti vel mediae aptissimum esse putant; nonnulli etiam cadenti. Ciceroni in clausula aptior creticus visus est. Dochmium quovis loco probat, modo ne plus semel ponatur, iteratus enim aut continuatus numerum nimis insignem facit c. 64, 212—219. Conf. Quintil. 9, 4, 87. Demetr. de Elocut. §. 38—44.

M. Tullius de Orat. 3, 47, 182. hunc pedum delectum commendat: Aristoteles, ait, iambum et trochaeum i. e. tribrachyn frequentem improbat, ut pedes minutos et percussione nimium insignes. Meliores ei videntur dactylus, anapaestus et spondeus. (Scriptura tamen huius loci multae dubitationi obnoxia est, de qua v. Maerck. de Theodect. p. 81. adn. 10.) Sed in his pedibus impune progredi licet duo duntaxat pedes, aut paulo plus, ne oratio versus fiat, aut versuum nimis similis. Aristoteli, pergit, ordiri placet a superiori paeone, posteriori finire,[1] quia clausulas vult longa plerumque syllaba terminari. Paeoni posteriori non syllabarum numero, sed aurium mensura Cicero parem fere Creticum esse autumat, de qua re metrici nunc aliter sentiunt. His ibidem c. 49, 191. addit, orationem optime incipere proceris numeris, maxime heroo i. e. dactylo et spondeo, aut paeone priore aut cretico, sed varie distincteque terminari debere. Idem c. 50, 193. extremos pedes, si modo superiora periodorum non breviora erunt, vult aut choreos, aut heroos illos, aut hos pedes alternos i. e. extremos trochaeos, et in penultima sede dactylos vel spondeos, vel versa vice extremos heroos et in penultima trochaeos esse, aut paeonem cum Aristotele posteriorem, aut ei parem creticum vult extremum pedem esse. (Huius quoque loci scriptura valde dubia est.) Unde patet, Ciceronem, quum Oratoris c. 64, 215. 218. scriberet, sententiam de his rebus mutatam habuisse. Ibi enim ei creticus aptior ad cadentem orationem videtur, quam paeon posterior.

Fit igitur numerus oratorius delectu certorum quorundam pedum, quibus varie pro vario genere dicendi totae sententiae tum ineuntes et mediae, tum maxime exeuntes sive clausulae, et praeterea incisa membraque temperantur. In incisis vero et membris brevitas pedum delectum etiam liberiorem facit, de qua re est insignis locus c. 67, 224., ubi docet, in membris saepe singulis pedibus (ut spondeo), plerumque binis pedibus utendum esse, ita ut vel singulis vel binis pars pedis i. e. syllaba addi possit; non fere autem ternis pedibus amplius utendum esse. Cur autem clausulae inprimis numerosae esse debeant, Cicero de

Orat. 3, 49, 191. his verbis docet: *Notatur enim maxime similitudo in conquiescendo et, si primi et postremi illi pedes sunt hac ratione servati* (sc. ut periodi longis pedibus, maxime dactylis, spondeis, paeone priori vel cretico incipiant, et varie distincteque considant), *medii possunt latere.* His adde ibidem c. 50, 192. *Clausulas autem diligentius etiam servandas esse arbitror, quam superiora, quod in his maxime perfectio atque absolutio indicatur. Nam versus aeque prima et media et extrema pars attenditur; qui debilitatur, in quacunque sit parte titubatum: in oratione autem prima pauci cernunt, postrema plerique. Quae quoniam apparent et intelliguntur, varianda sunt, ne aut animorum iudiciis repudientur, aut aurium satietate.* Clarius etiam rationem clausulae exponit Quintil. 9, 4, 61., docens cur in clausulis maxime numerus dominetur, cui adde dicta a Demetrio de Elocut. §. 39.

4. Transimus ad numerum collocationis concinnae. Fit partim numerus compositione ipsa, quum ita verba structa sunt, ut numerus non quaesitus, sed ipse secutus esse videatur. Is igitur numerus fit naturali ordine verborum, quum natura sententiae et linguae, non ars et consilium oratoris numerum fecisse videntur. Conf. orat. 65, 219. Contra in alio numeri genere, quod non sua sponte sequitur, traiectionibus verborum opus est, ut discimus ex c. 69, 229. 230. Denique numerus fit figuris quibusdam verborum, ut isocolis, antithetis et simil., in quibus ea concinnitas inest, ut sequatur numerus necessario. Illa autem duo genera numeri, eius qui compositione sive ordine verborum naturali, et qui concinnitate fit, ita re et natura cohaerent, ut vix inter se divelli possint, quod demonstrant vel exempla, quae auctor affert tanquam compositionis c. 49, 165. et c. 65, 219. Non enim ea alia sunt, quam et compositionis et concinnitatis, et concinnitatis nomen alteri ex oratione Miloniana sumto ipse indidit, quamquam de eodem haec verba addens: *Haec talia sunt, ut quia referuntur ad ea, ad quae debent referri, intelligamus, non quaesitum esse numerum sed secutum,* non aliter, quam c. 65, 219. de compositione loquitur. Ceterum adiecit, usum numeri, qui compositione et concinnitate fit, multo vetustiorem esse, quam numerum arte quaesitum, et veteres illos, Herodotum, Thucydidem, alios, si qua apte numeroseque dixerint, ea non numero quaesito, sed verborum collocatione cecidisse c. 65, 219. 220. Quum vero aliis locis, ut c. 49, 165. 167., in concinnitatis consectatione quum antiquos ante Isocratem, tum Gorgiam nimios dicat fuisse, aut fallor, aut parum sibi Cicero constat, quum quod consectatione, et studiose ergo, factum esse dicit, idem numero non quaesito, non de industria, sed suapte

natura, ipso numero sequente, et vel necessario sequente factum esse dicat. Neque aliter de hac opinione circa vetustissimorum scriptorum numerum iudicasse videtur Quintilianus 9, 4, 16. scribens: *Neque enim mihi quamlibet magnus orator Cicero persuaserit, Lysiam, Herodotum, Thucydidem parum studiosos compositionis fuisse.*

Ambitus orationis plerumque constat e quatuor fere particulis sive membris, quae quatuor quasi hexametrorum versuum instar sint. Sic plerumque aures explet, ut nec brevior sit, quam satis est, nec longior. Saepe tamen aut citius insistendum est, aut longius procedendum. Verum ille longioribus et brevioribus periodis inter se comparatis mediocritatis modus est, ut in oratione, quae aliquanto liberior est, quam versus c. 66, 221. 222. Conf. Quintil. 9, 4, 124. 125., qui tamen falso refert, modum periodo a Cicerone *quatuor senariis* versibus, non hexametris, terminatum esse. Is ceterum in hac omni materia cum Cicerone consentit, nisi quod nonnulla, ut solet, adiecit Ciceroni omissa. Neque ab huius doctrina longe recedit Demetrius de Elocut. §. 16.

In narrando et in genere ἐπιδεικτικῷ, quod alii *demonstrativum*, alii *ostensionale* latine dici volunt, ambitu orationis utendum est; in genere iudiciali et omnibus forensibus causis ille nec totus assumendus, nec omnino repudiandus est. Cic. de Orat. 3, 49, 190. *Neque semper utendum est perpetuitate et quasi conversione verborum, sed saepe carpenda membris minutioribus oratio est, quae tamen ipsa membra sunt numeris vincienda.* Conf. de usu periodi in variis dicendi generibus vario Quintil. 9, 4, 126—142. Perpetuus enim periodorum usus iis, qui audiunt, taedium creat, et nimium in eo artis studium etiam ab imperitis agnoscitur; alienat ab ipsa causa animos audientium, aufert fidem, in actore studium veritatis et sensum humanitatis inesse c. 62, 207—209.

Cum igitur in forensibus causis praeter periodos etiam brevioribus sententiis opus sit, dicendum est etiam de incisis et membris. Et haec quidem in illis causis plurimam partem orationis obtinebunt, sed nihil debet tam numerosum esse, quam haec ipsa, in quibus numerus et minime apparet, et plurimum valet, ac brevitas ipsa liberiorem pedum usum facit. Utendum est igitur singulis membris, vel binis plerumque, ternis etiam, paulo alias pluribus. Incisim autem et membratim loqui plurimum in argumentationibus valet, neque hoc genus fortius est, quam si binis aut ternis membris ferias; nonnunquam singulis satis est, alias pluribus. Inter haec membra variis cum clausulis numerosus

ambitus non minus frequenter interponetur. c. 66, 221. 222. 67, 223. 225. 226.

Periodis praeterea utendum est, ubi quid laudandum, aut narrandum, eo consilio, ut magis orationi dignitas concilietur, quam doloris sensus excitetur. Saepe enim in rebus amplificandis oratio periodica locum habet, maximeque in perorationibus, quum animi audientium oratoris eloquentia ita obsessi sunt, ut admiratione abrepti fateantur, non inquirant, quod reprehendant. Nec tamen haec forma diu retinenda est, nec in perorationibus, nec in reliquis orationum partibus. Redeundum tunc igitur rursus ad incisa et membra c. 63, 209—212.

5. De utilitate numeri late patenti auctor agit c. 68, 227. Quae quanta sit, argute, ut solet, Quintilianus 9, 4, 9. exposuit.

§. 3. Ceterorum ex antiquis definitiones periodi ponere et longum sit, nec quidquam ad propositum attinet. De periodi nomine et natura aliter recentiores statuerunt, quam veteres; eaque et nota res est et consentaneum. Non enim potuerunt recentiores propter accentus nostrarum linguarum rationem in finiendis periodis rationem numeri oratorii habere. Nullus in oratione nostra numerus, qui vere dicitur, (si a quadam concinnitate, quam etiam recentiores nonnulli aemulati sunt, abieris,) inveniri potest, quin versus sit, quia per naturam nostrarum linguarum necesse est, ut versus non brevitate et proceritate syllabarum, sed accentu, si non totus, certe maxima ex parte fiat. Ac cum numerus orationis item ex accentu pendeat, qui in talibus linguis numerus oratorius, quem veteres volunt, a numero poetico differat? Hinc factum est, ut qui recentiores de periodis scripserunt, non aliud spectarent, nisi syntacticam sententiarum compositionem, non rhythmicam ullam. v. Matthiae Theorie des lat. St. p. 19. adn. 2. Tametsi in definienda periodo recentiores non minus inter se dissentiunt, quam veteres, (de qua re nonnulla attulit B. Weiske in Commentt. ad M. Tullii Ciceronis orat. pro Marcell. p. 65.), quanquam per aliquantum temporis plerique I. A. Ernestium secuti sunt, et in his A. Matthiae l. c. p. 16.: Periode nennen wir einen Satz, in welchem das Hauptglied durch eingeschaltete Nebenglieder getrennt, in zwei Theile getheilt worden ist; et exemplo utitur Cic. or. pro S. Rosc. 2, 6. *Is a vobis — metumque tollatis.* Qui nuperrime de constructione et arte periodi exposuit, I. A. O. L. Lehmann (Allgemeiner Mechanismus des Periodenbaues, nebst einem Versuche, an ihn eine Kritik der deutschen Periode anzuknüpfen, Gedani 1833. 8.) propius ad veterum definitiones accedens sic vim periodi descripsit: Periode ist jeder Satz oder jede Satzverbindung, welcher oder welche ein für sich allein bestehendes Ganze ausmacht. Cum qua defini-

tione conf. Aristotelem, (quocum fere Hermogenes consentit) A. Rh. 3, 9. *λέγω δὲ περίοδον λέξιν ἔχουσαν ἀρχὴν καὶ τελευτὴν αὐτὴν καθ' αὐτὴν, καὶ μέγεθος εὐσύνοπτον. — περίοδος δὲ ἡ μὲν ἐν κώλοις· ἡ δὲ ἀφελής. Ἔστι δὲ ἐν κώλοις μὲν λέξις ἡ τετελειωμένη τε καὶ διῃρημένη καὶ εὐανάπνευστος, μὴ ἐν διαιρέσει — ἀλλ' ὅλη. Κῶλον δ' ἐστι τὸ ἕτερον μόριον ταύτης. Ἀφελῆ δὲ λέγω τὴν μονόκωλον*, de quorum verborum sensu dixit G. Schneider ad Demetr. de Elocut. §. 34. „Quae fuerint Theodectis de periodorum structura praecepta, dirimi nequit, nisi forte in Demetrii libro nonnulla investigare periclitemur. Hic enim, (quod iam Fischerus ad §. 34. contra P. Victorium contendit,) cum de periodis scriberet, certe Aristotelis librum ad Theodectem scriptum ob oculos habebat. „Marbck. de Theodect. §. 35. extr. p. 82. Demetrius vero §. 11. Aristotelis definitionem profert, quae est in arte rhetorica, et quam modo adscripsi; at §. 10. Demetrius ipse hanc ponit: *ἔστι περίοδος σύστημα ἐκ κώλων ἢ κομμάτων εὐκαταστρόφων πρὸς τὴν διάνοιαν τὴν ὑποκειμένην ἀπηρτισμένον.* De aliis veterum definitionibus v. B. Weiskium l. c., quibus adde Longin. fragm. 8, 13. p. 208. ed. Weisk., qui plurimum ab aliis recedit. Ex Romanis de Quintiliano mox dicam; praeterea consulendus est auctor ad Herenn. 4, 19, 27. et inprimis Aquila Rom. de figuris p. 159.

§. 4. A. Matthiae Theorie etc. p. 18. adn. 1. ex sensu veterum se ait exempla incisorum, membrorum et periodorum posuisse, nec tamen, quid incisa et membra sint, explicavit, ut nescias, cur periodum dicat haec verba Ciceronis in orat. 67, 224. *depressam, caecam, iacentem domum pluris, quam te et quam fortunas tuas aestimasti*, et cur incisa ac membra dicat verba ibidem praecedentia. Videndum est igitur, quid incisa et membra veteres, (Cicero certe,) intellexerint. Ex silentio quidem Matthiaei aliquis colligat, rem eo ipso loco, unde exempla petiit, explanatam esse, sed neque ibi, neque alio quoquam loco scriptorum Ciceronis perspicue dictum reperitur, unde, quid incisa a membris differant, edocearis. Nihil restat, quam ut aliorum scriptorum auxilium circumspiciamus. Atque Aquila quidem Romanus in definiendis illis nullam numeri rationem habet; Quintilianus autem tantum non totam rem incisorum et membrorum ex ratione numeri repetit, a quo, si alicunde, doctrinae Tullianae lucem accendi posse existimo. Is igitur 9, 4, 124. hoc periodi exemplum affert e Cic. Verrin. 5, 45. *Aderat ianitor carceris, et carnifex praetoris; mors terrorque sociorum et civium, lictor Sestius, cui ex omni gemitu doloreque certa merces comparabatur*. Periodos dicit quasdam constare incisis et membris. *Incisum*, (ait §. 122.), *quantum mea fert opinio, erit sensus non*

expleto numero conclusus. Et addit exempla: *Domus tibi deerat? at habebas. Pecunia superabat? at egebas.* Addit: *Fiunt autem etiam singulis verbis incisa: Diximus, testes dare volumus.* Membrum dicit *sensum numeris conclusum, sed a toto corpore abruptum, et per se nihil efficientem. — Id enim,* addit, *O callidos homines, perfectum est: sed remotum a ceteris vim non habet; ut per se manus et pes et caput: et O rem excogitatam. Quando ergo incipit corpus esse? cum venit extrema conclusio; Quem, quaeso, nostrum fefellit, id vos ita esse facturos? Quam Cicero brevissimam putat.* Periodum docet §. 124. extr. membra minimum duo habere. (Hoc quidem ex Cic. oratore.) Intelligitur ex his primum, periodorum rationem Quintiliani mente instar esse senariorum, et incisum quidem pedis; membrum metri sive dipodiae, at periodum instar totius senarii, ex tribus metris constantis, quanquam inter periodum et plenum senarium hoc interest, quod versu pleno non necessario plena sententia includitur, finis autem verborum in periodis idem etiam sententiae esse debet. Verum hoc non explicabile restat apud Quintilianum, quid *sensum* dicat, et quid sensus ab inciso et membro differat? Duo enim genera periodorum ponit: *alterum simplex, cum sensus unus longiori ambitu circumducitur,* alterum dicit constare *membris et incisis, quae plures sensus habent.* Et huius exemplum ponit illud e Verrinis modo adscriptum. Addit autem, ut dixi, habere periodum membra minimum duo. Cum simplex periodi genus admittat, quomodo duo minimum periodi membra statuere poterat? Inest in hoc abusus nominis περίοδος, quod et sententiae et sententiarum coniunctioni fortasse inditum vidit a Graecis nescio quibus: certe non ab Aristotele, qui A. Rh. 3, 9. τὴν ἐν κώλοις et τὴν ἀφελῆ sive μονόκωλον disiungit, neque igitur vult periodum omnem minimum duo membra habere. Aliorum autem, ut videtur, Graecorum denominationem imitatus non intellexit, suam ipsius sententiam secum pugnare. Aliter Aquila Rom. p. 160. *constat autem ambitus ex duobus membris, ex tribus membris, ex quatuor interdum: etsi nonnulli ex uno membro ambitum putant posse compleri, quam μονόκωλον περίοδον appellant. Ego autem non video, quemadmodum περίοδος cognominetur, et non potius κῶλον, si unum sit.*

Totum corpus in supra adscriptis Quintilianus dicit plenam sententiam. Plenae autem sententiae haec ratio est, ut quae cogitatione necessario coniuncta sunt, verbis et sententiis ne discerpantur, de qua re disputat Fr. Thierschius Gr. Gr. §. 315. ed. sec., qui triplex iungendarum sententiarum genus statuit, primum quo sententiae per relativa pronomina nectuntur, quo fit, ut altera sententia tantum cum parte alterius cohaereat; alterum,

quum tota sententia postulat, ut altera adiungatur: tertium, quum accusativus obiecti mutatur in sententiam aliunde pendentem. Unde clarum fit, recte a Cicerone et Aquila dictum esse, periodum duorum, quum minimum sit, membrorum esse debere.

Periodicae autem conformationis quanta vis sit, aptissimo exemplo docet Demetrius §. 45. 46., alio A. Matthiae Theorie etc. p. 17. coll. p. 81 sq. adn. **) ex ipsius auctoris Epistt. Famil. 3, 8. Vol. 3. p. 97. ed. Schütz. *Etsi, quantum ex tuis literis intelligere potui, videbam, te hanc epistolam, quum ad urbem esses, esse lecturum, refrigerato iam levissimo sermone hominum provincialium, tamen quum tu tam multis verbis ad me de improborum oratione scripsisses, faciendum mihi putavi, ut tuis literis brevi responderem.* Hic orbis orationis est, quem si dissolveris, infractis et amputatis membris oratio sic habebit: Ich sah zwar ein, dass du diesen Brief erst lesen würdest, wenn du bei der Stadt angekommen wärest. Soviel konnte ich aus deinem Schreiben abnehmen. Doch glaubte ich deinen Brief kurz beantworten zu müssen. Denn du hattest so ausführlich von dem Gerede der Uebelgesinnten an mich geschrieben. Ambitum orationis in versione sua servavit Wielandius, in hunc modum: Wiewohl ich aus deinem Schreiben abnehmen konnte, du würdest diesen Brief nicht eher als bis du bei der Stadt angelangt wärest, zu lesen bekommen, wenn das verächtliche Gerede der Leute aus der Provinz sich schon ziemlich abgekühlt haben müsste: so hielt ich es doch, da du mir so weitläufig über das Gerede übelgesinnter Leute schreibst, für wohlgethan, deine Zuschrift mit Wenigen zu beantworten. Quoque satius naturam terminatae absolutaeque et solutae orationis dignoscas, compara Hom. Il. 1, 12—43. cum Plat. de Rep. 3. p. 393. D. — 394 A. coll. A. Matthiae Gr. Gr. §. 264. init. p. 539. Homeri poësis habet minutas sententias; Platonis narratio earundem rerum, quas poeta narrat, ambitum habet sive iunctionem sententiarum, quae cogitatione iungendae sunt. Eadem fuit ratio in antiquissimis quibusque prosae orationis scriptoribus, teste Aristotele A. Rh. 3, 9. ἡ μὲν οὖν εἰρομένη λέξις (minutis sententiis concisa oratio) ἡ ἀρχαία ἐστίν· „Ἡροδότου Θουρίου ἥδ' ἱστορίης ἀπόδεξις." Ταύτῃ γὰρ πρότερον ἅπαντες, νῦν δὲ οὐ πολλοὶ χρῶνται.

4. De inventoribus numeri oratorii.

§. 1. Primum orationem numerosam reddebant compositione sive naturali ordine verborum, et genere concinnitatis, quum verba ita struerent, ut numerus non quaesitus, sed ipsa consecutione verborum secutus esse videretur, aut formis quibusdam orationes uterentur, in quibus ea concinnitas inest, ut numerus

necessario sequatur c. 65, 219. 220. coll. c. 49, 165—168. Quum autem veteres sic fortuito saepe aliquid etiam apte concluseque dicerent, (quae est tertia pars numeri), quod animos hominum auresque ita pelleret, ut intelligi posset, id, quod casus effudisset, cecidisse iucunde; hoc tertium genus ita notare coeperunt, ut paulatim inde ars fieret. Prius enim omnis numerus inventus est mensione aurium, quam observatione prudentium, et in oratione quidem multo serius, quam in poetica c. 53, 177. 178. Itaque ut in ceteris, ita in hac re accidit, ut necessitatis inventa antiquiora essent, quam voluptatis, ut multis seculis ante nuda oratio, ad solos animorum sensus comparata, reperiretur, quam ratio numerorum c. 55, 185.

§. 2. Primus autem Isocrates orationem verbis dilatare et mollioribus numeris sententias explere coepit, et orbe uti: cuius oratio proinde non iam minutis numeris concisa, ut superiorum oratorum, sed quasi rotunda appareret. A quo deinde ars ad multitudinem discipulorum profecta veram numerorum rationem propagavit c. 12, 40. Nec solum orbem (intelligens, etiam in soluta oratione, dum versum effugias, modum tamen et numerum quendam oportere servari) primus orationi adiunxit, sed etiam numeros a superioribus usitatos compositionis et concinnitatis ita primus moderatus est, ut varietas satietati occurreret, ut non princeps quidem compositionis et concinnitatis inveniendae, sed tamen in eo genere scientius, quam quisquam versatus esse putandus sit. Orbis autem inveniendi quanquam sunt, qui Thrasymachum principem fuisse ferant, (et M. Tullius ipse de hac re non satis definite loquitur) [51]); tamen Thrasymachi quoque

---

[51]) Cicero de inventore orationis numerose cadentis valde dissonantia tradidit. Sic enim loquitur de hac re in Bruto c. 8, 32., ut videri possit, non dubitandum esse, quin Isocrates illum invenerit. *Ante hunc* (Isocratem) *verborum quasi structura, et quaedam ad numerum conclusio nulla erat: aut, si quando erat, non apparebat eam dedita opera esse quaesitam? quae forsitan laus sit: veruntamen natura magis tum, casuque nonnunquam, quam aut ratione aliqua, aut observatione fiebat.* §. 34. *Ipsa enim natura circumscriptione quadam verborum comprehendit concluditque sententiam: quae quum aptis constricta verbis est, cadit etiam plerumque numerose. Nam et aures ipsae, quid plenum, quid inane sit iudicant, et spiritu, quasi necessitate aliqua, verborum comprehensio terminatur: in quo non modo defici, sed etiam laborare turpe est.* Eandemque inventionis laudem Isocrati tribuit de Orat. 3, 44, 173. *Versus enim veteres illi in hac soluta oratione propemodum, hoc est, numeros quosdam nobis esse adhibendos putaverunt. Interspirationis enim, non defatigationis nostrae, neque librariorum notis, sed verborum et sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt: idque princeps Isocrates instituisse fertur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem delectationis atque*

omnia nimis etiam numerose scripta extabant. Quin etiam ipse Isocrates iuvenis festivitatum concinnitatis avidior fuerat, sed se

aurium causa (quemadmodum scribit discipulus eius Naucrates) numeris adstringeret. Adde Ioh. Siceliot. in Scholiis ad Hermog. Ideas 2. p. 498. apud Walzium Rhett. gr. Vol. 6. Sed hanc laudem Isocrati rursus detrahit Orat. 52, 174. 175. *Quum* (Isocrates) *videret, oratores cum severitate audiri, poetas autem cum voluptate, tum dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione uteremur, tum iucunditatis causa, tum ut varietas occurreret satietati. Quod ab his vere quadam ex parte, non totum dicitur. Nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum est; sed princeps inveniendi fuit Thrasymachus, cuius omnia nimis etiam extant scripta numerose.* Deinde Gorgiam dicit inventorem concinnitatis: *Nam, ut paulo ante dixi, paria paribus adiuncta, et similiter definita, itemque contrariis relata contraria, quae sua sponte, etiamsi id non agas, cadunt plerumque numerose, Gorgias primus invenit: sed his est usus intemperantius.* Idem tradit c. 49, 165. *In huius concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus.* At c. 12, 39. una Thrasymachum et Gorgiam concinnitatem primos tractasse narrat: postquam enim figuras verborum §. 38. enumeravit, unde concinnitas orationis nascitur, haec addit: *In Panathenaico autem Isocrates ea studio se consecutum fatetur. Non enim ad iudiciorum certamen, sed ad voluptatem aurium scripserat. Haec tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum et Leontinum ferunt Gorgiam, Theodorum inde Byzantium multosque alios* etc. Ex Dionysio Hal. Vol. 5. p. 464. R. apparet, Thrasymachum Lysia aetate inferiorem fuisse, proinde etiam Gorgia, unde liquet, Gorgiam inventorem concinnitatis fuisse. Theodorum autem aetate priorem fuisse Thrasymacho collegeris ex eodem scriptore Vol. 6. p. 756, 4., quocum convenit p. 625. Quin Theodorum Lysia superiorem fuisse patet ex Cic. Bruto c. 12, 48. Sed redeamus illuc, unde devertimus. Illos locos, quos adscripsi, si cum iis, quae aliunde comperta habemus, conferas, haec satis certo, opinor, colligi possunt:

Gorgias princeps fuit inveniendae concinnitatis, quem secuti sunt Theodorus et Thrasymachus, multique alii, qui omnes in usu eius ornamenti orationis nimii cum fuissent, ab Isocrate sapienti moderatione superabantur. Gorgiae inventionem figurarum, quas rhetores παρισώσεις, παρομοιώσεις et ἀντιθέσεις nominant, etiam alii scriptores tribuunt, velut Aristot. A. Rh. 3, 9. et Dionysius Hal. variis locis. v. Westerm. Quaestt. Demosth. 2. p. 13. Alii inventionem luminum illorum orationis Polo, discipulo Gorgiae, tribuerunt, (v. Westerm. l. c. p. 16.), quos vel fragmenta, quae extant Gorgiae orationum, satis superque redarguunt.

Orbis autem orationis Thrasymachum inventorem fuisse, ita recte dixeris, ut eum primum in Arte rhetorica de delectu pedum, quibus clausulae periodorum temperandae sunt, scripsisse quaedam existimes. Scripserat enim artem rhetoricam, ut constat testimonio Suidae et Quintiliani 3, 1, 10. conf. Dionys. Hal. Vol. 6. p. 722, 11. Idem forensibus orationibus operam dedit, ut patet ex eodem scriptore Vol. 5. p. 627, 5. Locus ex eius orationibus extat apud eundem p. 959. satis longus, ut inde coniecturam de eius numeris capias. Cicero eum a republica abstinuisse dicit de Orat. 3, 16, 59., unde cave colligas, eum illas orationes aliis scripsisse, nam Thrasymacho Dionys. p. 962. c. 4. ex adverso ponit Isocratem ut oratorem, qui nullam unquam forensem causam aut privatim aut publice oraverit et p. 959, 13. ex orationibus eius populari-

ipsum tantum, quantum aetate procedebat, moderatus est, et senex factus sese minus iam servire numeris, quam solitus esset,

bus dicit illud fragmentum paulo longius sumtum esse. Enimvero Cicero Thrasymachum dicit republica abstinuisse hoc sensu, quod non, ut Themistocles, Pericles, Theramenes reipublicae administrandae et servandae praefuerat. Neque unum Thrasymachi librum extitisse, ex Cic. Orat. 52, 175. colligit Spalding. ad Quintil. 3, 3, 4., ubi Thrasymachus dicitur *de actione* quaedam *tradidisse* (Spalding. enim ibi emendat: *licet Thrasymachus quoque idem de actione tradiderit*, pro vulgata *crediderit).* Scripsit Thrasymachus etiam de natura rerum, teste Cic. de Orat. 3, 22, 128. i. e. de philosophia, nam eam alicuius librorum eius inscriptionem fuisse, ex eo loco non colligitur. In Thrasymachi autem Arte credibile est etiam illa fuisse, quae ab Aristotele A. Rh. 3, 8, 4. p. 251, 4. relata Thrasymachus de paeone dixerat. Nam Stagirites de rhythmis in oratione adhibendis exponens a Thrasymacho paeonem maxime commendatum et suo tempore primum ab orationis initio usurpatum esse tradit. „Quare haud scio an in Panegyricae exordio verba prima πολλάκις ἐθαύμασα huius praecepti exemplum supersint." I. G. PFUND. de Vit. et scriptt. Isocr. p. 12 sq. Eadem ex Aristotele de Thrasymacho refert Quintil. 9, 4, 87. *Licet igitur paeona sequatur Ephoris, inventum a Thrasymacho, probatum ab Aristotele.* Quum vero Thrasymachus artem, quam literis profitebatur, re minus feliciter expertus esse videatur, (id enim declarant verba Ciceronis Orat. c. 52, 175. *princeps inveniendi fuit Thrasymachus, cuius omnia nimis etiam extant scripta numerose;)* et Isocrates omnem numerum non scientia magis, quam usu, neque usu magis quam scientia calleret: *neminem enim in eo genere scientius versatum Isocrate, confitendum est:* ac quum etiam numero concinnitatis legitimum modum adhiberet, nihil Ciceronem impedire poterat, quominus Isocratem principem numeros orationi addidisse et inventorem numerorum, qui vere dicuntur, fuisse diceret. Nam qui primus artem rudiori antea manu tractatam perficit, is iure inventor eius artis esse perhibetur. Non secus apud Romanos satirae inventor habitus est Lucilius, quanquam ante eum Ennius in eodem genere versatus erat; sic Rhinton hilarotragoediae, Pomponius Bononiensis Atellanarum inventor dicitur. Quod si per hyperbolen dictum est, assentiar Maerckero de Theodecte p. 12. adn. 3., a Cicerone itidem hyperbolice Isocratem dictum esse numeri oratorii inventorem. Libentius concedam, Ciceronem tam ambigue de Thrasymacho et Isocrate locutum esse, quod apud ipsos Graecos non certam de his viris opinionem invaluisse videret, velut Dionysius Hal. Vol. 5. p. 464. et Vol. 6. p. 958 sq. eandem artis perfectionem Lysiae et Isocrati tribuit, quam Theophrastus Thrasymacho vindicabat. Ceterum eodem loco Maerckerus non magis recte dicit, numerosam orationem Graece ἑρμηνείαν vel λέξιν dictam esse, quum ἑρμηνεία sit elocutio, at numerosa oratio ἁρμονία. v. adn. ad Demetr. de Eloc. §. 68. Minus etiam verum est, quod I. G. Pfundius l. c. negat usquam memorari, numerorum in oratione Gorgiam studiosum fuisse; nisi forte studium concinnitatis non numeri est, nec concinnitas pars numeri necessaria. Quaerit autem, quem igitur in numeris Isocrates secutus sit? Quasi non aperte a Cicerone dicatur princeps inveniendi numeri fuisse, quem, quum Thrasymachus idem artificium ante eum factitasset, sed, teste Cicerone, parum recte factitasset, sua quadam et propria via rem aggressum esse credere licet.

confessus est 52, 174. 175. 176. Exempla huius studii concinnitatis in Isocrate iuvene, eodemque imitatore Gorgiae, adposuit I. God. Pfundius de Isocr. Vit. et scrr. (Berol. 1833. 4.) p. 10 sqq. Quid? quod Isocrates dicitur argumentum Panathenaici a Gorgia mutuatus esse. Ibidem p. 11 sq. Idem studium testatur Quintil. 9, 3, 74. *Magnae veteribus curae fuit, gratiam dicendi e paribus contrariis acquirere. Gorgias in hoc immodicus; copiosus aetate prima utique Isocrates fuit. Delectatus est his etiam M. Tullius, verum et modum adhibuit non ingratae (nisi copia redundet) voluptati, et rem alioqui levem sententiarum pondere implevit.* Itaque fere concinnitate tantum antiqui ante Isocratem delectabantur c. 49, 167. Quod autem aures maxime exspectant, ut verba apte cadant, et verbis sententiae colligentur, non erat apud antiquos, qui verbis et sententiis gravibus et bonis excellunt, conclusionem sententiarum non habent, postea demum inventam. Sin vero quando ab iis sententia apte verbis comprehensa apparet, id factum est plerumque casu, saepe necessitate c. 50, 168. 169. 170. Hinc Cic. de Orat. 3, 51, 198. *Itaque*, ait, *illi veteres, sicut hodie etiam nonnullos videmus, quum circuitum et quasi orbem verborum conficere non possent, (nam id quidem nuper vel posse vel audere coepimus) terna aut bina, aut nonnulli singula etiam verba dicebant, qui in illa infantia naturale illud, quod aures hominum flagitabant, tenebant tamen, ut et illa essent paria, quae dicerent, et aequalibus interspirationibus uterentur.* Itaque etiam Herodotus et eius aequales, et magis etiam eo scriptore superiores numero caruerunt, nisi quando temere et fortuito 55, 186. Ordo enim verborum numerum efficit sine ulla aperta industria oratoris, itaque si quae veteres illi apte numeroseque dixerunt, ea non quaesito numero, sed verborum collocatione evenerunt 65, 219. Neque aliter fuit in Thucydide et in tota ea aetate, (ibidem); itaque 71, 234. *in Thucydide*, ait, *orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent.* Antiquis igitur ante Isocratem numerus non totus inusitatus erat, sed eorum numeri, ut in arte rudium, minuti etiamtum et versiculorum nimis similes et concinniores, quam oratio flagitat, reperiebantur. Quanquam Herodotus et Thucydides, quorum tota aetas hoc pravo de numeris iudicio corrupta esset, longius ab aequalium ineptiis abfuerunt. 12, 39. Etiam Thrasymachus, quem Cicero inventorem artis ante Isocratem praedicat, concisus minutis numeris ab eodem dicitur 12, 40., eiusque omnia scripta nimis etiam numerose extabant 52, 175. Itidemque oratio Gorgiae minutis numeris concisa erat 12, 40. Conf. Westerm. Quaestt. Demosth. 2. p. 13. 16. Spalding. ad Quintil. 9, 3, 74. Vol. 3. p. 498. Eundem

Gorgiam in concinnitatis consectatione et principem et eo genere maxime delectatum esse, in eiusque oratione numerum plerumque ipsa concinnitate effectum esse Cicero scribit c. 49, 165. 167. Gorgiam autem maxime antithetis et simili conformatione orationis usum esse, apparet etiamnunc ex paucis, quae extant, reliquiis orationum eius. Memorantur autem hae orationes eius: ὁ λόγος Ὀλυμπικὸς ab Aristotele A. Rh. 3, 14. ab init. conf. Philostrat. de Vitis Sophist. 1, 9. p. 493. II. et 1, 17. p. 505. III. Epist. 13. ad Iul. Aug. etc. Dein ὁ λόγος Πυθικὸς a Philostrato l. c. p. 493. II. ab Athenaeo 11, 113. p. 505. D. Porro τὸ ἐγκώμιον εἰς Ἠλείους ab Aristot. A. Rh. 3, 14. fin. Tum ὁ λόγος ἐπιτάφιος, a Philostrato l. c. p. 493. II. a Dionysio Hal. περὶ χαρακτήρων, quod opus deperditum est, indicat autem Scholiastes anonymus ad Hermog. περὶ ἰδεῶν 2, 9. p. 462. fin. (ed. Colon. Allobr. 1614.) et Scholiastes in Rhett. gr. Aldi Vol. 2. p. 412., ubi est fragmentum huius Gorgiae orationis, de quo v. Westerm. l. c. p. 13. Dein τέχνη ῥητορικὴ apud Cicer. Brut. 12, 47. et all. conf. Fabr. Bibl. gr. Vol. 6. c. 34. Denique περὶ τοῦ μὴ ὄντος ἢ περὶ φύσεως σύγγραμμα a Sexto Empirico adv. Logicos 1, 65 sq. ed. Fabr. Egit de his Schoenborn. de authentia declamationum, quae Gorgiae Leontini nomine extant (Vratisl. 1826. 4.) p. 5. conf. Westerm. l. c. p. 15. Et exempla Gorgiae antithetorum et similium consectationis extant ibidem apud Schoenbornium p. 23 sq. Tale extat inter alia apud Plutarchum de glor. Atheniens. p. 348. C. de tragoedia, in qua ὅ τε ἀπατήσας δικαιότερος τοῦ μὴ ἀπατήσαντος, καὶ ὁ ἀπατηθεὶς σοφώτερος, τοῦ μὴ ἀπατηθέντος. Alterum apud eundem in Vit. Cim. c. 10. ἔτι τοίνυν ὁ Γοργίας μὲν ὁ Λεοντῖνος φησί, τὸν Κίμωνα τὰ χρήματα κτᾶσθαι μέν, ὡς χρῷτο, χρῆσθαι δέ, ὡς τιμῷτο· Κριτίας δὲ etc. Alia indicat Westerm. Quaestt. Demosth. 2. p. 16. Imitationem in eo genere Gorgiae reperias in orationibus discipulorum eius, velut Agathonis Platonici in Conviv. p. 197. D. (p. 245. Vol. 7. Tauchn.) οὗτος δὲ ἡμᾶς ἀλλοτριότητος μὲν κενοῖ, οἰκειότητος δὲ πληροῖ etc. v. Schoenb. l. c. p. 25 sq. Idem concinnitatis studium agnoscitur in duabus orationibus, quae sub nomine Gorgiae feruntur, in Vol. 5. oratt. gr. edit. Bekk. v. Schoenb. l. c. p. 29. 32. sqq. Eundem igitur Gorgiam M. Tullius addit figuris quibusdam verborum, quibus oratio concinna fit, intemperantius usum esse c. 52, 175. et festivitatibus his, quas primus Isocrates temperaverit, insolentius abusum c. 52, 176. Denique his λογοδαιδάλοις, quo nomine eos Plato appellavit (v. Orat. 12, 39.) adnumerandus est Theodorus Byzantinus, quem dicit et ipsum praefractiorem, nec satis rotundum fuisse i. e. numeris minutis et concisis, non orationis dilatatione et ambitu usum esse c. 12, 40. Hegesias Magnesius et

ipse comprehensionem verborum perverse fugiens minutas particulas sententiarum incidendo fecit c. 67, 226. Itaque tum ipse tum qui vitium eius secuti sunt, infringendis concidendisque numeris in genus orationis abiectum inciderunt, Siculorum (Gorgiae etc.) simillimum c. 69, 230. Alii autem, et Asiani maxime, numerorum causa, inania quaedam verba quasi complementa numerorum inculcaverunt c. 69, 230. Apud Hieroclem et Meneclem, fratres, Asianorum principes rhetorum, varietas non erat, ut qui omnia fere uno modo concluderent c. 69, 231. Ad hos igitur maxime id pertinere videtur, quod Cicero orat. c. 64, 212. toti Asiae exprobrat, quod dichoreos semper in clausula periodorum posuerint.

§. 3. Apud Romanos ars numerorum diutissime iacuit. Quinetiam nomen invidiam habebat, quum in oratione iudiciali et forensi numerus inesse dicebatur, quod nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videbatur, si etiam in dicendo numeri ab oratore quaererentur. Itaque Romani diu non modo ipsi infracta et amputata loquebantur, sed etiam eos vituperabant, qui apta et finita pronuntiarent. Ubi vero sententia apte verbis comprehensa aliqua apud antiquiores oratores Romanos reperitur, (ut apud Crassum c. 65, 219.), id factum plerumque casu, numerus non quaesitus, sed ipse secutus, et saepe ordine verborum sine ulla aperta oratoris industria effectus esse videtur. Itaque apud Graecos iam anni prope quadringenti erant, quum numerorum studium probaretur; Romani demum Ciceronis aetate et per Ciceronem eorum exemplum secuti sunt, quanquam etiam ante hunc nonnulli fuerunt, quorum oratio iam propemodum absolute concluderetur 50, 169. 170. 171. L. Caelius Antipater, scriptor rerum Romanarum, in prooemio belli Punici ipse professus est, sese, ubi necessarium visum esset, verba traiecisse, quo melius aut caderet, aut decurreret ab initio et per medias sententias oratio. Sed eum omnino rudem Cicero appellat; isque ea traiectione verborum quum usus sit, nihilo tamen aptius explevit conclusitque sententias c. 69, 229. 230.

§. 4. Scriptores perveteres multa de oratione praecepta reliquerunt, de numero omnino nihil docuerunt c. 55, 186. Post Isocratem multi et magni artis oratoriae magistri exorti sunt, Aristoteles, Theodectes, Theophrastus, qui omnes numerum in oratione esse iusserunt, et multa de ea re praecepta scripserunt c. 51, 172.

5. Aequalium de M. Tullii doctrina numeri iudicia.

§. 1. Quintilianus 9, 4, 1. negat se post M. Tullium de compositione (numero) scribere ausurum fuisse, *cui*, ait, *nescio*

an nulla pars operis huius sit magis elaborata, nisi et eiusdem aetatis homines, scriptis ad Ciceronem etiam literis, reprehendere eius collocandi genus ausi fuissent, et post eum plures multa ad eandem rem pertinentia memoriae tradidissent. Itaque profitetur se ipsum accedere in plerisque Ciceroni, atque in iis, quae indubitata sint, breviorem fore: in quibusdam paulum fortasse se dissensurum. Inter illos autem *eiusdem aetatis homines* Gesnerus apud Spaldingium Vol. 3. p. 523. Brutum ipsum, ad quem Orator missus est, fuisse docet ex Cicer. Epistt. ad Attic. 14, 20. Vol. 6. p. 56. ed. Schutz., ubi ad amicum scribit: *quum, ipsius precibus paene adductus, scripsissem ad eum de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud, quod mihi placeret, non probari. Quare sine quaeso sibi quemque scribere. Suam cuique sponsam, mihi meam; suum cuique amorem, mihi meum.* Et 15, 1. extr. p. 65. *Brutus noster misit ad me orationem suam, habitam in concione Capitolina, petivitque a me, ut eam nec ambitiose corrigerem ante quam ederet. Est autem oratio scripta elegantissime sententiis, verbis, ut nihil possit ultra. Ego tamen, si illam ὑπόθεσιν habuissem, scripsissem ardentius. Vides, quae sit persona dicentis. Itaque eam corrigere non potui. Quo enim in genere Brutus noster esse vult, et quod iudicium habet de optimo genere dicendi, id ita consecutus est in ea oratione, ut elegantius esse nihil possit. Sed ego scilicet alius sum; sive hoc recte, sive non recte.* Idem Epistt. Famil. 12, 17. Vol. 5. p. 300. ad Cornificium: *sed proxime scripsi de optimo genere, in quo saepe suspicatus sum, te a iudicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem a non indocto, paululum dissidere*, ubi P. Manutius: „non solum Cornificio, sed etiam M. Bruto parum probata est de optimo genere dicendi Ciceronis opinio. Differebant autem, nisi fallor, in eo, quod elocutioni Cicero tribuebat plurimum, Brutus autem rebus haud paulo plus, quam verbis.“ Dissensisse imo eos maxime de compositione sive numero, apparet ex Quintiliani l. c. tum ex eodem 12, 1, 22. *Bruto Calvoque, qui certe compositionem illius etiam apud ipsum* (hoc Spalding. refert ad epistolas ad Atticum modo indicatas. Conf. Dialog. de Oratt. c. 18. p. 296 sq. ed. Tacit. Walther.) *reprehendunt.* et 12, 10, 12. *M. Tullium, — quem et suorum homines temporum incessere audebant ut — in compositione fractum* etc.

COMMENTARIORUM
IN
M. TULLII CICERONIS
ORATOREM
AD M. BRUTUM
Pars reliqua in Cap. XLI seq.

CAP. XLI.

§. 140. *etsi movebant iam me illa, quae supra dixeram.* Hic locus explicandus est ex c. 43, 146. *Quod quum ita sit, tamen ea quae supra dicta sunt, plus in disputando, quam ea, de quibus dicendum est, dignitatis habuerunt.* Etenim ea, quae supra dixerat, omnia illa intelligit, quae ante doctrinam numeri tractavit; tractaverat autem ante hanc doctrinam inventionem et dispositionem et modum dicendi, qui continetur actione et elocutione: in elocutione tria genera dicendi distinxit et persecutus est. Docuerat, praeterea oratorem dialecticis omnibusque partibus philosophiae, iuris civilis prudentia et historia instructum esse debere. Docuerat, oratori semper ad id quod deceat orationem accommodandam esse; loquutus erat de thesi et amplificatione, de eo, quod ad naturam et mores et ad omnem vitae consuetudinem accommodatum est, et de altero, quo perturbantur animi et concitantur: haec tradiderat, quo modo ab oratore tractanda essent. Postremo de figuris verborum et sententiarum exposuerat. Haec omnia ait maiorem ad docendum dignitatem habere, quam quae sequitur compositio, ut in qua doctrina sibi saepe ad minutissimas quaestionum grammaticarum res, ad literarum syllabarumque diiudicationem et similia, Consulari viro minime convenientia visa, descendendum esse praevideret. Movebant autem eum iam superiora, ut difficillima pleraque ad explicandum; iis autem, quae sequuntur, perturbabatur magis.

§. 141. *Sed si profiterer.* Sic haud cunctanter scripsi pro *profitear*, quia et imperfecta praecedunt et sequuntur statim: *possem* — *ferrent* — *reprehenderet.* Nam inter haec media praesens poni, ne in tirone quidem feram. Ern. Omnes recens collati, Eins. Vit. Dr. Mon. Erl. firmant lectionem *profitear* contra Ernestii coniecturam *profiterer*, quae necessaria esset, nisi tandem Meyerus in egregio cod. Vit. veram lectionem *reprehendet* invenisset pro ceterorum *reprehenderet.* Or. Scriptura codicis Vit. nihil mutat, quia *profitear* cum adiectis: *quod utinam possem* nullo modo conciliari potest. Conf. Zumpt. Gr. Lat. §. 78. 2. p. 392. ed. quart. Eo accedit, quod auctor ubique munus magistri detrectat, ut c. 31, 112. *meminerimus, nihil nos praecipiendi causa dicturos, atque ita potius acturos, ut existimatores videamur loqui, non magistri.*

iustus rerum aestimator. Hic vel adiectum adiectivum *iustus* satis indicat, *aestimator* esse retinendum. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 5. p. 301 sq., eundem et alios interpretes ad Tacit. Agr. 5.

urbanis. Lamb. *in urbanis.* Praepositio fere ubique adiicitur v. c. Offic. 1, 34, 122. *et in bellicis et in civilibus officiis.* Item 2, 13, 46. pr. 19, 66. Itaque hic ea aegre caremus. Bei.

praescriptionum. Sic egregie Vit. Conf. Petr. Fabri semestr. Lutet. Paris. 1570. libr. 1. p. 226.: „Quamobrem adibatur olim ad Iurisperitos: ii consultoribus et clientibus suis ut respondere, ut cavere, ita scribere et praescribere iura, formulas, actiones dicebantur. — Scribendi autem et cavendi et respondendi verba — ICtorum esse propria nos idem addocet Cicero, ubi de Servio ICto: *Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi plenam solicitudinis ac stomachi secutus est* pro Muren. §. 19. Ceteri *persecutionum*, (mirum huius vocabuli potius, quam alterius *praescriptionum* compendium, quod typis imitari non possum, habet Eins.), quod quidem vocabulum erat *ἅπαξ λεγόμενον* apud Ciceronem, nec satis recte componitur cum voce *cautionum.* Contra praescribendi et cavendi verba ubique iunguntur. Invenitur autem vox *persecutio* apud posteriores ICtos significatu, cui nullus hic locus est. Vid. de verb. signif. tituli Pandect. et Cod. ed. Cramer. p. 85.: *Persecutionis verbo extraordinarias persecutiones puto* (Ulpianus est, qui loquitur) *contineri, ut puta fideicommissorum, et si quae aliae sunt, quae non habent iuris ordinarii exsecutionem.* Quocum consentit Gaius 2, 278. *Fideicommissi nomine semper in simplum persecutio est.* Repugnat igitur consuetudini et Latinae et inprimis ICtorum explanatio Billerbeckii: Vor-

schrift, Klagen vor Gericht zu führen, und sich dabei gegen Beeinträchtigungen Anderer sicher zu stellen. Iam h. l. restituto vocabulo *praescriptionum* idem faciendum videtur de Orat. 1. §. 251., ut scribatur *praescribitur* pro *perscribitur*. Contra ibidem §. 250. et ad Attic. 4, 18, 2. servandum est *perscriptionibus* contra aliorum *praescriptionibus*. Or.

§. 142. *hominumque clarissimorum*. Usitatius erat dicere *virorumque clarissimorum*. Lamb. Hinc in margine Gothofredi *virorumque*. Or.

Sin ea non modo eos. Similia exempla notavi; sed tamen melius foret aut *hos* scribi, pro quo saepe reperi in editionibus *eos*, sicut contra *eos* pro *hos*, aut omnino deleri. Ern. Goerenzii sententia est, Ciceronem amare pronomen *hic* ante relativum poni, ad Legg. 1, 9, 27. p. 40. ad Acad. 1, 4, 16. p. 25. 10, 37. p. 58. 11, 41. p. 62 sq. Contra Wolf. Analectt. lit. Vol. 2. p. 289 sq. dicit, saepe monachos dedisse *his* pro *iis*, quin adeo *hisdem* pro *iisdem*. Quanquam is quidem loquitur de his pronominibus non sequente relativo. Ceterum non magis *hos* hic necesse videtur, quam c. 42, 143. *hi*, *qui docerent* pro *ii*, *qui docerent*. Ac ne potest quidem his locis *hos* et *hi* ferri, si sequaris Wolfii praeceptum: „Utrum illorum (*hi* an *ii*) verum sit, ubique ex singulari numero iudicari debet." *Hic* enim h. l. significaret aliquem vel praesentem, vel etiam tum viventem et colloquentibus vel legentibus notum vel ipsum, qui de se loquitur, vel denique aliquid ex eo genere, quod huic pronomini tribuit Grysar Theorie etc. p. 64—72. et praesertim p. 71. adn. Illorum autem nihil in praesentem sententiam cadit. Sed *eos*, *penes quos* hic servandum est, quia pronomen refertur ad subiectum non certum quoddam et definitum, sed modo cogitatione positum. v. Grysar l. c. p. 48. adn. 9. *Eos* autem omitti, nihil est quod cogat.

Cap. XLII.

§. 143. *sat erat*. Baumgarten-Crusii sententia est, *sat* ante polysyllabon, *satis* ante bisyllabon poni. *Sat* Ciceroni Goerenzius ad Acad. 2, 14, 45. p. 86. dubitat an abiudicandum sit, monens, *sat* apud eum ortum esse ex scribendi compendio *sat'*. Quocum consentit O. M. Mueller. Obss. de vi et usu verborum quorundam lat. (Coeslin 1828. 4.) p. 16. Contra Doederl. lat. Synon. Vol. 1. p. 110. dubitat, an non recte huic scriptori abiudicetur. *Sat* Orellius retinuit de Orat. 3, 22, 84. *sat bonum*, hoc loco Oratoris, Partitt. oratt. 24, 85. *sat est*. pro Rosc. Amerin. 32, 89. *sat bonum*. pro Coelio 16, 37. in versu Comici poetae *sat est*, quos locos indicavit Muellerus l. c.

nullum — tempus ipsi seponerent. Quo valeat *ipsi*, non assequor. Ern. Schutz. edidit *ipsum*, quia vis pronominis non in persona iurisconsulti sit, sed in tempore ad eam rem seposito. „*Sibi — ipsi* i. e. sponte vel pro arbitrio suo, nullis exspectatis feriis. In re dubia nihil ausus sum mutare. Gu. 3. Vet. Erl. *ipsi* excludunt. Burchardii coniecturam *ipsis*, occupatam iam a Schellero Obss. p. 36. minus probo, quam Schutzii *ipsum*. Malim tamen *subsecivum* sive *subsicivum*. Videsis 1. de Legg. 3, 9. et Goerenz. ibidem ad 4, 13. Bei. Ut Beierus, ipse quoque explicaveram: ultro, sponte sua et doctorum ipsi locum assumentes. Contra Meyerus artius iunxit *ut ii ipsi* etc. Or. *Ipsi* verum esse, ipsa sententia ostendit, qua hoc dicitur: ICsulti *ipsi* nullum tempus discentibus data opera praecepta tradendi constituunt, sed *aliis* i. e. consulentibus et discentibus permittunt, quando venire et responsa ferre velint. Ex adverso igitur sunt alii (consulentes et discentes) atque *ipsi:* nam sic *alii*, non *ipsi* tempus constituebant.

Atque haud scio — nos contra fortasse possumus. Muret. V. L. 12, 20. narrat, invenisse se in cod. Alexandri Glorierii hunc locum ita scriptum: *atque haud scio an plerique nostrum oratorum, contra atque nos, ingenio plus valuerint, quam doctrina. Itaque illi dicere melius, quam praecipere: nos contra fortasse possumus melius docere.* Et *nostrum* habet etiam Vit., dein *contra atque nos* Vit. Vet. Pith. (idem, ut videtur Orellio probabile esse, ac Vetus C. Stephani), Ox. Ven. 2. Tul. Lallem. At Erl. *oratorum contra quam nos ingenio.* Vulgatam sine *contra atque* (vel *quam) nos* servant Eins. Dr. Mon. Verba porro *melius docere* adiiciunt etiam Vit. Ox. At in Eins. et Gu. 3. Dr. Ven. 1. Med. est: *nos contra fortasse possumus ad dignitatem melius docere. Non habet.* Sic etiam Mon., nisi quod habet *melius docere non habent.* Ven. 2. *ac dignitatem docere. non habet certe.* De priori additamento: *contra atque nos* ita Ern. iudicat: „Sensus bonus est, sed glossam sapit, ex sequentibus factam.“ Ad verba: *nos contra fortasse possumus* haec adscripsit: „Haec lectio est ab Aldo, unde sumsit ed. Lips., ut opinor, et optimam esse putamus. Mss. et edd. pr. valde hic variant, nulla commoda sententia, v. c. ed. Ven. *nos contra fortasse possumus ad dignitatem melius docere. Non habet certe,* ubi margo delet *melius.*“ G. Schneiderus in Epist. ad Lang. p. 54. volebat; *nos contra fortasse melius docere possumus. At dignitatem non habet*, omisso *docere.* Sed haec verba *melius docere* ipsa loci instabilitas clamat ex margine, glossematis sede, in verba scriptoris migrasse. Idem cum Ernestio iudicandum de praecedentibus.

§. 144. *Certe, si quasi in ludo.* Ia, wenn es geschieht, wie in einer Schule. Cur tam diu Romae despectum fuerit, artem oratoriam profiteri, docet E. Bonnellius de mutata sub Caesaribus eloqu. Rom. condit. p. 13 sqq. Conf. de Orat. 3, 24, 93. *rerum est silva magna, quam quum Graeci iam non tenerent, ob eamque causam iuventus nostra dedisceret paene dicendo, etiam Latini, si diis placet, hoc biennio magistri dicendi extiterunt: quos ego censor* (L. Crassus orator loquitur) *edicto meo sustuleram; non quo (ut nescio quos dicere aiebant) acui ingenia adolescentium nollem, sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. Nam apud Graecos, cuicuimodi essent, videbam tamen esse, praeter hanc exercitationem linguae, doctrinam aliquam et humanitatem dignam sciëntia: hos vero novos magistros nihil intelligebam posse docere, nisi ut auderent; quod etiam cum bonis rebus coniunctum per se ipsum est magno opere fugiendum. Hoc quum unum traderetur, et quum impudentiae ludus esset; putavi esse censoris, ne longius id serperet, providere.*

sed si monendo — nescio cur non? docendo etiam aliquid aliquando possis meliores facere, nescio cur nolis. Sic emendata distinctione putavi hunc locum emendandum esse. Supple: *nescio cur non* dignitatem docere habeat, et: *nescio cur nolis* docendo meliores facere? *Nescio cur cum docendo etiam aliquid aliquando posses melius facere, nolis* Vit. Mey. *nescio cur non docendo etiam aliquid aliquando si possis meliores facere cur nolis?* Erl. Ald. Iunt. Crat. Man. Gryph. 1. 2. Grut. *nescio cur non dicendo etiam aliquid aliquando posses melius facere, nescio cur nolis?* Eins. *nescio cur non dicendo etiam aliquid aliquando posses melius facere cur nolis* Dr. Mon. Ven. 1. *nescio cur non dicendo etiam aliquid aliquando si posses melius facere cur nolis?* Ven. 2. *nescio cur non docendo etiam aliquid aliquando si posset meliores facere cur nolis?* Med. *nescio docendo etiam aliquid aliquando si possis meliores facere, cur nolis?* sic deletis vocibus *cur non* Lamb. Ern. Sch. Or. 1. *nescio cur, quum docendo etiam aliquid aliquando possis meliores facere, cur nolis?* Or. 2. Eandem autem, ut observavit Orellius, cum Vitebergensi lectionem habuisse videtur cod. Borromei, de quo haec habet Sylburgius: „Manutius ex Borromei antiqui scriptura *nescio cur quum docendo*, sublato *cur*, quum alterum sequatur, legit: *nescio, quum docendo etiam aliquid aliquando possis meliores facere, cur nolis.*“ Duplex *cur* Orellius retinendum censuit cum Giesio ad simillimum locum de Divin. 1. §. 131. „Miror, viros doctos in hoc loco non haesisse, ac nihil monuisse, cum manifeste ineptum et vitiosum sit *nescio cur non*

— *cur nolis*. Primum *cur non* sine dubio vitiosum est, idque delevimus.“ Ern. Quod improbans Bremi ad Cic. de Fat. p. 37. voluisse auctorem ait aliud quoddam verbum addere post *cur non*, sic vero repetito *cur* addidisse *nolis*. Protasin autem ita supplet: *sed si monendo — audiendo doceas*, *nescio cur non — cur nolis*. Repetitum *si* esse post *nescio — aliquando*, monet Goerenz. ad Cic. Acad. 1, 2, 4. p. 6 sq., (qui Schutzianam scripturam ante oculos habebat), quasi id aliter fieri potuerit, cum in illa scriptura interpositum sit *nescio*. Ordo autem verborum, si vulgarem interpunctionem, qualis est v. c. in Schutziana ed., sequaris, hic esse debebat, *audiendo: docendo etiam aliquid aliquando*, *si possis meliores facere*, *nescio cur nolis?* Ubi igitur molestum est, *nescio* verbum non poni post *facere*, sed interponi eo loco, ubi constructionem turbat. Nec ratio facile reddi possit illius anacoluthi Bremiani.

percontando. Percontari cupidorum scientiae, sciscitari curiosorum novarum rerum est. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 5. p. 127. Sciscitamur res, percontamur praesentes. Percontari autem hic intelliguntur non discentes, sed docentes, ut Socrates apud Cic. Fin. B. et M. 2, 1, 2. *Socrates percontando atque interrogando elicere solebat eorum opiniones*, *quibuscum disserebat*.

sacrorum alienatio, i. e. docere formulam, qua translatio sacrorum familiae in alienam familiam fieret, velut in domum heredis; vel eius, qui morte testamentove defuncti tantundem capiat, quantum omnes heredes; vel eius, qui de bonis, quae mortui fuerint, quum moritur, usu plurimum ceperit; vel eius de creditoribus mortui, qui plurimum servet; vel eius, qui mortuo pecuniam debuerit, neminique eam solverit, et perinde habeatur, quasi eam pecuniam ceperit. vid. Cic. de Legg. 2, 19, 48. „Sacrorum alienatio fiebat, quum hereditas per aes et libram veniret familiae coemptionatori fiduciario. V. pro Muren. 12, 27. de legg. 2, 21, 53. 3. §. penult. Gaii Instit. 1, 113—115. 119—123. Adde Savinium über die juristische Behandlung der sacra privata bei den Römern in der Zeitschr. für geschichtl. Rechtswissensch. Vol. 2. nr. 15.“ Bei.

honestum est, [*ut est*]. Firmantur verba *ut est* ab Eins. Vit. Dr. Mon. codd. tribus Lamb. Omittunt Gu. 3. Erl. et cum his interpolatis codd. Aldd. Iunt. Tul. Crat. Sch. Uncis inclusit Ern. Ex uno cod. Vit. Orellius 2. scripsit: *Si — honestum est*, *ut est* pro *An — hon. est* etc. Praeierat Meyerus. *Ut est* igitur non, ut Ern. opinabatur, additum est a Rivio ex ed. Ven., sed e libris scriptis est. Sententia sane patitur, ut haec verba adiiciantur, usus scriptoris non item. Sententia, quae non inter-

rogando elata haec est: Si honestum est docere, quibus verbis sacrorum alienatio fiat, (ut honestum est); docere etiam, quibus ipsa sacra retineri defendique possint, honestum est. De usu scriptoris ita disserit Orellius: „Frequentissimi usus formulae *ut est* exempla collegerunt Rivius ad h. l. et Beier ad Offic. 3. §. 117. p. 409. — De genere interrogationis: *An — honestum est — non honestum est?* permultis exemplis allatis subtiliter disputarunt Madvig. Emendd. p. 39. et Hand. Tursellin. 1. p. 349., quibus adde Sestianae §. 90., ut ex Lallemandi sententia a me constituta est. At vero in nullo prorsus exemplo priori huius interrogationis membro additur *ut est, ut fecit, sicut dixit* ac similia; imo eiusmodi additamentum infringeret prioris membri vim atque indolem, quod, dum specie dubitationem significat, reapse coniunctum ut est cum altero, utriusque affirmationem necessario postulat, quae affirmatio ante occupari nec debet nec potest. Contra ubi locum habet illud *ut est*, *ut dixit* etc., semper praecedit vel *quamvis sit*, vel *si est*, ut in exemplis nondum allatis a Rivio et Beiero: de N. D. 2. §. 78. *si modo sunt* (dii), *ut profecto sunt*. ad Famil. 5, 11, 3. *si vero improbus fuerit, ut est;* de Orat. 1. §. 49. *si ornate locutus est, sicut fertur;* vel *sit*, v. Beier. Offic. l. c. Hinc hoc quoque loco optimi codicis lectio recipienda fuit.“ Conf. Orat. §. 31. *An victus hominum Atheniensium beneficio excoli potuit, oratio non potuit?* et c. 31, 109. Alterutrum necesse est, vel *ut est* a manu aliena insertum esse, vel *si* legatur pro *an*.

§. 145. *eloquentia autem — dissimulant. eloquentia — tamen se valere* Vit. Dr. Ven. 1. Med. Tul. Aldd. Iunt. Crat. Vict. Man. Ern., qui recte miratur, cur hoc mutatum sit. *eloquentiam autem — tamen se valere* Eins. Ven. 2. *eloquentiam autem — tamen ea se valere* Vet. Erl. (hic *enim* pro *autem*) Steph. Lamb. Grut. Or. 1. *eloquentiam enim ipsi qui consecuti sunt, tamen ea se valere* Gu. 3. *eloquentiam autem qui consecuti sunt, ipsi tamen ea se valere* Sch. 2. Vis contrariorum inest *in ius profitentur* et *eloquentia valere*, non in *qui nesciunt* et *qui eloquentiam consecuti sunt;* ne dicam, illam inanem repetitionem subiecti per *ea* a consuetudine Latinae linguae abhorrere. „Nos hyperbaton praetulimus, sed inconstantem particulam eliminavimus, ut sit: *eloquentiam illi ipsi — tamen ea se valere.* Etiam si ablativum praeoptaveris, nihilominus pronomen eodem casu abundanter additum retineri poterit. Exempla vide ad 3. Offic. 3, 14. pr.“ Bei. Verum omnis haec quaestio versatur inter auctoritatem utriusque generis codicum. Or.

dissimulat. Scribendum *dissimulatur*, *effugit* sc. notitiam hominum. Ern. Coniicias praeterea: *ideo*, *quod dissimulatur.*

Bei. Hoc praestaret, si coniectura opus esset. Ex Ernestii conamine sententia generalis, ab hoc loco aliena, nascitur. Sensus vulgatae est: aut ars, quum eloquens aliquis dissimulat, effugit?

§. 146. *Qui enim possem — dissimulare me.* Gu. codd. duo, Or. 1. *quid enim? possem — dissimulare.* Eins. et ceteri *quid enim possem? — dissimularem me.* Erl. Med. Ald. 2. *dissimularemne me*, „qua lectione recepta delendum esset vocabulum *possem.*" Or. Hic locus est manifeste vitiosus: *quid enim possem — dissimularem me* etc. Sed corrigendi multiplex ratio est, nec certi quid sine libris esse potest. Nam potest corrigi: *Quid enim* (omisso *possem*) — *dissimularem?* Item: *Qui enim possem — dissimulare* etc. Ern. Hoc ipsum postremum ediderunt Ern. Sch. Mey. Or. 2. et commendat Goerenzius ad Fin. B. et M. p. 495*.

abfuissem domo. Sic Vet. Erl. Dr. Gu. 3. codd. Regii, Steph. Lamb. Sch. Or. Omittunt *domo* Eins. Vit. Ven. 1. 2. Vict. Aldd. Iunt. Man. „*Domo*, nisi fallor, est a glossatore. Nam vocabula *horum studiorum causa* etiam ad prius membrum pertinent omnemque ambiguitatem tollunt." Bei. Hoc argumentum invalidum est: nam nec solum *abesse* ἐκδημεῖν significat, nec qui domo abest, continuo mare transit. *Domo* igitur carere nequimus.

mare. Interpolati Vet. Gu. 3. Erl. *maria*, quod cum Lamb. et Sch. recepit Meyerus. Or. Pluralis tamen sensu commendatur, siquidem mare Ionium in Graeciam, Aegaeum in Asiam traiecit.

Quis erat, cui probarem, nisi parum. Vulgo *quid erat, cur probarem, nisi quod parum*, et sic etiam Eins. Atque *quod* plerique omnes servant; in reliquis variant libri. *Sed qui probarem* Erl. *sed qui cur probarem* Vet. *qui probarem, nisi* Man. *quis erat cui probarem, nisi parum* Sch. *quid erat cur optarem?* Heusing. *quid erat, quo probarem* Ern. *Quid? cui probarem? nisi quod* Or. 1. „Strebaeus interpretatur locum, tanquam sit: *quis erat, cui probarem?* quod nemo bonus iudex probet. An fuit: *quid erat, quo probarem?*" Ern. Schutz. cum Strebaeo, qui ita in cod. suo legerat, edidit: *Quis erat, cui probarem, nisi parum fortasse profeceram?* Quanquam Orellius nullum fuisse Strebaei codicem existimat. Beierus quoque in exemplari suo delevit *quod* post *nisi*.

Cap. XLIII.

§. 147. *Est id omnino verum, sed proprie in hoc dicitur.* Haec uncis seclusit Schutz., non monito lectore, cur secluserit.

Qui autem haec verba abesse possunt, quum ad haec: *est id omnino verum* aperte referantur sequentia: *nam omnium magnarum artium* etc.? „Ad sequentem similitudinem conf. Senec. de Benef. 3, 29.“ Bei.

dissimulare non sinit, quin delecter. Non puto Ciceronem sic dedisse. Edd. Ven. Med. Tul. *quin delectet.* Unde colligam: *quid delectet.* Ern. Schutz. putat melius esse *id, quo delecter.* At *quin delecter* tuentur Eins. Vit. Erl. Aldd. Iunt. Vict. Lamb. Man. *quin delectet* etiam Mon. Crat. *non fuit qui delectet* Kob. Ernestii coniecturam probabant Burchard. et Orell. 1. Nihil in vulgata vitiosum. Sensus est idem ac si scripsisset: *dissimulare non sinit delectationem,* sive *ita dissimulare, ut non delecter* (hac arte sc. tradenda, quam factito): lässt nicht zu, dass ich mich so verstelle, dass ich nicht unverhohlen Freude an meiner Kunst finde. Aptissime convertas: lässt nicht zu, mich zu verstellen, sondern ich freue mich unverhohlen. Tacit. Agric. c. 20. *et nihil interim apud hostes quietum pati, quo minus subitis excursibus popularetur,* und Agricola liess unterdess beim Feinde nichts in Ruhe, sondern verheerte Alles durch plötzliche Ueberfälle. Doederl. et qui eum sequitur, Brueggemannus Adnn. ad Tacit. Agr. (Dusseldorp. 1824. 8.) p. 22. falso convertunt: und er liess indess dem Feinde nirgend Ruhe, auf dass er ihm nicht durch plötzliche Ueberfälle schade. Nam et *popularetur* casum habere debet obiecti: refertur igitur ad *nihil,* ita ut inde intelligatur *quidque.* Et *popularetur* non refertur ad *hostes;* sic enim tum *popularentur* scribendum esset, tum quid hostes popularentur, nisi suorum et suos ipsorum agros? Impetus enim in castra (Agricolae) non poterat verbo *popularetur* indicari. Imo hoc verbum refertur ad Agricolam, qui perpetuis incursionibus e castris terram hostilem infestaret. *Quominus* post verbum cum negatione rursus legitur in eadem vita c. 27. *nihil ex arrogantia remittere, quominus iuventutem armarent,* sie liessen nicht nach von ihrer Unbeugsamkeit, sondern bewaffneten ihre Jugend. „*Quin delecter* i. e. quasi non delecter. Sic Plautus Mil. 4, 2, 2. *dissimulabo, hos quasi non videam.* Scil. *quin* contractum est ex *qui* (quomodo) *ne.* Alioqui facile refingatur *quam* i. e. quanto opere.“ Bei. Hoc exemplum minime aptum est: nam *quin* non refertur ad *dissimulare,* sed ad *non sinit.*

sive tuum studium — expressit. i. e. sive, hoc versu ad excusationem non opus est, sed mihi dicere licet, tuum studium hoc a me volumen expressisse.

quos aliquid reprehensuros suspicabar, respondendum fuit. Schutz. vocabulum *aliquid* transposuit post *suspicabar,* iungens cum *respondendum.* Gu. 3. Erl. *reprehensuros aliquid.* Schutzii

coniectura quodammodo iuvatur verbis c. 56, 190., ubi *reprehendit* itidem est sine casu obiecti.

§. 148. *Quod si ea quae dixi.* i. e. *quod etsi*, sequente *tamen*. Gobrenz. ad Cic. Acad. 2, 8, 26. p. 52ᵇ. et iterum ad Fin. B. et M. p. 433ᵃ. Idem pridem monuerat Ruhnken. ad Vellei. Paterc. 2, 41. p. 98. ed. Clud. et nuper C. Beier. ad Cic. fragmm. oratt. p. 192.

concidissent. Beier ad Cic. Offic. Vol. 2. p. 12. coniecit *conticuissent.* Temere, ut videas ex cl. Cic. Ernestii s. v. *concidere* nr. 4. „Defendi vulgata potest exemplis a Schirachio allatis Acad. 2, 47. *artificia concidere dicebas.* ad Attic. 1, 16. *Senatus auctoritas concidit.* Ibid. 7, 25. *in optima causa concidit* sc. Pompeius.“ Bei. apud Orellium.

nunc oblectant domi, nec vero. Ante Schutzium sic interpungebatur: *domi. Nec vero.* At in *nec vero* ex antecedentibus intelligitur *oblectant*, quod monuit iam Lambinus.

forensibus nostris. Post *nostris* additur *rebus*, quod glossema sapit. Sensus enim est: *literis forensibus* i. e. orationibus a me editis respondebunt libri philosophici. Schutz. Orellius 1. ex Vet. Gu. 3., ad quos iam accedit Erl., ediderat *profecto maximis rebus forensibus nostris et externis inclusae et domesticae literae respondebunt.* Et contulerat Cic. fragm. Oeconom. p. 68. ed. Schutz. p. 473. ed. Or. (apud Columellam 12. praef.) *Comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam; viri autem ad exercitationem forensem et extraneam* i. e. eam, quae non ad familiam pertinet. Ven. 1. 2. Med. Tul. Ald. Iunt. Crat. *et domesticae*, ubi Orellius in *et* ait vestigium defectus servari, idque deletum esse ab Aldo et Ern. 1., scribentibus *etiam*. In altera editione ad vulgatam rediit, addens: „Est autem haec vel maxime insignis inter huius libri interpolationes.“ Quod mihi quoque videtur memori loci de Orat. 1, 34, 157. *Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra atque in aciem forensem: subeundus usus omnium et periclitandae vires ingenii, et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est.* „Sine causa prius *rebus* (post *talibus modo*) delevit Lamb. 1566., posterius Schutz., improbante Burchardio. Attamen melius Lambinus. Nam *forenses literae* apud Latinos locum vix habent, uti nec *forenses Musae*, Tacit. de Oratt. c. 4.“ Or.

respondebunt. i. e. quod 1. Offic. 1, 3. pr. aequare sc. numero. Bei. Perperam: nam neque res forenses numerari poterant, nec de numero agitur, sed scriptor dicit, rebus in foro gestis actisque fore ut congruant ea, quae domestica cura in

philosophicis elaboraverit, seque non alium in vita fuisse, quam in libris ad rationem summorum philosophorum conscriptis vivi agique debere praeceptum sit.

Cap. XLIV.

§. 149. *ut aut inter se.* Tacite primus inter recentiores sic edidit Ern., qui mihi error typographicus videbatur. Sed ecce sic habent Eins. Vit. Dr. Mon. Ven. 1. Med. Tul., et recte quidem. Conf. Hand Tursellin. 1. p. 554. Ceteri *aut ut.* Or.

extrema cum primis. Schutzio legendum videbatur: *cum sequentibus primis.* Ac profecto similiter est paulo inferius §. 150., de Orat. 3, 43, 172. et apud Quintil. 9, 4, 33. „Sed quid impedit, quo minus *extrema* pro insequentibus, *prima* pro antecedentibus accipiantur?" Bei. Hoc fieret contra usum scriptoris, ut patet ex locis modo adscriptis.

quam suavissimis vocibus! i. e. sono et accentu suaves sint. Nam *vox* hoc loco est affectio verborum. Ern. Quod dixit: accentu suaves, vid. adn. ad c. 54, 182. extr.

est enim quasi. Sic Eins. Vit. Dr. Mon. Oxon. Ven. 1. Med. Tul. Vict. Man. Mey. *ut fiat quasi* Erl. Palatt. duo (interpolati igitur) Aldd. Iunt. Lamb. Grut. Ern. Sch. Or.

nec id tamen fiet. Sic Vit. Dr. Mon. Ven. 1. 2. Med. Vict. Man. Mey. *nec tamen fiet* Eins. *nec tamen fiat* Erl. Aldd. Lamb. Ern. Memorabile rursus documentum inest in his duabus lectionibus, quomodo Aldinarum contextus conformatus sit ad codd. interpolatos. Id.

Lucilium. v. Heind. ad Horat. Serm. 1, 5. prooem. ad 1, 10, 47. p. 218. ibidem v. 66. p. 222. ad 2, 1, 29. 30. 34. p. 238. 239. ibidem v. 69. p. 246. v. 73. p. 247. C. E. Schober de Satirae initiis (Neissae 1835, 4.) inde a p. 9 sqq.

in Albucio. vid. interpp. ad Cic. oratt. fragmm. p. 202. ed. Beier.

Scaevola. *Scaevula* est in marg. Gothofredi, et in vetusto marmore apud Gruterum p. 293. (scil. in Fastis Capitolinis.) Similiter *rabula* dicitur pro *ravola* a *ravo.* Bei.

λέξεις. Graecis literis scripsi. Nam Albucium ut Graeculum exagitaverat Scaevula. Vide de Finn. 1, 3, 9. Id.

omnes arte Lamb. Sch. *omnes endo.* Apud Cic. de Orat. 3, 43, 171. hi versus ex ed. Schutzii ita leguntur:

> *Quam lepide lexeis compostae! ut tesserulae arte*
> *Endo pavimento, atque emblemate vermiculato.*

Ubi Ursinus in codd. se invenisse *endo* testatur. Edd. Nonii s. v. *vermiculatum* non recedunt a vulgari scriptura. In aliis edd. loco quoque citato libr. de Orat. est *omnes* et *arte*; in

aliis *omnes* et *endo*. Apud Plinium H. N. 36, 25. ante Harduinum erat *ante pavimento* pro *arte pav.* Memoratur idem locus Lucilii in Bruto c. 79, 274., apud Quintil. 9, 4, 113. Conf. Franc. Dousa in C. Lucilii Satirarum, quae supersunt, reliquiis (L. B. 1687.) p. 3. 100. „Sensus est: lexeis h. e. verba tua, o Albuci, lepide et eleganter composita coagmentataque sunt in oratione tanquam in pavimento vel emblemate vermiculato omnes tesserulae sunt arte compositae." Strebae. Haec autem Lucilius poeta non suo nomine dicebat, sed, ut apparet ex de Orat. l. c., dicere ad Albucium faciebat illum Q. Mucium Scaevolam, quem Cicero appellavit iuris peritorum eloquentissimum et eloquentium iuris peritissimum, quique erat L. Crassi socer.

emblemate. Veteres *argentum caelatum* appellabant id genus argenti facti (das Silbergeschirr), cui sigilla illigabantur, quae aut tota (Hautrelief), aut dimidiata (Basrelief) eminebant. Sine his sigillis quod argentum esset, *argentum purum* appellabant, ut docet Ern. cl. Cic. s. v. *caelatus*. Sigilla, quae tota extabant et totam ex omni parte rem exprimebant, *emblemata* sive *περιφανῆ* dicebantur; sigilla vero, quae dimidiata extabant, et unum tantum latus exhibebant, *crustae* sive *πρόστυπα*. Haec sigilla, in vasis praesertim mensalibus, illigari solita pro lubitu demi et variari poterant. v. Ruhkopf. ad Senecae philos. opp. Vol. 2. p. 16. C. O. Mueller Archaeol. §. 311. 4. et adn. 4. p. 415. 416 sq. In operibus tessellatis, velut pavimentis, et in lignea supellectile, ut mensis etc., in quibus nulla sigilla eminentia sunt, vox *crusta* dominatur, quae hic significat eingelegte Arbeit. v. Ern. cl. s. v. *crusta*. In opere tectorio (Stuckatur) ipsum tectorium, quo parietes operiuntur, *crusta parietis* (das Stuck sive der Gyps) dicebatur. v. Plin. H. N. 33, 12. 36, 6. Nihilominus hoc loco Lucilii *emblema* dicitur opus tesselatum (eingelegte Arbeit) in pavimentis (Estrich), cum id alibi diceretur non emblema, sed crusta. v. Ern. s. v. *emblema*.

tesserulae. Sunt lapilli aut lateres quadrati, quibus aedium solum consternitur, opusque tesserulis apte consertum et effigie rerum animaliumque distinctum *emblema vermiculatum* vocatur. Pearc. ad Cic. de Orat. 3, 43, 171. v. C. O. Mueller Archaeol. §. 322. 3. p. 437. ed. sec.

vermiculato. De vi et origine vocis vide Ern. cl. s. v., qui docet vermiculatum esse ex minutis lapillis per varios tortuososque flexus structum et compositum.

§. 150. *tam minuta haec.* Schutzius e Gu. 3. et Erl. *haec tam minuta.* Id vero significaret: sit sane haec constructio minuta, neque vero appareat. Non debet adiectivum *minuta* cum substantivo in unam notionem confluere. Bei. Vulgata hoc valet:

nolo haec, de qua disputo, constructio tam minuta, quam illa Lucilii [emenda: quam erat Albucii, exagitata a Scaevola apud Lucilium. Or.] appareat. Schutzii lectio *nolo haec tam minuta* etc. hoc dicit: nolo haec tam minuta Lucilii [imo Albucii] constructio appareat. Atque ego praefero vulgatam. Burchard.

stilus. Infr. c. 59, 200. ita locutus est: *Id autem bona disciplina exercitatis, qui et multa scripserint, et quaecunque etiam sine scripto dicerent, similia scriptorum effecerint, non erit difficillimum.* Etenim stilus est instrumentum scribendi, et exercitatio, et quam Cic. Orat. c. 11, 36. 39, 134. et alibi dicit, *forma* sive *χαρακτὴρ* orationis. Conf. de Orat. 1, 33, 150. 3, 49, 190. Epistt. Famil. 7, 25. Vol. 5. p. 297 sq. ed. Sch. *urge igitur: nec transversum unguem (quod aiunt) a stilo. Is enim est dicendi opifex.* Matth. Theorie des lat. St. p. 1. sq.

efficiet. Schutz. legendum putat *inveniet.* „Minus accommodate ad *stilum, optumum et praestantissimum dicendi effectorem.* 1. de Orat. 33, 150." Bei.

hiulcas — asperas. eine harte, dem Ohr unangenehme und schwer auszusprechende Verbindung d. i. einen Hiatus oder eine Häufung von Consonanten und anderen Härten der Art.

offendunt. Eins. Vit. Dr. Gu. 3. Erl. Mon. Sch. Mey. Bei. Alii *offendent.* „Aut *efferentur* legendum, aut *offendunt,* ut habet ed. Asc. 1., sed, ut opinor, non consulto." Ern.

qui vocalis nolit. Aldd. Crat. Iunt. Steph. Man. Ern. Sch. Or. 1. „Quod apud Lambinum 1566. est *qui,* id in annott. tribuit operarum errato." Or. *quin vocales nolit* Eins. Vit. Dr. Mon. Erl. Codd. tres Borromei, unus Latinii, Ven. 1. 2. Med. Lamb. Grut. Schir. Or. 2. Mey. Victor. V. L. 12, 17. Turneb. Adv. 8, 3. „*Qui — nolit* est necessario legendum, si *nolit* verum est, quod omnes libri constanter exhibent. Edd. pr. habent *quin,* quod in vulgatis est, idque late defendit Victorius exemplis omnibus alienis h. e. in quibus omnibus *quin* est sine negatione sequente, quae hic est in *nolit. Quin nolit* est *qui velit,* quod est alienissimum. Virum doctissimum in errorem induxit hoc, quod *coniungere vocales* intellexit *concurrere,* ut hiatus fiat, cum sit *contrahere,* sc. elidenda altera vocali. Nam opponitur *distrahere,* quod est per hiatum, sine elisione pronunciare. *Qui* etiam defendit e Mss. et edd. Faber ad Acad. 1, 1. Una ratio conservandi *quin* est, ut legamus *velit,* et essem pronior in hanc partem, si libri iuvarent." Ern., cuius emendationem approbavit Schutz. „Nam *vocales,* ait, *coniungere* est hiatum vitare elidenda altera vocali: contrarium est *vocales distrahere* i. e. sine elisione pronuntiare." Dubitat de veritate emendationis Ernestianae L. Schneider Gr. lat. 1, 1. p. 166 sq. adn., quia non satis constet, quid

sit *coniungere*, quid *distrahere vocales.* Verum de sensu formulae: *contrahere vocales* dubitari nequit, siquidem contrarium eius est *distrahere vocales.* Quod si conceditur, apparet ex c. 45, 152. luculentissime, *distrahere voces* idem esse, quod admittere hiatum, et *contrahere* proinde erit hiatum evitare, quocunque modo id factum est, sive elisione, sive synizesi, sive crasi. De qua re v. paulo post.

coniungere. Quanquam difficile dictu est, quid sit *coniungere, contrahere vocales*, quid *distrahere*, quum et Latinam linguam pronuntiandi ratio incognita sit, nec scriptores in iis, quae de hac re tradunt, aut inter se, aut secum ipsis consentire videantur, tamen non possum mihi persuadere, illis verbis elisionem et elisionis omissionem significatam esse. Qui enim, quod eliditur, id contractum; quod non eliditur, id distractum esse diceretur? Adde quod sermo, si vocales totas elidendo omisissent, saepe prorsus non intelligi, certe minus facile intelligi potuisset, quia Latina lingua articulis carens casus significat terminatione vocabulorum, qua per elisionem quasi abstersa qui sensus perciperetur? Quapropter in hanc sententiam inclino, ut cum G. Hermanno doctr. metr. p. 62. synizesin quandam, ac nescio an contractionem, quae modo synizesis modo crasis esset, usitatam fuisse statuam, non elisionem, certe non semper. Sed puto eandem sive synizesin sive crasin certis tantum quibusdam in concursibus vocalium locum habuisse, velut id usus fert etiam in Germanica et Anglica lingua, cui contractiones non sunt solennes nisi certis quibusdam in locutionibus et concursibus literarum, quum in ceteris (certe in prosa oratione) vocales cum hiatu pronuntiarentur. Quod inter alia comprobari videtur his verbis Quintiliani 9, 4, 36. *At Demosthenes et Cicero modice respexerunt ad hanc partem* (ad concursum vocalium). *Nam et coeuntes literae, quae συναλοιφαὶ dicuntur, etiam leniorem faciunt orationem, quam si omnia verba suo fine cludantur; et nonnunquam hiulca etiam decent, faciuntque ampliora quaedam, ut Pulchra oratione acta omnino iactare. Tum longae per se, et velut opimae syllabae aliquid etiam medii temporis inter vocales, quasi intersistatur, assumunt.* Hoc enim ex loco conspicuum fit, alia cum συναλοιφῇ, alia sine illa pronuntiari solita esse. (Intelligo autem συναλοιφὴν omne genus contractionis, sive elisione sive synizesi sive crasi fiat, v. Drac. Stratonic. de Metr. p. 157.: elisionem sive θλίψιν intelligo vocalem eiectam; synizesis locum habet, ubi plenae vocales scribuntur, sed contrahendi ratio loquentibus et legentibus relinquitur; crasin constat fieri, cum duae syllabae ita contrahuntur, ut sonus neutri contractae syllabae proprius, sed mixtus, quem dicunt audiatur. v. Buttm. Gr. Gr. §. 28. adn. 6. 7. p. 48.

§. 29. adn. 11. p. 51. (ed. 13.).) v. Buttm. l. c. §. 29. Drac. p. 157 sq. Idem, quod modo dixi, probant etiam verba Ciceronis apud Quintilianum 9, 4, 37. *Qua de re utar Ciceronis potissimum verbis: Habet, inquit, ille tanquam hiatus et concursus vocalium molle quiddam, et quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis, quam de verbis laborantis* Orat. c. 23, 77. Si enim omnis hiatus contractione quacunque tolli solitus esset, non potuisset negligentia id factum dici, quod necessitate et lege linguae per contractionem tollebatur. Accedit alter locus Quintiliani 9, 4, 40. *Eadem illa litera* (M.), *quoties ultima est, et vocalem verbi sequentis ita contingit, ut in eam transire possit, etiamsi scribitur, tamen parum exprimitur: ut Multum ille et Quantum erat, adeo ut paene cuiusdam novae literae sonum reddat. Neque enim eximitur, sed obscuratur, et tantum aliqua inter duas vocales velut nota est, ne ipsae coeant.* Sunt, qui hoc factum putent sono per nares edito, qualis in lingua Francogallica usitatissimus est. Conf. L. Schneider Gr. Lat. 1, 1. p. 301 sqq., qui observavit, hunc locum repugnare cum altero 3, 4. 109., dum scriptor priori loco dicat, litera M tolli synaloephen, et altero, verba *leve praesidium est* duos anapaestos efficere, unde id, quod paulo superius dicebam, confirmatur, varium loquendi in variis formulis usum fuisse. Porro non praetervidendum est, alios Grammaticos aliter de his rebus disserere, de quibus adi Schneiderum l. c. p. 303 sqq. Nec aliter fieri poterat, quum aliis temporibus locisque aliam pronuntiationem obtinuisse consentaneum sit.

vocales nolit coniungere. Hic verba quaedam exciderunt, in hanc sententiam: *At Graeci facilius ferunt hiatus vocalium.* Schutz. Propter proxime sequentia verba: *eas literas* etiam plura excidisse suspiceris. Nam Theopompus non prorsus accurate dicitur fugisse *eas* (nescio quas) *literas,* sed concursum vocalium. At tamen et transitus fit per solennem huic scriptori formulam *In quo*, (ut 1, 3. 10, 35. 12, 40. 18, 58. 60. 20, 69. 21, 73. 28, 104. 30, 112. 52, 176. 55, 183. 71, 237. et al.), et ipsa sententia scriptoris ita in aperto est, ut mihi, perpensa re, nihil excidisse videatur. Certe id, quod Schutzius suppletum vult, et facile est et sufficit sola cogitatione addi.

§. 151. *In quo quidam.* Ex Ven. 1. 2. Tul. Vict. Meyerus dedit *quidem.* Sed codices (etiam Eins. Mon. Erl.) constanter retinent *quidam,* et consentaneum est rhetorum alios hoc tanquam vitium reprehendisse, alios tanquam virtutem laudasse atque proposuisse ad imitandum. — Magnam sane de Theopompi meritis controversiam fuisse inter rhetores, notum est. Quid? quod nonnulli contendebant eum *apud Graecos disertissimum natum*

esse, ut discimus ex epistola M. Aurelii ad Frontonem p. 54. ed. Rom. Or.

Theopompum etiam. Eins. Vit. Dr. edd. vett. *etiam Theopompum* Ceteri, etiam Erl. „Particula *etiam* iungenda est cum verbo *reprehendunt* significatque *adeo*: non modo proprium esse Theopompi studium istud observant, sed: *etiam* reprehendunt. Eadem fuit sententia Burchardii, qui coniectura legendum proposuerat, ut e codicibus dedit Meyerus." Or.

Theopompum — reprehendunt. Dionys. Hal. epist. ad Pompei. Vol. 6. p. 786. Reisk. de eodem historico: τῶν ἀρχαϊκῶν ἐπιστολῶν, ἃς τῷ πνεύματι ἐπιτρέψας (i. e. indulgens facilitati pronuntiandi) γέγραφεν, ubi v. Sylburg. (p. 57. edit. Krueger. Dionysii Historiograph.) Conf. Demetr. de Elocut. §. 68. 299. Quintil. 9, 4, 35. Krueger l. c. praef. p. XXXVII. adn. 121. De Theopompo ipso dixit Ruhnkenius Hist. crit. Oratt. Gr. p. LXXXVII., post quem plurimi materiam scribendi ex vitâ et scriptis eius historici sumserunt, ut Kochius, Frommelius, Ios. Aschbachius, Theyssius bis, et nuperrime quidem in scriptione scholastica, cui inscriptionem fecit: Theopompi Chii fragmenta de Philippi, Amyntae filii, indole et moribus. Nordhusae 1837. 4.), I. E. Pflugkius (de Theopompi Chii vita et scriptis. Berol. 1827, 4.), Eyssonius Wichers. Et Pflugkium quidem secutus I. God. Pfundius de Isocratis Vita et scriptis (Berol. 1833. 4.) p. 16. Theopompum tradit circ. Ol. 105. (360), annos natum viginti, Isocrate praeceptore usum esse.

eas literas. Hae non habent in praecedentibus, quo referantur; sed non possunt aliae intelligi, nisi quae concursu suo hiatum faciant. Supple igitur: *eas literas*, quae hiatum faciant et coniungi debeant.

etsi idem. Post Isocratis nomen glossator in Palat. pr. Gu. 3. item Gu. 2. et Erl. supplevit *fecerat*, quod probatum a Schneidero, a Schutzio receptum est. Bei. Vet. *fecerit.* Dr. *fecebat.*

idem. Verum servarunt codd. interpolati Vet. Gu. 3. Palat. 1. Erl. Receperunt Ald. 2. Steph. Lamb. Sch. Mey. Bei. Or. 2. Ceteri, etiam Eins., *id.*

Isocrates. v. Marx. in Ephoreis p. 38. Demetr. de Elocut. §. 68. Longin. fragm. 8, 5. Scholiastes anonymus apud Spengelium συναγωγ. τεχνῶν p. 161 sq. (Iohannes Siceliotes in Scholiis ad Hermogen. Ideas 1. p. 156. Vol. 6. rhett. gr. ed. Walz.) Isocratem refert in Arte Rhetorica [52]) ipsum de vitando

[52]) De Isocratis Arte Rhetorica v. Sauppe in Zimmermanni diariis Zeitschr. für Alterthumsw. 1835. nr. 51. Bernhardy Gr. Literatur p. 67. Westerm. Quaestt. Demosth. 2. p. 21. J. God. Pfund de Isocrat. Vit. et Scrr.

hiatu haec praecepisse: *ἐκ τῆς Ἰσοκράτους τέχνης διδασκόμεθα ποῖαι τῶν λέξεων λέγονται καθαραί· τοσοῦτον γὰρ πεφρόντικε τῆς καθαρότητος τῶν λέξεων ὁ ἀνήρ, ὡς καὶ ἐν τῇ οἰκείᾳ τέχνῃ τοιάδε παραγγέλλειν περὶ τῆς λέξεως· „Δεῖ τῇ μὲν λέξει τὰ φωνήεντα μὴ συμπίπτειν· χωλὸν γὰρ τὸ τοιόνδε· μηδὲ τελευτᾶν καὶ ἄρχεσθαι ἀπὸ τῆς αὐτῆς συλλαβῆς οἷον εἴπουσα σαφῆ, ἡλίκα καλά, ἔνθα Θάλης, καὶ τοὺς συνδέσμους τοὺς αὐτοὺς μὴ σύνεγγυς τιθέναι καὶ τὸν ἑπόμενον τῷ ἡγουμένῳ εὐθὺς ἀνταποδιδόναι· ὀνόματι δὲ χρῆσθαι ἢ μεταφορᾷ ἢ τῷ καλλίστῳ, ἢ τῷ ἥκιστα πεποιημένῳ, ἢ τῷ γνωριμωτάτῳ."*

at non Thucydides. Conf. Demetr. de elocut. §. 72. Dionys. Hal. de C. V. 22. p. 334. Sch. Krueg. praef. ad Dionys. Historiogr. p. XXXVI sq. et ante omnia Popp. de elocutione Thucydidis (in eius ed. huius scriptoris 1, 1.) p. 215.

haud paulo. In exprimendis rebus perspicue maioribus hoc Cicero delectatur genere loquendi. P. Manut. ad Cic. Epistt. Famil. 7, 1. Vol. 1. p. 426[b]. ed. Richt. Mby.

διάλογοι Sic scripsi, ut est ad Atticum 5, 5, 2. Vulgo *dialogi.* Or.

de industria. quia sermo sive dialogus imitari debet sermonem quotidianum, in quo aurium non ita superbum iudicium est.

in populari oratione, Menexeno.

qua mos est. Mos publicae laudationis in proeliis interfectorum quando Athenis primum institutus sit, non certo constat, quamquam cum magna probabilitate a nonnullis inde a tempore belli Persici repetitur. Et ne hoc quidem certum est, quis primus morem publicae sepulturae in bello defunctorum sine laudatione publica, (nam hanc serius institutam esse constat), sanxerit. Solonem plerique putant id primum fecisse.

quae sic probata est. Hoc qui praeter Ciceronem memoriae mandaverit, nemo dum inventus est.

illo die. i. e. an jenem bekannten Tag, quo sensu Graeci dicunt *τότε.* At nobis ille dies non certo cognitus est. „Quorundam opinio est, eo festo hanc Platonis orationem quotannis recitatam esse, quod in honorem mortuorum celebrabatur, quod dicebant *Γενέσια* atque *Νεμέσεια.*" Westerm. Quaestt. Demosth. 2. p. 38. adn.

vocum concursio. Intellige literarum, quas nos vocales dicimus. Supra c. 23, 77. *concursu vocalium*, nec tamen inde

p. 21 sq. Maercker de Theodect. 1. p. 14. inprimis adn. 9., quibus nunc ipsum accedit Max. Schmidt. de tempore, quo ab Aristotele libri de Arte Rhetorica conscripti et editi sint. Hal. 1837. 4.

corrigam hic *vocalium*. Ern. Paulo post c. 45, 152. rursus eodem sensu sunt *voces*. „Sic vocalis *i* in Ausonii Monosyllab. *vox*, et a Terentiano *e* dicitur *vocula*.“ Anonym. Oliveti. Man. Lamb. *vocalium concursio*.

Demosthenes. conf. Quintil. 9, 4, 36. et Krueger. praef. ad Dionys. Hal. Historiogr. p. XXXVII. adn. 121.

Cap. XLV.

§. 152. *viderint*. Elegans formula eorum, qui curam alicuius rei ad alium reiiciunt. Ruhnk. ad Terent. Ad. 3, 3, 83. conf. Loers ad Ovid. Heroid. Vol. 1. p. 292. et inprimis Gernhard ad Cic. Lael. p. 23. et de *videro* A. Matthiae de usu futuri exacti Latinorum in Verm. Schriften p. 77.

distrahere voces. H. e. quod nos dicimus: die Vokale nicht elidiren.

Naevius. Cn. Naevius, quem Merula in commentario ad Ennium p. 45. Sangae agnomen habuisse ex Calpurnio coniicit. Ab eo bellum Punicum primum, in quo ipse stipendia fecerat, ut Gellius N. A. 17, 21. ex Varrone refert, versibus Saturniis scriptum, idque carmen a C. Octavio Lampadione in septem libros distinctum esse, satis notum est. Vide Cic. in Bruto c. 19. de senect. c. 14. Sueton. de illustr. Gramm. c. 2. Festum v. *Saturno* [*dies festus*, p. 253. Lindem.] G. Herm. doctr. metr. p. 629., qui ibidem fragmenta belli Punici pertractavit. Verum scripsisse dicitur etiam tragoedias comoediasque. Harum fragmenta tractavit Bothe in Fragmm. veterum Tragicorum et Comicorum. Scripsisse idem fertur satiras, de quibus dubito: certe ad tales referri Horatii Epistt. 2, 1, 53. necesse non est. Quanquam Satiram Naevii citavit Festus s. v. *Quianam*, p. 219. Lindem. Ceterum Cn. Naevius e Campania oriundus fabulas dedisse a. U. 519. (235) narratur ab A. Gellio N. A. 17, 21. p. 417. ed. Conr. adde Isidor. Orig. 9, 1. Mortuus esse dicitur Uticae a. U. 550 (204). Vid. E. Spangenberg. in Vita Cn. Naevii pone Ennii fragmm. p. 185., apud quem eundem fragmenta belli Punici extant inde a p. 189.

algidam. Sic scripsi cum Eins. edd. aliquot vett. et Schneidero Gr. lat. p. 146. Scilicet *terram*, *oram* vel simile quid sequebatur in versu proximo. Contra Meyerus: „In hac voce nomen proprium latere videtur.“ Ecce Erl. habet *Egidam* i. e. *Aegidam*, nunc Capo d' Istria in Illyrico. Neque vero hoc probabile. Beier haec adnotavit: „Schutzius coniecit legendum *Histrum fluvium algidum*. Malim *Histrum fluvium atque Algidum* sc. montem Latii in via Appia.“ Sed quaenam ista compositio Histri fluvii cum Algido monte? etsi in idem iam inciderat Scriverius. Or.

at Ennius semel. Codices interpolati Vet. Gu. 3. Erl. *saepe.* Hoc tamen multo probabilius. Nam semel hiatum apud poetam eius aetatis inventum esse, incredibile. Statim alter occurrit in versibus Ennii apud Cic. Tusc. Disp. 1, 15, 34.:

Adspicite, o cives, senis Enni imagini' formam.

Nec longe quaesiturus sit, qui plures velit.

Scipio invicte. Haec E. Spangenb. posuit in fragmm. Annal. 9, 17. Cecinerat Ennius Scipionem peculiari carmine, at tetrametris, ut ait Bothe, catalecticis. Vid. Suidam s. v. Ἔννιος et Valer. Max. 8, 14. apud Spangenbergium Vit. Ennii p. XXV. nr. IV. et adn. 17.

Et quidem nos. In Arateis apud Schutzium Cic. opp. Vol. 16, 2. p. 151. „Conversiones Arateae, quae extant hoc libro, in libris de N. D., apud Lactantium et Priscianum, a Cicerone admodum adolescentulo factae sunt, ut testatur ipse de N. D. 2, 41., neque eae diversae sunt ab iis, quae memorantur in Epistt. ad Attic. 1, 2., quas Conrad. Quaestur. p. 355. vult separatum opus fuisse. v. Muret V. L. 1, 20. Haec fragmenta tractaverunt Ioach. Perionius Paris. 1540. pone Timaeum, H. Stephanus in Lexico Ciceroniano, C. Sigonius et qui Aratum ipsum ediderunt.“ Hand in v. Cicero apud Erschium etc. p. 240[b].

Hoc motu. Arat. Phaenom. v. 152 sq.

Radiantis. i. e. solis. Conf. Cic. de Orat. 3, 40, 162. (in fragmento Ennii) et Muret. V. L. 11, 9.

Etesiae. Animadvertendum, Ciceronem eundem in hoc versu hiatum, quem apud Aratum invenerit, retinuisse atque in eadem sede versus, cum ita cecinerit Aratus:

τῆμος καὶ κελάδοντες ἐτησίαι εὐρέι πόντῳ
ἀθρόοι πίπτουσι.

Vict. V. L. 12, 16. Mey.

§. 153. *Sed quid ego vocalis? sine vocalibus.* Sic primus interpunxit Victorius V. L. 12, 17., eaque interpunctio recte recepta est. In edd. erat: *sed quid ego? vocales* etc., sine sensu. Ceterum id refer ad superiora: *nemo ut tam rusticus sit, qui vocales coniungere nolit.* Ern.

palm' et crinibus. Haec vera lectio est. Attius enim, qui Euripidis Phoenissas latinas fecerat, his verbis expresserat Graeca *καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι* v. 324. Itaque frustra Lambin. correxit *passi' et crinibus.* Schutz. Ern. ex Lambini correctione affert *pass' et crinibus.* Imo Lambin. neutrum horum scribi volebat, sed *passi' crinibus* et *argentei' vasis*, propterea, ut videtur, quod Cic. Orat. c. 48, 161. scripsit: *eorum verborum, quorum eaedem erant postremae duae literae, quae sunt in optumus, postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequebatur.* Atqui in *vas'*

argenteis ac *palm' et crinibus* vocalis insequitur. Sed eo loco Cic. tantum loquitur de terminatione in *us*, quatenus ante consonantem apud vetustiores poetas interdum literam *s* amittebat. v. L. Schneider Gr. lat. 1, 1. p. 350. adn. Quod restat, apud Euripidem „ex aliis codd. Porson dedit καὶ χερσὶ καὶ λόγοισι. Lambinus cogitabat etiam de emendando: *passi' palmis*, ut est Aeneid. 3, 263.:

passis de litore palmis

et in Sestiana §. 117. *manibus passis gratias agentes.*" Or. Idem in praef. p. CXXII. hoc adiecit: „Certa sedes verborum καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι est in Euripidis Hecuba v. 837., ita ut illa *palm' et crinibus* desumta fortasse sint ex Hecuba Ennii."

tecti' fractis. tecti' sartis vir doctus seculi 16. ad marginem Lambinianae. Male hoc quoque. Id.

Duellium — Bellium — Duellii. Duilium — Bilium — Duilii legendum esse probabiliter demonstrat Garatonius ad Plancianam p. 262. edit. meae. Id. Sic voluerat iam Merula ad Ennium p. LIX., improbante Spaldingio. Vulgatam tuetur Quintil. 1, 4, 15. *Sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando — Nec non eadem fecit ex duello bellum, unde Duellios quidam dicere Bellios ausi.* Verum enim vero Quintiliani codd. Voss. 1. *Duillios*, Voss. 3. et Bern. *Duillos* habent. *Duellos — bellios* cod. Quintiliani Ambr. 1. apud Zumptium Vol. 5. Quintil. Spaldingiani p. 27. Sed in *bellios* alia manus abrasit literam *i*. Ambrosiani scripturam Zumpt. dicit proxime ad verum accedere. Nam fere omnes edd. vett. et codd. plerique Quintiliani praebent *duellos — bellos*. Vid. quem Spalding. Vol. 1. p. 73. in adn. crit. citavit, Drakenb. ad Liv. 2, 58, 2. coll. L. Schneidero Gr. lat. 1, 1. p. 229. Ciceroniani huius loci Quintilianum memorem fuisse, cum illa scriberet, Spaldingii opinio est probabilis. Libri scripti et vett. Oratoris habent partim *Duellium*, partim *duullum*, partim *duillum:* et partim *bellium*, partim *bellicum*, partim *bellum;* tum partim *Duellii*, partim *due illi*, partim *duelli*.

vester Axilla. Olim legebatur *noster Axilla*, quod primus correxit Lipsius. *Axilla* vel *Ahala* erat cognomen familiae ex gente Serviliorum, in quam Brutus adoptione transierat. Schutz. Lectio *noster Axilla* a Lipsio de Pronunt. L. L. c. 6. memoratur, quam tamen in nulla mearum editionum vidi. Mey.

Ala. Teste Mureto V. L. 12, 20. sic legebatur in codice Alex. Glorierii: *Quomodo enim vester Axilla Ahala factus est, nisi fuga literae vastioris? Quam literam etiam e maxillis et axillis et vexillo et pauxillo consuetudo elegans latini sermonis evellit.* „*Ahala* cum Fastis Capitolinis Grut. p. 289. 290. Lamb.

1. e codice Glorierii probante Reizio Meyerus. Conf. Drakenb. ad Liv. epit. libr. 4. et, quem is laudat, Duker. ad Florum 1, 26, 7. Utrobique, ut hic, codices plerique, etiam Eins. *Ala* (*Ἄλαν* Plutarch. in Brut. c. 1.) vel *Alla*. Sed, quum *Ahala* scribes, estne ista vera contractio? Ac nonne ceterorum vocabulorum *mala*, *talus*, *velum*, *palus* analogia requirit, ut hic quoque dissyllabum vocabulum servetur? Quamquam *Ahala* editur nunc alibi apud Ciceronem v. c. in Sestianae §. 143.“ Or. De scriptura *Alla* v. Garaton. ad Plancianam p. 150. ed. Orell. Mey. Idem monet, pro nomine proprio *Ahala*, pro nomine substantivo *ala* dici solitum esse. Fortasse *Ahala* scribebant, et *Ala* pronuntiabant, vel propemodum sic, ut non multum ab *ala* differret.

literae vastioris. eines plumpen Buchstaben (x). vid. Doederl. lat. Synon. Vol. 3. p. 225.

et paxillo. Haec est lectio codd. interpolatorum, certe Erl. et editionum inde ab Aldd. Verior utique, quia analogia ceterorum hic quoque nomen substantivum requirit. *Pauxillo* Eins. Vit. Dr. Mon. cod. Glorierii, Ven. 1. 2. Med. Meyerus. Ceterum locus Prisciani 3, 6. p. 132. Krehl. contrariam prorsus continet doctrinam, quum is vocabula *vexillum*, *maxilla*, *taxillus* pro deminutivis habeat, iisque adiungat *pauxillus*. Et eodem errore, quo hic plerique *pauxillo* scripserunt, paulo ante Eins. *auxilla* pro *Axilla*. Or.

evellit. *Ut malae, tali, velum, palus* dicerentur. Schütz.

§. 154. *Sodes.* v. Nonium h. v. Lindem. ad Plaut. Capt. 1, 2, 1. Sodes ex si audes, quod pro si audies. Nam pro audire antiquitus in usu videtur fuisse audere tertia coniugatione. Similiter parere et parire dixisse videntur veteres, ubi tertiae coniugationis forma obtinuit. Mey.

tria verba sunt. Etenim *capsis* Cicero dictum putat pro *cape si vis*, quod non concedit Quintil. 1, 5, 66. Ac profecto *capsis* fuit antiqua forma perfecti coniunctivi pro *ceperis*. Schütz. *Capsis*, *capsit*, *capso*, *capsimus* apud Plautum et Festum est pro *ceperis*, *ceperit* etc., ut exemplis docuit Spalding ad Quintil. l. c.

nequire pro non quire. ut Ennius locutus est. vid. Vict. V. L. 16, 8. Mey.

dein etiam saepe. Vit. Ven. 2. *deinde etiam saepe et exin pro exinde et proin pro proinde dicimus.* Hinc Meyerus volebat: *dein etiam saepe ut exin pro exinde et proin pro proinde dicimus.*

Quid? illud non olet. Sic distinxi. v. Spald. ad Quintil. Vol. 1. p. 74. Mey. Post *quid* Schutzio videbantur quaedam intercidisse, quae transitum facerent ad sequentem degressionem,

aut totum exemplum aliunde huc tralatum esse. Sed fallitur V. D., quum dicit hoc toto capite agi de vitando vocalium concursu. Nonne etiam de contractione sine vocalibus et de fuga literae vastioris omnique consuetudine elegantiore Latini sermonis agere instituit? Sed post *quid* vel *quid illud* tollendum erat interrogationis signum, utpote suspensae. Vide nos ad or. pro Scauro 2, 24. p. 175. Bei.

cum autem nobis. Etenim *m* ante sequentem consonantem *n* in *nobis* non *m*, sed *n* pronunciabant. Cum his conf. Epistt. Famil. 9, 22, 11. Pompei. de Barbarism. p. 439. ed. Putsch. Quintil. 8, 3, 45. coll. ibidem §. 46. et 9, 4, 33., qui imitatus Ciceronis fugam obscoeni ne ipse quidem ausus est scribere *cum notis*, sed interposita voce *hominibus* dixit *cum hominibus notis*. Unde apparere viri docti monuerunt, in oratione pro domo c. 9. verba *cum nominibus tantum uteretur* non posse a Cicerone profecta esse. Adde Priscian. 12. p. 949. *Sic cum me et mecum. Nam antiquissimi utrumque dicebant; sed in plurali primae personae cacemphati causa solebant per anastrophen dicere nobiscum pro cum nobis. Itaque propter hoc reliquarum quoque personarum ablativos similiter praepostere proferre coeperunt, teste Plinio, qui hoc in 2. libro Sermonis Dubii ostendit, et Cicerone, qui de Oratore his utitur verbis: „Noluimus cum me et cum te dicere, ne eidem computationi adiungendum esset cum nobis, sed potius mecum et tecum et secum diximus, cum praepositione, quae facit obscoenum, assidue posthabita."* (Osannus haec verba recte putat Plinii esse, non Ciceronis.) De tota re v. omnino Ritter in dissertatione, quam inscripsit: Uebertriebene Scheu der Römer vor gewissen Ausdrücken und Wortverbindungen in Welckeri et Nackii Museo Rhenano anni 3. (1835) fasc. 4. p. 576. Schneider Gr. Lat. 1, 1. p. 313. Zimmermanni Allgem. Schulzeitung 1833. nr. 91. p. 726. et Fr. Osann ibidem 1837. nr. 6. p. 56.

obscoenius. widrig lautend. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 2. p. 52.

non cum me et cum te. Supple: *ex eo est — non cum me et cum te*, non obscoenitatis vitandae causa, sed propter analogiam linguae. Id quod dicit: *ut esset simile* etc. — Ceterum haec omnia: *Quid? illud — vobiscum atque nobiscum* Schutzius uncis notavit, dicens in eis se Ciceronis stilum agnoscere, sed ea tamen hic prorsus ἀπροσδιόνυσα esse, iisque exclusis reliqua cum superioribus optime cohaerere. Nempe *de eleganti consuetudine latini sermonis* loquenti licuit talia inserere, quae etiam alibi commemoravit, ac Priscianus, adde Quintilianus, (si vero Spaldingius indicat), apud Ciceronem invenerunt.

CAP. XLVI.

§. 155. *Nam pro deum. Pro*, non *proh!* ut est in aliis exemplis. In *proh*, addendum esset *pro*, quod non bene sonaret. ERN. Etiamnunc mihi cum Ernestio, Schutzio et Beiero necessaria videtur hoc loco praepositio. Interiectionem *proh* cum editionibus ante Ernestium et codicibus, ut videtur, Meyerus restituit. Sed Eins. certe habet *pro*. OR. Quod infra §. 156. legitur *proh deum — proh deorum*, id nullam vim habet ad praesentem locum.

ita, credo, hoc illi nesciebant. Vulgo interpungebant: *ita credo; hoc illi nesciebant.* Schutz. ita edidit: *Id, credo, illi nesc.* „*Credo*, ait ironice positum simpliciter interponitur." v. Matth. ad Cic. pro Rosc. Amer. 18, 52. Catil. 1, 2, 5. Conf. Orat. 50, 169. in Verr. 3, 4, 8. pr. pro Quint. 11, 39. Sed interpungendum est: *Ita, credo, hoc illi nesciebant*, ut *ita* sit idem quod *itaque*. Vide Grysar Theorie des lat. St. p. 535. Conf. Orat. 48, 161. *ita non erat ea offensio* etc. 52, 176. extr. 57, 192. 193. 58, 197. Quanquam hoc extremo loco ex Eins. et Rufin. p. 2724. Putsch. Orellius 2. edidit *itaque*. Et *itaque* hoc ipso loco, quem tractamus, habent Gu. 3. Erl. Adde c. 60, 203. *ita, si numerus orationis quaeritur qui sit, omnis est* etc. Etiam c. 56, 190. multi libri habent *ita* pro *itaque*. Ceterum meam interpungendi rationem inierat iam Meyerus. At Beierus et Or. 2. ita distinxerunt: *Ita credo. Hoc illi nesciebant?* — Ad hunc locum respicit Quintil. 1, 6, 18. De genitivis in *um* pro *orum* v. Spalding. in Fr. A. Wolfii Museum der Alterthumsw. Vol. 2. p. 368. Ruddimann. Gr. lat. Vol. 1. p. 45 sq. adn. 19. et inprimis L. Schneider Gr. lat. 2, 1. p. 69.

an dabat licentiam. oder gab diese Freiheit, *deum* statt *deorum* zu sagen, der Sprachgebrauch? Ja, daher etc.

idem poeta. Ennius. SCHUTZ. Accium (Attium) significari poetam, mecum communicavit G. Hermannus. Quod tum ex aliis causis, tum praecipue ex illis versibus apparet:

> *Namque Aesculapi liberorum saucii opplent porticus,*
> *Non potest accedi.*

Vide reliquos, qui cum his coniuncti sunt, versus in Tuscc. 2, 16. Hi autem versus ex illa Accii fabula quae ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ dicebatur, deprompti sunt. Conf. alios similis argumenti versus inter fragmenta huius fabulae. MEY.

meum factum pudet. ich schäme mich vor meinem Vater meiner Thaten. Terent. Ad. 4, 5, 49.

me tui, mi pater, pudet.

ich schäme mich vor dir, mein Vater. Alias in hac formula omitti

solet accusativus personae, ut monet Zumpt. Gr. lat. §. 73. 9. adn. 2. p. 348. ed. 4. „Hos Accii (Attii) versus Hecubae eius vel Troadibus tribuit Bothe Poet. scen. p. 275., ubi dicit: *meum factum* i. e. meum patrem factum esse, mulieris indiguae. *Meorum factorum* interpretatur Cicero, sed fallitur.“ Mey. Reliquos versus habet Cic. de Divin. 1, 31, 66., unde Beierus patere, opinatur, haec ex Cassandra sumta esse. At id personae in fabula, non ipsius fabulae nomen fuisse videtur.

Texitur. Versiculus ex Ennii Alexandra. Conf. de Divin. 1, 31, 67. Schutz. Totus locus sic habet:

Iamque mari magno classis cita
Texitur; exitium examen rapit [53]):
Advenit et fera velivolantibus
Navibu' complebit manu' litora.

Neque tuum unquam. Versiculus ex Ennii Thyeste depromptus esse videtur. Schutz. imo ex eius Medea. Osann. Analectt. p. 120. nr. XIV., qui ita disponit, Planckium secutus:

— *neque unquam tuum*
In gremium extollas liberorum ex te genus.

„Versus troch. tetram. catal. Elmsl. ad Eur. Med. 785. aut ex Phoenice Ennii, aut ex Hom. Il. *ι*, 455. translata esse haec verba putavit.“ Mey. Beiero videntur ex Medea et septenarius esse.

Neque tuum. Memorabilis ac fortasse vera est lectio Eins. Vit. Dr. Mon. Ven. 2. Med. Tul. *neque tu unquam*, quoniam in monosyllabis, praesertim pronominibus, iste hiatus locum habet. Erl. habet *tuum*. Or. Bothe *neque tuom*. Schutz. *nec tuum*.

Namque Aesculapi. Enniani versiculi hemistichium. vid. Tuscc. disp. 2, 16, 38. Schutz. vid. Herm. doctr. metr. p. 159.

at ille alter. Pacuvius. *at* Eins. Vit. Dr. Mon. Gu. 3. Ven. 1. 2. Aldd. Iunt. Crat. Vict. Man. Tul. Lamb. Grut. Or. Mey. Sch. „*Et ille* memoratur, nescio tamen ex qua editione. Nam Grut., cui hanc lectionem Orellius tribuit, habet *at*.“ Mey. *Et ille* ex errore typogr. habet revera Grutero-Gronoviana 1692. Or. 2. *At* commemorat Victor. V. L. 19, 2. et Ern. dedit pro *et*. „Nam est, ait, diversum a priori, non simile aut coniunctum.“ Etenim Ern. editione illa Gruteriana utebatur. Conf. adnot. proxime sequentem.

consilium socii. Errore typographi Grut. omisit *socii*, quem errorem propagaverunt Ern. Schutz., sustulit Meyerus. Beierus, erroris nescius, propere coniecturam paratam habebat: *consilium Iovis*. Ceterum v. Bothe Poett. Scen. p. 113.

---

[53]) i. e. illa classis adfert secum turbam malorum (exitium examen). Ern.

pavor. Eins. Vit. Dr. Erl. Edd. vett. Lamb. *pavos* ceteri, qui habent a Victorio, „qui id sumsisse videtur e codice suo, nunc Monacensi, ex quo tamen *pavor* non notatur.“ Or.

Nihilne ad te. Ex Pacuvii tragoedia Armorum Iudicium. Schutz. Beiero haec rectius videntur desumta ex eiusdem poetae Teucro. Vid. eum ad Cic. oratt. fragmm. p. 146*. Quamvis autem Cicero Pacuvium dicat *armum* scripsisse, tamen versiculus ipse, sive iambicum sive trochaicum putes fuisse, flagitare videtur *armorum* et sic edidit Scriverius in fragmm. Pacuvii. Ita sensit etiam Beierus l. c.: „Mirum sane, ait, si is, qui totam fabulam inscripserit *Armorum iudicium* (e qua tamen fabula hunc versum, in quo aperte res pridem facta commemoratur, depromptum esse neque H. Stephano ad Fragmm. Poett. vett. Latt. p. 256. nec Schutzio crediderim) idem igitur poeta si adeo reclamante versus caesura scripserit *armum*.“ Sed de hoc iam videbimus.

quam armorum. Gryph. 1. Steph. Lamb. Ern. Sch. Or. 1. *quam centuriam ut censoriae* Eins. Vit. Dr. Mon. Pith. Erl. Palatt. („utriusque igitur generis codices, quod hoc loco maximi est momenti. Ex silentio Oxoniensium editorum colligi nihil potest.“ Or.) Ven. 1. Med. Aldd. Crat. Vict. Tul. Man. Or. 2. *quam centuriae* Ven. 2. *centuriam* omisso *quam* Asc. 1. „Sententia igitur haec erit: Nolim equidem dicere *armum iudicium*, etsi hac forma usus est Pacuvius in Teucro: contra sine ulla dubitatione cum censoriis tabulis audeo dicere *centuriam fabrum* pro *fabrorum*, qua forma alibi utimur, v. c. cum dicimus *fabrorum ministerio usus sum*, nequaquam vero *centuriam fabrorum*, itemque *centuriam procum* dico, non *centuriam procorum*.“ Or. Beierus l. c. post verba modo adscripta sic pergit p. 147*: „Ceterum assuta vocabula *quam armorum* continent variantem eamque veram lectionem, alieno autem loco interposita expulerunt veram ibi quidem codd. Palatini et Pithoeani lectionem. Corriges igitur: *Et sic est apud eundem:*

Nihilne ad te de iudicio armorum accidit?

Iam centuriam (ut censoriae tabulae loquuntur) fabrum et proletarium audeo dicere, non fabrorum et proletariorum. Ne virgines quidem, opinor, nobis centuriam procum antiquantibus bellum movebunt, nisi forte crediderint a Tullio repudiatam *procorum* elegantiam tanquam rusticitatem, cum ipse in Bruto 18, 71. pr. laudarit *carmina, quae in procorum epulis canuntur.*“ Ingeniosissimam Orellius dicit videri posse correctionem *proletarium* et *proletariorum*, sed idem monet, pridem Turnebum Adv. 8, 3. p. 227. huc recte retulisse verba Festi p. 377. ed. Amst. [p. 213. et 214. Lindem.] *Procum patricium in descriptione classium quam*

fecit Servius Tullius, significat procerum. Ii enim sunt principes. Idem addit, Beierum retinuisse *iam*, sed eam coniecturam, non codicis ullius lectionem videri. Et hoc nimium est, (quod idem significavit), quod Beierus vult nos verba: *nec enim — iudicium. Et sic est apud eundem* etc. ita intelligere, quasi scriptum sit: *et sic, ut omnes loqui solemus, est apud eundem.* Nec tamen propterea placet Orellii 2. ipsius scriptura: *Nec enim dixerim tam libenter armum iudicium, etsi est apud eundem:*

Nihilne ad te de iudicio armum accidit? —,

quam centuriam — ut censoriae tabulae loquuntur — fabrum etc., quod *armum* requirit in fragmento Pacuvii, quo metrum iugulatur, et quod hic ordo verborum minus rectus videtur: *quam centuriam (ut — loquuntur) fabrum* etc., quam ille, quem Meyerus quoque postulat: *quam (ut censoriae tabulae loquuntur) centuriam fabrum et procum* etc. Quanquam hoc postremum non ita necessarium est, ut non etiam alterum ferri possit. Mea quidem suspicio est, locum ita esse exhibendum: *Nec enim dixerim tam libenter armum iudicium, etsi est apud eundem:*

Nihilne ad te de iudicio armum ..... accidit?

quam ..... Centuriam (ut censoriae tabulae loquuntur) fabrum et procum etc. Versus expleri de coniectura nequit; sed *armum Aiacis* ibi fuisse non prorsus improbabile est: reliqua puto recte expleta esse in edd. Gryph. 1. et quae sequuntur, sic: *quam armorum.*

§. 156. *Planeque.* vide, ne legendum sit *pleneque*, ut §. 157. *plenum verbum.* Or.

Stlitibus iudicandis. Muretus ait, se in libro scripto reperisse *stlitibus.* Hic in mss. non magnum momentum est. Nec Ciceronis aetate dicebant *stlitibus.* Antiquarii illa correctio est. Ern. Muretus illam scripturam invenerat in eodem cod. Alex. Glorierii, unde, quae supra ad c. 45, 153. ex eius V. L. 12, 20., attuli. Ceteri *litibus.* Mureti scriptura probata est etiam Heusingero praef. ad Offic. p. XLIII., Schirachio, Meyero, Orellio, qui „*stlitibus*, ait, ex constanti usu Inscriptionum ultimorum etiam temporum. Conf. Goerenz. ad Legg. 3, 3, 6."

duo duorum corporum. Sic Vit. Lamb. Bothe in Poet. Scenic. p. 251. Optimo codici obsecutus sum expellens admodum dubium, nec propter metrum necessarium *dua* ceterorum, etiam Eins. *Dua* scil. haud raro librarii medii aevi. Sic in antiquissimo cod. Turicensi Prudentii Hamartig. v. 4. *dua per divortia*, sed correctum *duo. Dua* ibidem habet Cellarius, saltem in ed. altera sententia autem haec est: Ex omnium consuetudine

dico *duumvirum iudicium, triumvirum capitalium, decemvirum stl. iud.* Atqui, quum ex vulgari usu alicubi dixisset Accius *duorum corporum*, alibi contra consuetudinem idem dixit *mulier una duum virum*, quod ego hoc significatu nunquam facerem, etsi altero illo significatu dico *duumvirum iuri dicundo*. Metro adversatur lectio Ven. 2. Med. Asc. 1. *dua duum* et suspicio *procorum*. Or. vid. Ruddimann. Gr. lat. Vol. 1. p. 57. adn. 66.

mulier una. Cicero Epistt. Famil. 9, 22. Vol. 5. p. 338. ex hoc loco Attii citat verba: *Quae mulier una*, addens sermonem verbis tectum esse, re impudentiorem. Etenim moecham dici significat.

quid verum sit, intelligo. i. e. video, ex grammatica ratione dicendum esse *deorum*, idem tamen interdum *deum* dico, quia consuetudine conceditur *deum* et *deorum* dicere; in aliis vero unam consuetudinem sequor, ut in *trium virum* etc.

Cap. XLVII.

§. 157. *Eho, tu cognatum.* Terent. Phorm. 2, 3, 37., ubi est *sobrinum* pro *cognatum.*

Stilphonem. ibidem v. 43.

Ergo ibidem. apud alium poetam eodem loco. Schutz. h. e. apud eundem poetam, qui habet *sint* in verbis *Quam cara sint*, eodem loco (*ibidem*) est *sient* in verbis *Quamque attinendi sient.* Locum poetae non reperi. *sint, quae post.* Asc. 1. Tul. Ern. cum codd., ut videtur, Meyeri ac Mon. *sintque, post* Eins. Erl. Asc. 2. Crat. Vict. Steph. Lamb. Grut. Schutz. ed. mai. Mey. Or. *sint, qui post* Sch. 2.

Quamque attinendi. Tyranni de imperiis attinendis agnosco verba, fortasse Tarquinii superbi in Bruto Accii. Bei. Possunt etiam desumta esse e Thyeste vel Pelopidis vel Phoenissis id est, ex aliqua earum tragoediarum, ubi de dominatione retinenda ageretur. Or.

scripsere. Ennii versiculus. Conf. Cic. Brut. c. 19, 76. coll. 18, 71. de Divin. 1, 50, 114. Varr. L. L. 6, 3. p. 72, 10. ed. Scalig. Quintil. 9, 4, 115. Aurel. Vict. in Orig. gent. Rom. c. 5. E. Spangenberg. reposuit in Annal. 7, 1. p. 88. vid. adn. ad Orat. c. 51, 171.

scripsere — scripserunt. Formam perfecti in *re* Grammatici nunc fere historicis tribuunt, non item Ciceroni. v. Orell. ad Cic. Verrin. 2, 1, 15. 3, 59. et in Scholis Fr. A. Wolfii ad Tusc. Dispp. 2. §. 3. p. 371.

scripserunt. Quintil. 1, 5, 44. *Quid? non Livius circa initia statim primi libri, Tenuere, inquit, arcem Sabini? et mox In adversum Romani subiere? Sed quem potius ego, quam M.*

Tullium sequar? qui in Oratore Non reprehendo, inquit, scripsere: scripserunt esse verius sentio. Ubi Spalding. Vol. 1. p. 120. „Non ipsa quidem, ait, Ciceronis verba expressit Quintilianus, sed mentem eius. Apparet autem sententia Ciceroniana, ipsum promiscue usurpandam duxisse utramque formam, non assignasse duali alteram. Quod apud Ciceronem *et* est ante *scripserunt*, id libenter ego mutaverim in *etsi*, cum *si* facile hauriretur a sequente *sc*.“ Cuius iudicium amplexus Schutz. et Or. 1. dederunt *etsi* pro vulgata *et*. Et sic iam Lambinus ediderat. At Quintiliani scripturam sine *et* atque *etsi* habent etiam Vit. et Erl. Vulgatam *et* tuetur Eins.

Isdem campus habet. E. Spangenb. posuit in Ennii Annal. 7, 33. p. 95. „Hoc hemistichium Scaliger in Annott. ad Catullum e schedis Servii sic explevit:

Idem campus habet textrinam navibu' longis.“

Mey.

In templis isdem. Apud E. Spangenberg. in Annal. 8, 60. p. 123. — Erl. *Isdem campus habet inquit Ennius et in templis idem probabit. At eisdem erat verius, nec tamen eisdem opimius. male sonabat iisdem. impetratum est* etc. Eins. *Idem campus habet inquit Ennius et in templis idem probavit. At iisdem erat verius nec tamen ysdem ut optimus male sonabat iisdem; impetratum* etc. Mon. *Idem campus habet inquit Ennius et in templis idem probavit at isdem erat verius nec tamen isdem ut optimus male sonabat. isdem* etc. Vit. *idem campus habet inquit Ennius et in templis idem probavit. at iisdem erat verius. nec tamen isdem ut optimus male sonabat. iisdem est impetratum.* Dr. *Idem campus habet inquit Ennius et in templis isdem probavit at eisdem erat verius nec tamen iisdem ut optimius malet sonabat. iisdem impetratum.* Apud Ernestium 2. hic locus ita legitur: *Idem campus habet inquit Ennius et in templis isdem probavit. At eisdem erat verius, nec tamen eisdem, opimius: male sonabat, iisdem, impetratum est* etc. Orell. 2. hanc scripturam Ernestii, quum nulla dum medela reperta sit, intactam reliquit. Schutzius 2. de coniectura sic edidit: *Idem campus habet, inquit Ennius: et, In templis isdem, probavit. At isdem erat verius; sed tamen opimius. Male sonabat iisdem. Impetratum est* etc. „Cicero, ait, hoc significat, pro *idem* in genere masculino verius fuisse *isdem*, sed tamen opimius, ob duas consonantes sd. *In templis isdem* Ennium dixisse, quia male sonabat *iisdem*.“ Hoc probari nequit vel ideo, quod librorum scriptorum constans scriptura est *nec tamen*. Mihi quidem verum videtur *isdem campus*, ut habent etiam Ven. 2. Tul., deinde suo loco motum est *probavit*, quod tamen omnes

et scripti et editi uno loco servant. Porro *opimius* verum esse, nemo infitiabitur: id servant etiam Med. Man. Gryph. 2. Tum scribendum est: *at eisdem erat verius;* nam auctor tres eiusdem pronominis formas discernit: *isdem* — *eisdem* — *iisdem.* Et *eisdem* illo loco habent Med. Gryph. 2. Ven. 1. Sic igitur totum locum constituendum arbitror:

Isdem campus habet

inquit Ennius et

In templis isdem.

At eisdem erat verius, nec tamen probavit, ut opimius: male sonabat iisdem. Impetratum est etc. *Isdem* pro *idem* frequentissimum esse in Inscriptionibus, praesertim in hac formula: L. Titius CURAVIT ISDEMQUE PROBAVIT, monuit Orellius. Idemque addit, ex codicibus M. Tullii melioribus saepenumero apparere, huic scriptori veriorem visam esse formam *eisdem.*

opimius. Idem fere significat, quod c. 45, 153. *vastior,* zu plump. Conf. 8, 25. Quintil. 9, 4, 36. *longae per se et velut opimae syllabae.* Sed *opimus* de vocalibus, de consonantibus alterum usurpatum esse videtur.

pomeridianas quadrigas. Posmeridianas scribendum erit sequenti Velium Longum de Orthogr. p. 107. Commelin. (p. 2237. Putsch.) Bei. Sane *pusmeridianus* (sic) habet cod. Mediceus in Epistt. ad Attic. 12, 53. et comparari potest Italorum *posdomani.* Or. Velii Longi l. c. verba haec sunt: *Sequenda est nonnunquam elegantia eruditorum, quod quasdam literas lenitatis causa omiserunt, sicut Cicero, ut verbis ipsius utamur, posmeridianas quoque quadrigas, inquit, libentius dixerim quam postmeridianas.* Romani dicebant *matutini* et *meridiani*, non addito, quod cogitabant, nomine gladiatorum. Dicebant autem sic a tempore, quo gladiatores edebantur. Matutini iidem bestiarii dicebantur, quod erat spectaculorum omnium in illa foeditate Romanarum voluptatum foedissimum. Hinc sequebantur meridiani, dein post meridiem interdum ludi Circenses, quae hic dicuntur pomeridianae quadrigae. Sic fere Ern. cl. Cic. s. v. *Pomeridianus.* Non tacenda est Doederlinii (Lectionum variarum decade, Erlang. 1832. 4.) emendatio, scribentis: *et pomeridianas, quadrigas, quam postmeridianas, quadriiugas libentius dixerim.* At *quadriiugas* non iam videtur in ullo usu fuisse iuxta alteram formam, nec verba verbis, singulis singula, auctor comparat, sed saepe in hoc toto loco de elegantia Latini sermonis unum tantum aliquod ex una locutione vocabulum.

et mehercule, quam mehercules. Hand. in Tursellin. Vol. 3. p. 61. monet, et *mehercule* et *mehercules* in nostris exemplari-

bus Ciceronis librorum scriptum reperiri. Et *mehercules* quidem est in Catil. 2, 7, 16. Quum vero in or. pro Planc. 26, 64. et in Verr. 4, 14, 33. codd. nuper collati formam *mehercule* revocari iusserint, eam etiam in illo uno loco restituendam putat. At *hercules* bis invenitur: in or. pr. Rosc. Amer. 11, 31. et in Brut. 16, 62. Addit Handius, Ciceronem in iudicio de formula *mehercules* praecepta grammaticorum seculum esse ad explicandam formulam. Conf. Zumpt. Gr. lat. §. 68. 4. adn. p. 292. ed. 4. Locis, in quibus *mehercules* scriptum sit, Goerenz. ad Legg. p. 261*. addit Verrin. 5, 58, 151. In Epistt. *mehercules* inveni his locis: Famil. 6, 5. Vol. 4. p. 449. 15, 19. Vol. 5. p. 71. 5, 9, 1. Vol. 5. p. 223. 5, 10. p. 327. 328. ter deinceps in una epistola. Sed hi universi loci, excepto primo, ex epistolis Cassii et Vatinii ad M. Tullium desumti sunt: atque vel in epistola Cassii Vol. 5. p. 70. *mehercule* semel legitur.

Non scire quidem barbarum iam videtur. Meyerus tanquam e Vit. dedit: *Non scire quiddam barbarum nimirum habere videtur* etc. Mosero in censura *quiddam* duntaxat e Vit. desumptum videtur, *nimirum* e Tul., *habere* e Vet. Id certum est, integram Meyeri lectionem extare in Asc. 1. Dr. (ut videtur) Mon. Ven. 2. nostram habent lectionem et conf. §. 161. *quod iam subrusticum videtur.* Item, ut nos, Eins., sed omisso *iam*, quo tamen vix carere possumus. *Non scire quidem barbarum num* (cum lineola) *habere videtur* Erl. Or. Meyeri scripturam reprehendit etiam Hand. in Tursellin. Vol. 3. p. 128., *nimirum* illud librariis imputans.

§. 158. *ipsum meridiem. Ipsum* non commodum est. An fuit *item*. Ern. *Ipsum*, quod tuetur etiam Nonius v. *meridies*, opinor, dixit volens significare, adeo in etymo tam aperto consuetudinem et usum loquendi a vero recedere. Hunc locum tangit Quintil. 1, 6, 30. conf. Varro L. L. 6. p. 186.

Una praepositio est abs. i. e. nur *abs* lautet die Praeposition, sive *abs* ist die ursprüngliche Form dieser Praeposition und doch findet sich nebenbei auch *au* und *ab* und *a* durch Verbindung mit andern Wörtern. „Hunc locum respexit Quintil. 1, 5, 69., apud quem nunc legitur: *quum praepositio sit ab sola*, legendum autem videtur *abs sola*.“ Schütz. *Abs* Asc. 2. Lamb. Ern. Sch. Mey. Lectio perspicue vera, nam formam *ab* nunquam potuisset dicere in reliquo sermone mutatam, quum ipse quotidie diceret *ab amico, ab homine*. Vide de toto hoc loco Hand. Tursellin. Vol. 1. p. 2. *Ab* Asc. 1. Vict. Scheller Obss. p. 61. Ramsh. Gr. lat. p. 284. Beier in suo exemplari. *Abs* omittunt Eins. Vit. Dr. Mon. Ven. 1. 2. *Abque que* Erl. Or. *Abs* post

Lambinum primus rursum edidit Ern. Idem defendit Gesner. Thes. L. L. et sic Ern. docet esse apud poetas antiquiores, Plautum, Terentium, Lucretium.

eaque nunc tantum. Schutz. praeter necessitatem, ut videtur, scripsit *quae nunc tantum.* Beier volebat *ab*, *quae* etc. Regulam, quae ex Noltenii Lexico Antib. col. 1274 sq. circumfertur huiusmodi: *abs* ponendum esse ante literas Q T et C, sed ante C tantum in compositis, ut in *abscedo*, alias autem dici licere *abs quovis*, *abs te*, hanc igitur regulam Ciceronem ignorasse apertum est.

nunc tantum. Extra composita tunc tantum in accepti tabulis manebat; in compositis non infrequens erat, ut in *absque* et al. „Velius Longus p. 2224. *Quotiens acceptam pecuniam referebant, non dicebant a Longo, sed ab* (leg. *abs*) *Longo: et ait* (Cicero). *religionem hanc scribendi apud paucissimos remansisse saeculo suo.*" Mey.

et ne iis quidem omnium. Sic dedi Handio auctore. *Et* facile absorptum a praecedente syllaba, favetque Erlangensis et veterum editionum corruptela: *manet eneis quidem.* Ex hac autem lectione et Eins. *hiis* dedi *iis* pro *his*. Or. *nec his quidem* Gryph. 1. Lamb. *aeneis quidem.* Med. Asc. 1. Tul. Id Ernestio factum videbatur ex *ac ne his quidem.* Ceteri, etiam Sch. Mey. *ne his quidem.*

ut iam nescias. Dass man eben nicht weiss, ob etc. Hand. Tursellin. Vol. 3. p. 134. Quidni autem sit quod solito est: dass man nicht mehr weiss, ob —?

a[b]ne verum sit an....abs. Schutz. de coniectura edidit: *ane verum sit, an ab, an abs.* Repugnat Meyerus: „Sed haec verba: *ut iam nescias*, *abne verum sit an abs* pertinent tantummodo ad illustrandum exemplum *abstulit.* Nam in ceteris quivis intelligit, quo modo res se habeat." Quid ad tertium tantum exemplum? cur igitur tria exempla posuit? et quo iure *abne verum sit* magis quaerit, quam *ane verum sit?* Favent coniecturae Schutzii Eins. *an verum sit.* Mon. Erl. Vit. Dr. Gu. 3. Ven. 1. 2. Tul. *anne verum sit*, et quodammodo etiam Med. *an nexum sit.*

et abfer noluerunt, ... aufer maluerunt. Schutz. e coniectura scripsit: *et abfer noluerunt*, *aufugit et aufer maluerunt.* Similiter marg. Lambin. 1584. *Quid si etiam abfugites turpe visum est et abfer noluerunt; aufugites et aufer maluerunt?* Schutzii emendatio commendatur iis, quae statim sequuntur: *praeter haec duo verba.* Nam in vulgata unum *aufer* superest.

quae praepositio. Intellige *au* praepositionem, quam dicit non reperiri, praeterquam in *aufugit* et *aufer.* „Ambros. Macrob. de differ. et societ. p. 2730. Putsch. *aufugio et aufero a praepositione ab componuntur et in his solis ab movetur in au* (sic leg.) *auctore Cicerone.*" Mey.

reperietur. Sic Eins. Vit. Vet. Erl. (hic cum additamento: *sic commutata*) Mon. A. Gellius N. A. 15, 3. Edd. vett. Lamb. Mey. Or. 2. *reperitur* Vict. et recentiores. Beier conferri iussit Rambachii excursum de hac praepositionis immutatione adiectum libro Ideale und reale Philosophie Lips. 1821. p. 253—272. Or.

Noti erant etc. man hatte die Wörter *noti, navi* und *nari.*

ignoti — ignari. Lectionem Gu. 3. *ignotos, ignavos, ignaros* recepit in suo exemplari Beierus. Similiter Erl. *ignavos, ignaros, ignotos.* Sane sic cum accusativo verbum *dicere* §. 160. est bis. Or. Vel ex hoc loco intelligere licet, vitiose scribi *gnavi* et *gnari* et similia in libris vulgaribus, cum *g* in compositis duntaxat locum habere debeat. Lamb. *nisi literam.* Ald. 2. *nisi x literam.*

Refecit, rettulit, reddidit etc. Man. Lamb. Ern. *exigit, edixit, efficit, extulit, edidit.* Haec lectio a Meyero primum inventa est in Ald. 2. At Eins. Vit. Dr. Mon. Erl. Edd. vett. *exegit, edixit, refecit, rettulit (retulit), reddidit.* Hoc verum est. Repete *dicunt.* Maioragius, Lamb. Ern. Sch. Schneider. Gr. lat. 1, 1. p. 612. *adiuncti verbi prima litera praepositionem commutavit.* Hac correctione careri non potest. Eins. Vit. Dr. Mon. *ut subegit, summutavit, substulit.* Erl. *praepositio commutat, sic in subigit cum mutatur ut sustulit.* Ven. 2. Tul. *summovit* pro *summutavit,* probante Orellio 1. 2., quod *summutavit* putaret ortum esse ex praecedente *commutavit.* Recte, opinor. Verbum enim *summutare* minus usitatum erat, quam ut in mentem veniret eo pro exemplo uti. Rarum autem fuisse apparet ex c. 27, 93. *hanc ὑπαλλαγὴν rhetores dicunt, quia verba quasi summutantur verbis,* ubi propter ὑπὸ in ὑπαλλάσσειν posuit *summutare* pro *permutare,* et illud addito *quasi* tanquam mollivit. Schutzius, ut solet, minus veritus auctoritatem librorum scriptorum, locum ita refinxit: *exegit, edixit, extulit, edidit: at in effecit adiuncti verbi prima litera praepositionem commutavit; ut in suffugit, summutavit, sustulit.* „Schutzius haec paulo violentius correxit. Non opus est postremis exemplis *suffugit* etc. praeponi invitis libris *in.* Quod si *prima litera* ablativus fuerit, ne ante *effecit* quidem praepositionem requiram. Nam ipsa exempla erunt subiecti in nominativo positi instar. In verbo *rettulit* autem prima syllaba producitur; unde, nisi per positionem?" Bei. ad or. pro M. Aemil. Scauro in fragmm. Cic.

oratt. p. 181., ubi ipse hanc loci praesentis scripturam proposuit: *Effecit, rettulit, reddidit adiuncti verbi prima littera praepositionem commutavit, ut suffugit, summutavit, sustulit.* Hoc quoque contra libros. Orellii 2. haec suspicio est: *ut exegit, edixit: Refecit; rettulit, reddidit: adiuncti verbi primam literam praepositio, praepositionem verbi prima litera commutavit, ut subegit; summovit, sustulit.* Haec correctio propterea reiicienda est, quod utraque series verborum, et *refecit, rettulit, reddidit* et *subegit, summovit, sustulit* exempla eiusdem rei sunt, siquidem in utrisque verbis prima litera verbi antegressam syllabam commutavit, non minus in *rettulit* etc., quam in *summovit* etc. Orellius neglexit observare, item in praecedentibus eiusdem rei duplicia exempla proferri: *ex usu — e republica; exegit, edixit.* Meyerus, resecatis multis, locum ita exprimi vult: *ut exegit et edixit. Adiuncti verbi primam literam praepositio commutavit, ut suffugit, summovit.* Ubi *commutavit* intelligit, (si explicationem eius sequaris), hat eingetauscht. Qui usus verbi ab hoc scriptore alienus, potius poetis vindicandus, ut Horat. Carm. 2. 16, 19.

— quid terras alio calentis
Sole mutamus?

Librorum fides deserta est praeter necessitatem; verba, quae restant, constructione laborant, ut nimis abrupta. Nobbe locum ita exprimendum curavit, *'ut exegit, edixit,* [*effecit,*] *extulit, edidit; adiuncti verbi primam literam praepositio communicavit; ut suffugit, summutavit, sustulit.* Ubi etiamsi *communicavit* significet: partem habet in, (de qua re dubito); ne hoc quidem recte dictum est, quia in tertio exemplo: *sustulit* praepositio non partem habet in prima adiuncti verbi litera, sed commutata est ex analogia utriusque linguae, qua *β*, *π*, b ante *τ*, t in *σ* s mutantur. Vid. Doederl. lat. Synon. Vol. 1. p. 13. nr. 3. 4. Vol. 3. p. 304. extr. Mihi quidem hic locus ita legendus esse videtur: *ut exegit, edixit. Refecit, rettulit, reddidit: adiuncti verbi prima litera praepositionem commutavit, ut subegit, summovit, sustulit.* Et sic explicandus: *Refecit* quidem dicunt, at *rettulit, reddidit*, in quibus duobus *adiuncti verbi prima litera praepositionem commutavit*, *ut* dicunt *subegit*, *summovit*, *sustulit.* Nihil a libris scriptis recessum est, nisi in *summovit.* Hic autem non leve est monere, iisdem compositis *(amovit — abegit — abstulit)* scriptorem usum esse paulo ante §. 158.

Cap. XLVIII.

§. 159. *in verbis iunctis.* An vero exempla praecedentia *exegit* etc. *suffugit* etc. non sunt *iuncta* i. e. composita?

Vereor ne locus sit interpolatus. Nam omnino totus hic locus in libris antiquis scriptis et editis ita varie et vitiose scriptus est, ut nihil supra. Ern. Haec iniuria conqueritur. In praecedentibus enim dictum est de affectione praepositionum in verbis iunctis sive compositis; nunc dicetur de affectione verborum in compositis. Clarius Cicero scripsisset: *in verbis adiunctis*, si non vere ita scripsit.

pertisum. Nonius s. v. *percedere*.

indoctus. Hoc ex Gellio N. A. 2, 17. et ed. Tulichii restituendum censuit Eckhardus in Progr. cit. p. 11. Idem tuetur Gu. 3. pro volg. *inclitus*, vocabulo Graeco potius, quam Latino. Bei. *indoctus* habent Eins. Vit. Vet. Mon. (sed praeter Veterem omnes *inductus*) Ven. 2. Tul. Mey. Or. 2. *inclitus* est in Erl. „Hoc totum nobis mirabile est, quia veram pronuntiationem veterem nescimus. Nec eodem modo res a viris doctis explicatur. v. Strebae. ad h. l. p. 817. et viros doctos ad A. Gellium, ubi hunc locum commemorat.“ Ern.

Et ne multis. Conf. praeter A. Gellium Diomed. p. 428. Sergius in Donatum p. 1855., quos citavit Meyerus.

producte dicitur. Int. prima litera. Ern. Schutz. addidit *IN*, ut sit *producte dicitur IN*. „In verbis, ait, quae a literis F et S incipiunt, IN praepositum producte pronuntiatur, ut Germanorum IHN.“ Pro *dicitur* A. Gellius, Dr. Gu. 2. 3. Erl. Ald. 2. *dicuntur*. Schutzii coniecturam recepit Nobbe.

itemque composuit. Intellige *in composuit*. Et notandum, Ciceronem posuisse duo paria verborum, in quibus alterum brevem, alterum longam habet primam syllabam. Ern. Verba hoc ordine exspectes posita esse: *composuit, concrepuit, consuevit, confecit*. At non aliter, quam hic, factum est c. 45, 153. v. Schneider Gr. Lat. 1, 1. p. 350. adn., quem adi etiam de re tota ibidem p. 109., (ubi inter alia animadvertit, perperam ab auctore in exemplis proferri *inhumanus*, quia *h* litera positionem non faciat;) Freund in censura libri A. Fr. Pottii, cui titulus est: Etymologische Forschungen auf dem Gebiet der Indo-Germanischen Sprachen (in Iahnii N. Ibb. f. Philol. u. Pädag. 1835. fasc. 1.) p. 30.

consule veritatem. i. e. *τὸ ἔτυμον*. Spald. ad Quintil. 1, 6, 32. Vol. 1. p. 157.

§. 160. *ita maiores*. conf. Quintil. 1, 5, 19. *triumpos*. *triumfos*, ut volebat Lagomarsinius ad Iulii Poggiani Epp. p. 189., habet revera Vit. Sed conf. Quint. 1, 5, 19. et in Actis fratrum arvalium tab. XLI. a. Triumpe quinquies. Or.

aliquando. ein und das andere Mal; ut Graecorum *ποτὲ* de

eo, quod aliquoties repetitur. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 274. conf. Orat. 3, 7. 40, 138.

convicio aurium. i. e. cum aures haec efflagitarent vehementer. De vi vocis *convicium* v. Spalding. ad Quintil. Vol. 1. p. 5. Mey.

scientiam. E Vit. Meyerus addidit *rei.* Nec tamen vel eximius iste codex prorsus liber est a glossematis. Conf. §. 141., ubi itidem solus habet *primas eloquentia partes.* Nec vero agnoscit *rei* melior etiam cod. Eins. Abest etiam ab Erl. Or.

Orcivios. Sunt, ut opinantur, *Orcinii,* qui et *Orchinii,* ut in orat. pro Cluent. ms. Vit. *Oscinios.* ed. Ven. *Oscivios.* Ern. Schutz. Strebaeum et Camerarium secutus edidit *Orcinios.* C. Orchinius s. Orcinius collega erat Ciceronis in praetura. v. or. pro Cluent. c. 34, 94. 53, 147. Petit. consul. c. 5. „*Orcivios* scribendum nunc iudicavi permotus auctoritate palimpsesti Taur. or. pro Cluent. c. 53. et Palatini in Q. Ciceronis de Petit. Cons. c. 5., item Inscriptionum apud Gruterum 454, 6. 949, 1. Murat. 1010, 8. 1221, 2. In hoc vocabulo corrupti sunt Eins. Vit. (*Oscinios*).“ Or.

[*semper*] *licet.* i. e. in qualicunque verborum iunctura. Retinendum nunc censeo hoc vocabulum omissum duntaxat in codicibus interpolatis Gu. 3. Erl. Non diffiteor tamen id quoque offensioni esse, quod statim repetitur vocab. *semper.* Delevit Schutzius, uncis inclusit Meyerus. Id. Idem vocabulum *semper* supra quoque c. 45, 153. iam omisit Gu. 3.

Burrum. Cum Lambino, (qui laudat Festi verba [p. 25. Lind.] in v. *Balaenae nomen: Πύῤῥον Burrum dicebant,*) Grut. Sch. Mey. Bei. Habentque Palatt. duo. Erl. *birrhum.* Ceteri *Purrum.* Eins. *purum.* Or. Contra Ern. dedit *Purrum* ex ed. Ven. Quum vero apud Quintil. 1, 4, 15. legatur *Burrus,* hoc Schutz. restituit, quod probat etiam Lagomarsinius in Dawesii Miscc. crit. ed. Kidd. p. 183. Idem iam in ed. Verburgii exhibitum est, probante etiam Osanno Analectt. crit. p. 12. adn., qui eam veram scripturam esse uberrime docet ex Grammaticorum tum veterum, tum recentiorum libris. Is eam literarum *Π* et B permutationem inde ortam esse suspicatur, quod Dores et Aeoles pro *Π* dicebant B, indeque Macedones pro *Φ* etiam B. Porro Latini mutare solebant *Υ* in U, ut docet Bentl. ad Horat. Epistt. 1, 15, 5. et delebant adspirationem. Conf. Spangenb. ad Ennii Annal. 6, 5. p. 77 sq. De parva veterum Latinorum adspiratione v. Quintil. 1, 5, 19.

vi patefecerunt Bruges. Herodot. 7, 73., quem attulit Osann. l. c. adn. 6. *οἱ δὲ Φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, ἐκαλέοντο Βρύγες, χρόνον ὅσον Εὐρωπήιοι ἐόντες σύνοικοι ἔσαν Μακε-*

δόσι. *Μεταβάντες δὲ ἐς τὴν Ἀσίην, ἅμα τῇ χώρῃ καὶ τὸ οὔνομα μετέβαλον ἐς Φρύγας.* Strabo 7. c. 3. §. 2. Vol. 2. p. 72. ed. Tauchn., quo idem utitur, *καὶ αὐτοὶ δ' οἱ Φρύγες Βρύγες εἰσί.* Idem adnotavit, nomen *Brugum* rursus reperiri in Ennii Achille apud Cic. pro Roscio Amer. c. 32.

Quis ibi non verberatu'st ferro Brugio?

Ad eandem fabulam Osann. refert haec verba:

ut patefecerunt Bruges,

(*ut* enim habet pro *vi*). At E. Spangenb. hoc fragmentum posuit in Annal. 14, 8. p. 155.

nunc autem duas. Ern. intelligebat *φ* et *υ*, in mente habens nomen Phrygum. At L. Schneider Gr. lat. 1, 1. p. 39 sq. adn. de universis Latinarum literarum notis cogitans intelligit *ζ* et *υ*. At Quintil. 12, 10, 27. queritur, Latinis iucundissimas ex Graecis literas non esse, vocalem alteram, alteram consonantem, intelligens, ut iudicant interpretes eius, literas *υ* et *φ*. Conf. L. Schneid. l. c. p. 264. „Dubium multis remanebit, utrum Lagomarsinius l. c., qui *υ* et *ζ* intelligit, an Victorius V. L. 14, 3. et Schutzius, qui *φ* et *υ*, verum viderint. Omnibus tamen pensitatis in hoc quoque cum Lagomarsinio sentiendum censeo. Nunquam enim Latini vel *φ* ipsum receperunt, vel unam Latinam literam ad sonum literae *φ* significandum invenerunt. Quid? quod de *φ* interpretantes non cogitarunt, eodem iure etiam th Graecam literam potuisse dici, ac ph.“ Or. Meyerus facit cum Ernestio.

et cum Brugum et Brugibus etc. Hic locus ab Ern. 2. Or. 1. 2. Meyero ita exhibetur: *et cum Phrygum et cum Phrygibus dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus Graecam literam adhibere, aut recto casu solum Graece loqui; tamen et Phryges et Pyrrhum aurium causa dicimus.* Et sic fere est in ceteris quoque editionibus. Mihi, ut paucis absolvam, ita locus restituendus visus est: *et cum Brugum et Brugibus dicendum esset, absurdum erat aut barbaris casibus tantum Graecam literam adhibere, aut recto casu solum Graece loqui; tamen et Phryges et Pyrrhum aurium causa dicimus.* Hoc est, und da man sagen musste Brugum und Brugibus, so war es ungereimt, entweder in den lateinischen Casus (Phrygum und Phrygibus) nur einen griechischen Buchstaben (*υ*) und nicht zugleich die griechische Casusendung (Phrygon und Phryxi) anzunehmen, oder im Nominativ rein Griechisch (Phryges) zu sprechen. Sive: um consequent zu sein, musste man Phryges, Phrygon, Phryxi, oder Bruges, Brugum, Brugibus sagen. „Optime totum locum explanavit Lagomarsinius.“ Or., quem

doleo nihil ex Burchardii scriptione nobiscum communicasse, nisi ei placuisse *et quum Brugum et Brugibus* pro *et quum Phrygum et quum Phrygibus*. Meyerus nihil protulit, nisi locum corruptum esse.

barbaris casibus. Hi sunt Latini, qui apud Graecos non sunt. Etenim nominativus in *Phryges* et graecus et latinus est, genitivus et dativus non item: aliter enim eos casus finiunt Graeci, aliter Latini. Ern. *barbaris* i. e. qui non graeci sunt sed latini. Plaut. Trinum. Prol. 19. *Philemo scripsit: Plautus vortit barbare.* Mil. glor. 2, 2, 59. *poetam barbarum* appellat Naevium. Festus v. *barbari.* [p. 29. Lind.] Mey.

tamen et Phryges. Schutz. ante *tamen* inseruit *nunc*, quod hic non magis abesse posse affirmat, quam antea in verbis: *nunc autem — duas.* Respondent Beier et Burchardius, particulae *nunc* vim iam inesse in forma verbi *dicimus*.

Phryges et Pyrrhum. Hanc manifesto veram lectionem servant Eins., codices Meyeri, Mon. et Erl. At falsum acumen Schutzii *Phryges et Phrygum* praeceperat Vet. Or. etiam editio Omniboni apud Ernestium.

§. 161. *quod iam subrusticum videtur.* und dieses gerade, eben scheint etc. Cum adiectivis et adverbiis *iam* coniungitur, ut id, quod his verbis dicitur, distinctione lumen accipiat. Saepe id reddi potest verbis eben, gerade. Graeci eodem modo usurpant δή, velut πολλὰ δή Demosth. pr. Coron. 32. p. 262. Pindar. Ol. 6, 133. Tales sententiae etiam per *quidem*, *scilicet*, *nimirum* insigniuntur. Nec mutatur vis particulae, sive praecedit, sive post nomen ponitur. Hand. in Tursellin. Vol. 3. p. 128. 129. Mihi quidem *iam* hic nihil videtur, nisi contrarie poni voculae *olim*.

nisi vocalis insequebatur. Hanc legem addunt etiam Quintil. 9, 4, 38. et Mar. Victorin. p. 2472. ed. Putsch. v. Schneider. Gr. lat. 1, 1. p. 347.

Ita non erat — offensio. Schutzius: *Id non erat offensioni.* v. adn. c. 46, 155. *ea offensio.* Sic Eins. Vit. Mon. Erl. Edd. vett. Lamb. Mey. Or. 2. Omittunt *ea* Dr. Grut. Ern.

Ita enim loquebamur. Schutzio, Nobbio et Beiero placebat Heusingeri coniectura *loquebantur*. Vulgatam *loquebamur* defendit Burchardi sic: „Quamvis videam, quid discrepet, malo tamen referre hoc ad ea, quae annotavit Bentleius ad Tusce. 1, 2., quam rescribere *loquebantur*. Prima persona ridiculi aliquid hic continet satis rei aptum.“ Notabilis est lectio Erl. *Sic enim loquebamur*. Or. v. L. Schneider. Gr. lat. 1, 1. p. 347.

Qui est omnibu' princeps. E. Spangenb. collocavit in Annalibus Ennii 6, 6. p. 78., ubi „Ennii, ait, volunt esse hemistichium alii, Lucilii alii, ut Schirach.“

vita illa dignu'. Est Lucilii hemistichium. Integer versus affertur in Tuscc. Disp. 2, 17, 41. Schutz. At E. Spangenb. posuit in Ennii Annal. 7, 61. hac cum adnotatione: „Citat ex Ennio Victorinus de metrorum ratione. Imitatur Lucil. Satir. 3. apud Nonium.“ Mar. Victorin. de ratione metr. p. 1963. *Sic Ennius:*

— vita illa dignus locoque,

quasi dixerit:

— vita illa dignu locoque.

Quintil. 9, 4, 37. *Ceterum consonantes quoque, earumque praecipue, quae sunt asperiores, in commissura verborum rixantur, et S ultima cum X proxima, quarum tristior etiam, si binae collidantur, stridor est, ut Ars studiorum. Quae fuit causa et Servio (ut dixi) subtrahendae S literae, quoties ultima esset, aliaque consonante susciperetur. Nam neque Lucilium putant uti eadem ultima, cum dicit*

— serenus fuit

et

— dignus locoque,

et Cicero in Oratore plures antiquorum tradit sic locutos. De elisa per antiquiores Latinos litera *s* v. Quintil. ibidem §. 38. G. Herm. Elem. doctr. metr. p. 61 sq. L. Schneider Gr. lat. 1, 1. p. 346. et Freund in censura Pottii (apud Iahnium N. Ibb. f. Philol. u. Pädag. 1835. fasc. 1.) p. 25 sq. Haec elisio frequens apud Ennium, frequentior apud Lucilium, rara apud Lucretium est, et in Arateis usque M. Tullii reperitur.

tam est artifex. Mire hoc loco Goerenzius de Finn. 1, 1, 1. suppleri iubet *quam docui.* Simplicius utroque loco et, quem praeterea affert, ad Attic. 13, 25. interpretabere *tanto opere.* Or. Ut *tam* Goerenz. hoc loco volebat elliptice positum esse, *quam* intellecta, ita interpretes ad Tacit. Annal. 3, 8. observant, *tam* nonnunquam omitti ante *quam.*'

§. 162. *si hac de re una disputarem* i. e. si hac de re data opera (ausschliesslich) disputarem.

§. 163. *Duae sunt igitur res.* Distinguit quidem Cicero sonum a numero, at praecipit modo de verborum bene sonantium et recte finiendorum ratione, quae vix rite a numero separari posse videtur. Spectat igitur sonum ab arte magis, quam a linguae natura pendentem. Sed plura veteres hac in parte peccant. Goerenz. Excurs. 2. ad Cic. de Legg. p. 294. adn. Sonum,

quem Goerenzius intelligit, nusquam auctor tangit, nisi forte semel c. 54, 182., ubi est: *compositio — tota servit gravitati vocum, aut suavitati*, ubi *gravitatem* intelligi licet sonum Goerenzii, quem alii Nigidii [54]) grammatici apud A. Gellium N. A. 13, 25. vocabulo *voculationem* dici volebant. Quanquam voculatio non gravitatem verborum, sed syllabarum accentum significat, ut patet ex A. Gellii N. A. 13, 6. Ad sonum Goerenzii spectat quoque *ordo*, quem Cicero memorat Orat. c. 65, 219. vid. adn. ad c. 54, 182. et Prolegomena de doctr. numeri c. 3. §. 2. quaest. 5. Adde de opt. gen. oratt. 2, 5. Quintiliani denique ad eundem sonum pertinent haec verba 9, 4, 27. *Felicissimus tamen sermo est, cui et rectus ordo et apta iunctura, et cum his numerus opportune cadens contigit.* — §. 29. *Saepe tamen est vehemens aliquis sensus in verbo: quod si in media parte sententiae latet, transire intentionem et obscurari circumiacentibus solet; in clausula positum assignatur auditori et insignitur: quale illud est Ciceronis: Ut tibi necesse esset in conspectu populi Romani vomere postridie. Transfer hoc ultimum, minus valebit.*

sed ea non ut poetae. Refertur ad *legenda sunt*, unde intelligendum *legunt*. Ern. *poetae:* i. e. a poeta. Ern. subaudiebat *legunt*. Bei.

Qua ponto ab Helles. Senec. epist. 80, 7. *Ille qui in scena elatus incedit et haec resupinus:*

Impero Argis, regna mihi liquit Pelops,
Qua ponto ab Helles atque ab Ionio mari
Urgetur Isthmos.

Versus causa scribendum *Imperito Argis*. Puto ex his Ciceronem emendandum in Oratore ad Brutum:

Quae pontus Helles

superat modum, legendumque:

Qua ponto ab Helles,

siquidem ad hunc versum respexit. Lips. Epistolicar. Quaestt. 5, 6. Lipsium secuti sunt Grut. Ern. et sqq. „Quodsi e Nonio, ait Ern., recepta lectio est, quidni multo magis Seneca auctor idoneus sit? Et *pontus* nullo modo rectum esse potest, quia ita non superaret modum, ut Cicero iudicat.“ At primum illorum versuum non recte tractavit Lipsius. Is pridem melius legitur apud Senecam et Quintil. 9, 4, 140. in hunc modum:

---

54) De Nigidio v. interpp. ad Cic. Epistt. Famil. 4, 13. Vol. 4. p. 395 sq. 397. ed. Sch. Fragmenta eius collegit Rutgersius V. L. 3, 16.

En impero Argis, sceptra mihi liquit Pelops
ex coniectura facillima Turnebi. Vid. Spalding. in notis crit. Vol. 3. p. 640. Versus sunt ex Attii tragoedia Atreo.

superat modum. Quiane nimis dura tmesis inest? est enim pro *ab Hellesponto.* Sed nunc non agit de his. Rectius, ut videtur, sentit Ern., qui auctoris sententiam putat esse, nimis sonans esse hoc, quod nulla quidem vocalis obscura insit, quod secus in altero *Auratos* etc. esse ait, ubi duas inesse *i* et *u.* „At in vulgata, addit, lectione: *pontus* est talis vocalis, quod secus est in ea, quam recepimus."

auratus aries Colchorum. Hanc olim receptam lectionem Grut. Ern. Schutz. mutarunt in *auratos*, ut excuderent initium hexametri. Sed videntur ista pro iambicis habenda. Eins. corrupte (ut fere Vit. a pr. man. Dr. edd. vett.) *at thauricos locorum.* Sed hoc correctum iam in Vit. a sec. man. (Med.?) Asc. 1 sqq. ante Gruterum. *Aut alles bolcorum* Erl. Or.

splendidis nominibus. Hoc est, suaviter et plene sonantibus, mit angenehm und voll tönenden Wörtern, vocalibus et consonantibus apte mixtis et temperatis. Eodem sensu c. 31, 110. dicitur *splendor verborum*, et hic paulo inferius §. 164. *splendore* (verborum) *Graecorum*, ubi Ern. haec adnotavit: „i. e. frequentia verborum, in quibus merae vocales clarius sonantes, qua delectantur Graeci, inprimis poetae." Easdem c. 44, 149. dicit *suavissimas voces.* Graecis eadem dicuntur *καλὰ ὀνόματα.* Demetr. de Elocut. §. 173. *καλὰ ὀνόματα· ὡρίσατο δ' αὐτὰ Θεόφραστος οὕτως· „κάλλος ὀνόματός ἐστι τὸ πρὸς τὴν ἀκοὴν ἢ πρὸς τὴν ὄψιν ἡδὺ ἢ τὸ τῇ διανοίᾳ ἔντιμον."* Et exempla addit §. 175. 176. Praeierat Theophrasto Aristoteles.

insuavissima litera [*finitus*]. Gesner. in Thesauro I. p. 1. lin. 46 sqq. ante haec vocabula ponit comma et de *t* litera accipit. Ultimam vocem (ut volebat iam Lambinus) Schutzius expunxit. Coniicit tamen *insuavissimae literae sonitu.* Malim *tinnitu.* Hunc facit *r.* Bei. *finitus* Erl. *finis* Eins. Vit. Mon. *finitur* Ald. 2. Strebaeo placebat *infinitus*, nescio quo sensu. Guilielmus coniecerat *insignitus.* Suspicabar equidem: *insuavissimo literae a hiatu.* Etenim hiatum unius eiusdemque et huius quidem literae duplici nomine insuavem esse putaveram, quod hiatus per eandem literam in extremo altero, et in primo insequenti vocabulo ingratissimus, et quod litera *a* ex iis literis sit, quae magis cavo et patulo ore efferuntur, quo concursus vocalium magis etiam hiulcam orationem reddit. Quintil. 9, 4, 33. *Tum vocalium concursus: qui cum accidit, hiat et intersistit et quasi laborat oratio. Pessime longae, quae easdem inter se literas committunt, sonabunt. Praecipuus tamen erit hiatus*

earum, quae cavo aut patulo ore efferuntur. At brevi huius coniecturae poenituit, quia Cicero voce *hiatus* non utitur, nisi semel c. 23, 77., ubi quum *tanquam hiatus* dixerit, non *hiatus* simpliciter, apparet, vocem non in communi usu positam nec futurum fuisse, ut hic sine illa molliente vocula ab eo poneretur. Idem dicas contra coniecturam Beieri *tinnitu.* Sic enim Quintil. 12, 10, 31. *ny iucundam* (literam) *et in fine praecipue quasi tinnientem.* Atque *hians*, quod alicui in mentem veniat, verbo *finitus, finis* etc. parum simile est ductu literarum. Denique ipse versus tam incertae interpretationis et scripturae est, ut decerni nequeat, utrum nimias tantum vocales, an etiam hiatus habuerit, an tinnitus literae caninae auctori displicuerit. Hoc postremum probabilius.

Frugifera — ..asias. Asia Eins. Vit. Mon. Ven. 1. Med. Asc. 1. *Asiae* Erl. Lamb. Ern. *Asias* marg. Ven. Ernestii, Ven. 2. Gryph. 1. 2. Mey. Puto ab auctore scriptum fuisse *Phasias.*

ferta. Hoc vulgo accipiunt pro *fertilia.* Versum sic restituere volebat Osann. Analectt. p. 111.

Frugiferaï et fertaï arva Asiae tenet.

Quod displicet, quia secunda in *frugiferai* brevis est, et propter illa quae disputavit Naeke in Prooem. indic. praelectt. Bonnens. a. 1830. hibern., ubi docet terminationem *aï* non magis videri elisam esse, quam Graecam in *οιο.* Mihi sub *et ferta* latere videtur *effera*, et totus locus fortasse ita exhibendus: *sed proximus inquinatus insuavissima litera:*

— frugifera effera arva Phasias tenet.

Phasias est Medea.

§. 164. *qua tempestate.* Plenior hic versus effertur in de Orat. 3, 58, 219.

Quá tempestaté Paris Helenum innúptis iunxit núptiis.

Quem versum Bothe Poett. scen. p. 280. ita legit:

Quá Paris tempéstate Helenam innúptis iunxit núptiis.

perterricrepam. zum Erschrecken schallend. Lucret. de N. R. 6, 128. hac voce utitur de tonitru. Planck. ad Ennii Med. p. 124. verba quae hic sequuntur putat Ennii fuisse, eandemque vocem Forbiger ad Lucret. l. c. adnotavit Palmerium Varroni apud Nonium 4, 63. pro vulgari *propter crepas* restituendam censuisse.

itemque. vulgo *idemque,* pro quo iam Ern. alterum restituerat; referri enim ad poetam, qui dixerit idem, quod praecesserit et quod sequatur, id quidem sibi placere negat.

versutiloquas malitias. Hic versus plenus sic in de Orat. 3, 38, 154. ex edit. Schutzii legitur:

Num vis me huius versutiloquas malitias.

Ante Schutzium sic:

Num non vis huius me versutiloquas malitias.

C. Beier. in praef. ad Cic. oratt. fragmm. p. XVI. Aiacis de Ulixe esse monens sic emendatum exhibet:

Anne non novisti huiusce versutiloquas malitias?

Cap. XLIX.

iudicium — alterum. Transit iam ad alterum eorum, quae supra c. 44, 149. posuit; quare dicit: *quoniam id iudicium esse alterum* etc. i. e. die zweite Geschmackssache des Ohres.

et quasi sua sponte, aut. Schutzius edidit *aut quasi sua sponte, et.* At scriptor dicere debet, tum compositione ipsa, tum concinnitate, quae per quasdam figuras verborum fit, sponte sua et necessario numerum consequi, non solo genere verborum sive illa ipsa concinnitate. Ne dicam, rectius inter se ex adverso poni ipsa nomina partium numeri i. e. *compositionem* et *genus verborum*, quam ex altera parte rem secundariam (*quasi sua sponte*), ex altera nomen partis numeri (*compositionem*). Sua sponte autem etiam compositione numerum consequi, partim vel vocabulum *ipsa* in verbis *compositione ipsa* indicat, partim nunc aliis locis auctoris demonstrabo. Ut c. 65, 219. *Et quia non numero solum numerosa oratio, sed et compositione fit et genere, quod ante dictum est, concinnitatis: compositione potest intelligi, quum ita structa verba sunt, ut numerus non quaesitus, sed ipse secutus esse videatur, ut apud Crassum: Nam ubi lubido dominatur, innocentiae leve praesidium est. Ordo enim verborum efficit numerum sine ulla aperta oratoris industria.* Nam iisdem verbis capite hoc ipso §. 166. de antithetis sive genere concinnitatis utitur. Atqui concinnitate c. 52, 175, dicit orationem *sua sponte* numerosam fieri. Unde efficitur, etiam compositione recte dici numerosam fieri orationem *sua sponte*, nec quidquam in vulgata praesentis loci movendum esse.

quodam genere verborum. Eadem formula eadem de re i. e. de concinnitate usus est infra c. 54, 181. 182. *Verba* autem in ea intelligenda sunt non singula, sed membra orationis (Satzglieder). De Orat. 3, 51, 198. *Itaque illi veteres, sicut hodie etiam nonnullos videmus, quum circuitum et quasi orbem verborum conficere non possent (nam id quidem nuper vel posse vel audere coepimus), terna aut bina aut nonnulli singula etiam verba dicebant: qui in illa infantia naturale illud, quod aures*

hominum flagitabant, tenebant tamen, ut et illa essent paria, quae dicerent, et aequalibus interspirationibus uterentur, i. e. spiritu membra exaequando ἰσόκωλα, ἀντίθετα etc. facerent. Nam *interspirationes* sunt ἀναπαύσεις, quibus praegressum membrum, vel natura ipsa iubente, vel arte, ab insequenti separatur. Conf. de Orat. 3, 44, 173. Quis vero est, qui in verbis modo adscriptis illa *terna vel bina vel singula verba* aliter intelligat, quam vel membra vel incisa? De quo si quis dubitet, reputet, infra c. 67, 226. *verba* item non aliter intelligi posse, quam membra orationis: *Nec ullum genus est dicendi aut melius aut fortius, quam binis aut ternis ferire verbis, nonnunquam singulis, paulo alias pluribus*, ubi vis verbi adeo extat, ut essent, qui *membris* emendare vellent, sed illi immemores loci, qui est in libro tertio de Oratore. *Genus* autem in eadem formula: *genus verborum* non est genus quodlibet, sed verba i. e. membra significat collocata *quodam modo* i. e. modo non quolibet, sed qui effectum oratorium habeat. Non aliter atque σχήματα modo figuras quaslibet hominum, animalium, plantarum etc., modo *quasi aliquos gestus orationis* (ausdrucksvolle Stellungen, Attituden) significant, ut est supra c. 25, 83. Et *quodam modo* vidimus supra c. 16, 51. vim habere modi oratorii, qui audientes moveat, non modi cuiuslibet. Dicit autem hic scriptor et *genus verborum* et eodem sensu *verborum modus*, velut Partitt. orat. c. 21, 72. *in ipsa constructione verborum, ut paria paribus, et similia similibus saepe referantur: ut contraria; ut geminata, ut circumscripta numerose, non ad similitudinem versuum, sed ad explendum aurium sensum, apto quodam quasi verborum modo.* Ex his omnibus patet, *genus* sive *modum verborum* recte converti posse: eine gewisse Gruppirung der Satzglieder.

Sive [*contrariis*] *opponuntur contraria.* Excidit, puto, vocabulum *contrariis*, ita ut legendum sit: *sive contrariis opponuntur contraria.* Ut c. 50, 166. *contrariis cum opponuntur contraria.* c. 52, 175. *contrariis relata contraria.* c. 65, 220. *aut contrarium contrario opponitur.* Lamb. marg. 1584. *opponuntur contrariis contraria.* Mey. Recte, opinor. Nam aliter habet locus c. 12, 38.

§. 165. *In — consectatione.* Hoc est, in dem gesuchten, sich bewussten Streben nach Ebenmass. „Quia consectatio concinnitatis est in vitio, non satis ei aptum *principis* verbum videtur. Sed *consectatione* fortasse vitiosum videatur, legendumque cum Lambino *confectione*, quod ille se in ms. reperisse dicit, (nos in Vit.) et hoc dare fortasse voluisse edd. Ven. Med., quae habent *consectione*. Sed id potest etiam e compendio natum esse, aut vitio operarum pro *consecutione*, quod habet ed. Lips., nec

differt a confectione; vel consectatio lenius dici atque in bonam partem, ut verbum *consectari* ipsum, vel *principem* dici de auctore, quod optimum videtur. Vid. cap. 52, 175." Ern. *Consectatione* est ex iis lectionibus, in quibus veritatem servarunt codd. interpolati, h. l. Erl. Contra *confectione* Vit. et cod. unus Lambini, quod tamen Lamb. ipse nusquam commendavit, etsi id narrant Ern. et Sch. *consectione* Eins. Dr. Mon. *consecutione* Ven. 2. Tul. Or.

in Miloniana. c. 4, 10. Conf. Quintil. 9, 3, 83. — Matthiae Theorie des lat. Stils p. 42. hoc ipso loco Milonianae exemplo antitheti usus est, non id quidem ex sententia auctoris ipsius, qui manifesto in proximis haec verba Milonianae inter isocola haberi vult, disiungens ab antitheto, quum scribit: *quod fit item in contrariis referendis,* et addit exemplum veri antitheti: *ut illa sunt, quibus non modo* etc. Etenim illa Milonianae verba recte et inter antitheta habeas, et non habeas. Sunt enim ipsorum contrariorum genera, ut docet auctor Topic. c. 11, 47., varia: *Contrariorum — genera sunt plura: unum eorum, quae in eodem genere plurimum differunt, ut sapientia et stultitia. Eodem autem genere dicuntur, quibus propositis occurrunt, tanquam e regione, quaedam contraria, ut celeritati tarditas, non debilitas. Ex quibus contrariis argumenta talia existunt: Si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur: et bonitatem, si malitiam. Haec, quae ex eodem genere contraria sunt, appellantur adversa. Sunt enim alia contraria, quae* p r i v a n t i a *licet appellemus latine, Graeci appellant* στερητικά; *praepositio enim IN privat verbum ea vi, quam haberet, si IN praepositum non fuisset, ut dignitas, indignitas, humanitas, inhumanitas, et cetera generis eiusdem: quorum tractatio est eadem, quae superiorum, quae adversa dixi. Nam alia quoque sunt contrariorum genera, velut ea, quae cum aliquo conferuntur: ut duplum, simplum: multa, pauca: longum, breve: maius, minus. Sunt etiam illa valde contraria, quae appellantur* n e g a n t i a. *Ea* ἀποφατικὰ *Graeci, contraria aientibus: ut, si hoc est, illud non est. Quid enim opus exemplo est? tantum intelligatur, argumento quaerendo contrariis omnibus contraria non convenire.* Colligas ex his, a Cicerone, ut antitheton fiat, *adversa* quae dicit requiri, non aut *privantia* aut *negantia*, qualia sunt in illo loco Milonianae. Verba enim ibi contrarie ponuntur magis grammatica ratione, neque ex eodem genere contraria sunt.

Haec enim talia sunt. H. e. denn diese Worte sind so beschaffen, dass durch ihre blosse, dem Sinn gemässe, nothwendige Beziehung auf einander der Wohlklang nicht als gesucht, sondern als von selbst erfolgt erkannt wird. Id est, quasi dicas: die

Worte sind nicht wegen des Wohlklanges da, sondern der Wohlklang ist wegen des Sinnes der sich auf einander beziehenden Wörter da. Huc pertinet locus Quintiliani 9, 3, 81. de variis generibus contrapositorum: *Contrapositum autem, vel, ut quidam vocant, contentio* (ἀντίθεσις dicitur) *non uno fit modo. Nam et, si singula singulis opponuntur: ut in eo, quod modo dixi: Vicit pudorem libido, timorem audacia; et bina binis: Non nostri ingenii, vestri auxilii est; et sententiae sententiis: Dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis. Cui commodissime subiungitur et ea species, quam distinctionem diximus: Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit; et quae sunt, simili casu, dissimili sententia, in ultimo locata: ut, Quod in tempore mali fuit, nihil obsit, quin, quod in causa boni fuit, prosit. Nec semper contrapositum subiungitur, ut in hoc: Est igitur, iudices, non scripta, sed nata lex: verum, sicut Cicero dicit, de singulis rebus propositis refertur ad singula: ut in eo, quod sequitur: Quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus.* Hoc est, nicht immer folgen die Gegensätze in Einem Satze, wie in diesen Worten: *Est igitur — nata lex*, sondern es werden einzelne Wörter vorausgeschickt in einem Gliede des Satzes, und im andern Gliede bezieht sich Wort für Wort auf die einzelnen Wörter des vorhergehenden Satzes, wie hier *arripuimus* auf *didicimus* u. s. w. Haec eadem Cic. de Orat. 3, 54, 207. ita dixit: *et quod de singulis rebus propositis ductum refertur ad singula*, und was hergenommen von den einzelnen Wörtern, die vorausgehen, sich Wort für Wort auf das Vorausgeschickte bezieht. Porro Quintil. l. c. §. 84. et ipse animadvertit, *non semper quod adversum est, contraponi*, quod est illud ipsum, quod de exemplo Milonianae dixi, et comprobatur exemplo ibi posito: quale est etiam apud Rutilium Lupum p. 129. Demetrii Phalerei: *Nobis primum dii immortales fruges dederunt: nos, quod soli accepimus, per omnes terras distribuimus. Nobis maiores nostri rempublicam reliquerunt: nos etiam socios nostros de servitute eripuimus. Itaque et amplissimus nobis honos ab omnibus habetur, et propter huius honoris dignitatem superbiae nostrae nemo vestigium experitur.*

ad ea, quae. Praetuli optimi codicis Eins. Asc. 2. Iunt. 2. Lamb. Grut. Ern. lectionem *ad ea, ad quae.* Meyerus vero cum Vit. Dr. Mon. Erl. Edd. vett. Asc. 1. *ad ea, quae* ut constructio sit: *quia quae debent referri, referuntur ad ea:* quae tamen videtur minus recta. Peius etiam Erl. *referuntur ea, quae.* On. *ad ea, quae* hic idem est atque *ad ea, ad quae.* v. Schaef. ad

Dionys. Hal. de C. V. p. 325. ad Sophocl. Vol. 2. p. 318. Matth. Gr. Gr. §. 595. extr. Cludius ad Vellei. Paterc. 2, 115. p. 187.

§. 166. *versus efficitur.* Iambicus dimeter scazon.

Eam, quam nihil accusas etc. Haec verba cum proxime sequentibus leguntur etiam in Topicis c. 13, 55. Quod autem ibi praeter haec antitheti et enthymematis exemplum ponitur

Hunc metuere, alterum in metu non ponere,

id paululum immutatum reperitur in Epistt. ad Attic. 12, 51, 4. Vol. 5. p. 185. ed. Schutz.

meritam esse. Schutz. delevit *esse*, quia invito metro legatur. In Topicis nihil mutavit.

autumas. In Dr. Eins. ed. Ven. 1. additur: *pro autimas.* Voluit dare *aestimas*, quae est glossa. Ern. *Autumare* longe aliud est, quam *aestimare.* v. A. Gell. N. A. 15, 3. Ruhnk. ad Vellej. Paterc. 1, 6. Illam glossam Ven. 2. et Tul. sic habent: *esse autimas pro autumas: dicis.*

Id, quod scis. Schutz. delevit *id*; in Topicis nihil mutavit. Eins. *Id quod scis prodest, nihil id quod nescis obest.* Mon. *obest multum*, omissis iis, quae sequuntur usque ad *semper haec.*

ipsa relatio contrariorum. Ed. Ven. *illa ratio contrariorum.* *Ratio* quidem dici hic posset, sed *relatio* magis proprie e formula *contraria referuntur contrariis.* Ern. Stabiliunt vulgatam etiam Quintil. et Cicer. de Orat. locis §. 165. extr. allatis.

et eum. i. e. et quidem, adeoque. Bei. Ed. Ven. 1. Gu. 3. Erl. Lamb. Sch. 2. *etiam*, non male, etiam Ernestio iudice. Eins. *et eum*, quod servant Meyerus, Or. 2.

§. 167. *in quarta Accusationis.* Verrin. 4, 52, 115.

sint cogniti. Schutz. edidit *sunt cogniti.* „At enim, ait, Cicero dicit, quid ipse exposuerit, non quid ab oratoribus cognoscendum sit. Alia ratione infra c. 56, 190. dicitur *sit igitur hoc cognitum.* Ceterum in edd. Camerar. Gothofr. legitur: *ergo et hi numeri sunt cogniti etiam a Latinis*, in quo postrema verba glossatori debentur.“ Sententia auctoris haec esse videtur, ne hoc quidem genus numeri spernendum esse. Nec oportet auctorem ita loqui, quasi per se primum innotuerint. *sint.* Eins. Vit. *sunt* Mon. Dr. Erl. *et genus* Eins. Vit. Erl. Oxon. Mon. Dr. *sint cogniti etiam a Latinis. Genus* Crat. Ven. 1. 2. *sunt cogniti etiam a Latinis et genus* Dr. Erl. *sunt cogniti etiam a Latinis. Genus.* Edd. vett. ante Lambin. *sint cogniti. Genus.* Grut. Erl. *sunt cogniti. Genus* praeter Schutzium etiam Beierus.

CAP. L.

§. 168. *conciones saepe.* Haec verba apud A. Gellium N. A. 18, 7. ita leguntur: *Conciones saepe exclamare vidi, quum apte verba cecidissent, etenim exspectant aures, ut verbis colligetur sententia.* Singularis hic est apud Iunt. quoque, Crat. Gryph. 1. 2. Lamb. Aldd. Conf. §. 170. *ut sit apte verbis comprehensa sententia.*

vidi. Pro *audivi*, de qua permutatione loquuntur interpp. ad Horat. Carm. 2, 1, 21. ad Sophocl. Ai. 772.

colligentur. dass die Sätze durch ihre Glieder (membris) zu einem Ganzen verbunden werden.

apud antiquos. Antiquos, ubi de numero orationis agitur, inter Graecos intellige omnes, qui ante Isocratem erant; apud Romanos, qui ante Ciceronem, velut Cato, Gracchi, L. Crassus, M. Antonius etc. Conf. Spalding. ad Quintil. 4, 2, 118. Vol. 2. p. 126.

et quidem nihil aliud. Diverbiorum more ea, quae contra adversarium dici possunt, quaeque ad eum refellendum valent, hic respondentur. In eiusmodi responsionibus a Cicerone adhiberi formulam *et quidem* docuit A. Matthiae in Prolusione de locis nonnullis libri primi Cic. de Fin. B. et M. in Misce. Philol. 2, 1. p. 102. Conf. Goerenz. ad Cic. Acad. 2. p. 100*. Converte: und allerdings war alles Andere schon bei ihnen.

vinciebant — explebant i. e. sie wandten zu wenig Periodenbau an. Sic etiam c. 12, 40. *explere sententias.*

§. 169. *Quid? si antiquissima.* Ante Schutzium non post *Quid* signum rogandi ponebant. At omnino hoc tenendum, *quid*, si exemplum addentis est, pro *Quid censes* poni, quippe quod verbum etiam, alio in contextu, addi soleat; vid. locos apud Heusingeros 3. Offic. 26, 98. Goerenz. ad Cic. Acad. 2. p. 157*.

paucorum colorum. Bei dem Vorwalten der Zeichnung herrscht im Alterthum lange Zeit eine grosse Bescheidenheit im Farbengebrauch, und gerade in um so höherm Maasse, je schärfer und genauer die Zeichnung war. Selbst die ein blühendes Colorit liebende Ionische Schule (§. 137. 141, 1.) hielt bis auf Apelles herab die sogenannten *vier* Farben fest, das heisst, vier Haupt-Farbenmateriale, welche aber sowohl selbst natürliche Varietäten hatten, als auch durch Mischung solche hervorbrachten; indem ein reiner Auftrag weniger Farben nur der unvollkommenen Mahlerei der Bauwerke Aegyptens (§. 231.), der Etruskischen Hypogeen (§. 177, 4.) und der Griechischen Thongeschirre angehört. Neben diesen Hauptfarben, welche einem späteren Zeit-

alter als streng und herb erschienen (colores austeri), kamen allmählig immer mehr glänzende und theuere Farbenmateriale (colores floridi) auf. C. O. Mueller. Archaeol. §. 319. et adn. 23. p. 429 sq. 431. Cic. Brut. 18, 70. *Sed maiore honore in omnibus artibus, quam in hac una dicendi, versatur antiquitas. Quis enim eorum, qui haec minora animadvertunt, non intelligit, Canachi signa rigidiora esse, quam ut imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, sed tamen molliora, quam Canachi: nondum Myronis satis ad veritatem adducta; iam tamen, quae non dubites pulcra dicere: pulchriora etiam Polycleti, et iam plane perfecta, ut mihi quidem videri solent. Similis in pictura ratio est: in qua Zeuxin, et Polygnotum, et Timanthem, et eorum, qui non sunt usi plus quam quatuor coloribus, formas et lineamenta laudamus: at in Echione, Nicomacho, Protogene, Apelle, iam perfecta sunt omnia.* 87, 298. *Volvendi enim sunt libri quum aliorum, tum inprimis Catonis. Intelliges, nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quae inventa nondum erant, florem et colorem defuisse.* Cum pictura igitur antiquissima rudem artem oratoriam comparat, quippe etiam alibi oratoribus, concinnitatis studiosis, *pictum* aliquid tribuens, ut vidimus in adn. ad c. 12, 39. Utrumque, illud nimium in figuris concinnitatis, et illud quatuor tantum coloribus pictum varietate carebat: hoc utraque ars rudior simile habent, et hinc comparatio. De colorum austerorum et floridorum divisione adi Plin. H. N. 35, 12. p. 8. Tauchn. Etiam Apelles quatuor coloribus pingebat, fortasse in antiquioribus operibus. Sic certe Plinius 35, 32. p. 13. *Quatuor coloribus solis immortalia illa opera fecere: ex albis Melino, ex silaceis Attico, ex rubris Sinopide Pontica, ex nigris atramento Apelles, Echion, Melanthius, Nicomachus, clarissimi pictores, cum tabulae eorum singulae oppidorum venirent opibus.* 35, 36, 15. p. 23. *Legentes meminerint, omnia ea* (Venerem Coam, Alexandrum M. et alia opera Apellis) *quatuor coloribus facta.* Et haec tamen erant maturae eius artis. Tribuuntur quidem Apelli floridi colores 35, 36, 18. fin. p. 24., at ibi non intelliguntur floridi, qui ex adverso dicuntur austeris, sed austeri optimis illati, quibus propterea illito atramento tenui austeritatem occulte daret. Sed viderint haec harum rerum peritiores.

§. 170. *numerus — graece.* Ern. delevit *latine*, quod legebatur post *numerus*, ut ineptum. Similiter sine hoc vocabulo totum hoc est supra c. 20, 67.

claudere. Hoc loco idem, quod *claudicare*, quod ipsum nonnulli hic edidere. Schutz. „v. Priscian. p. 889. Gronov. ad A. Gell. N. A. 1, 7. Fronton. Epist. p. 122. ed. Nieb.“ Mey.

Claudere pro *claudicare* tanquam e Mss. correxit Grut. „At sic edd. ante Aldum, qui *claudicare* temere, ut alia, induxit, morigeris nimis editoribus posterioribus. Nec tamen hic paruit editor Lips. nec Fr. Gryphius.“ Ern. conf. Brut. 59, 214. Or.

insistere. im Verlaufe des Sinnes einhalten, quod fit, quum verbis disiunguntur, quae cogitatione iunctim una sententia comprehendenda sunt.

natura. i. e. necessitate, quia aliter fieri non poterat.

§. 171. *iam anni sunt — quum.* Nescio cur Hand. in Tursellin. Vol. 3. p. 118. dicat, *iam — quum* hic esse, schon — als, cum aperte sit schon — seit. Apud Rufinum de metris Comic. p. 2717. ed. Putsch. legitur, *anni quadringenti sunt prope.*

Versibu', quos olim. Apud E. Spangenb. Annal. 7, 2. p. 89. Versus Ennius intelligit Saturnios, de quibus vid. G. Herm. doctr. metr. p. 606. 611. nr. 4., ubi schema huius generis versuum tradit. Adde Rosenheyn in dissert. de metris Horatian. (in N. Archiv f. Philol. u. Paedag. 1, 3. 1832.) p. 368. adn. 2.

Fauni. Intelligit, antiquitus oracula, velut Fauni, dei et regis Aboriginum, Albuneae apud Tibur rudibus his et inconditis versibus edita esse. v. Heyne Exc. 5. ad Virgil. Aen. libr. 7. Vol. 3. p. 156.

vatesque. ut Marcius vates, Livius Andronicus, Naevius, poetae. vid. Spangenb. ad h. l. Columna fragmm. Ennii p. 47., qui addit *vetera vaticinia Romana* intelligenda esse, quippe illa ipsa Marcii, de quibus v. Herm. doctr. metr. p. 614. 638. Maternus apud auctorem Dialogi de Oratt. c. 12. de poesi universa: *Haec eloquentiae primordia, haec penetralia: hoc* (poeseos) *primum habitu cultuque commoda* (eloquentia) *mortalibus in illa casta et nullis contacta vitiis pectora influxit: sic oracula loquebantur.*

mihi — non licebit? Sic ista per interrogationem accipienda; alias sensus nullus est. Ern.

quum dicturus non sim. sc. primum odium habiturum erat, alterum invidiam. Id.

Ante hunc. Verba sunt Ennii. *Hunc* autem Spangenb. perperam accepit Naevium, scriptorem belli Punici primi. In eodem errore, quem alii pridem correxerunt, versatur Stieve de ludis scenicis priscorum Romanorum (Recklinghusae 1834. 4.) p. 22 sq. Imo *ante hunc* idem est, quod *ante me*, ut lucide apparet ex Cic. Brut. c. 18, 71. *Ante hunc ait ipse* (Ennius) *de se: nec mentitur in gloriando.* Adde ibidem c. 19, 76. Sic rursus apud

eundem Ennium *hic* est pro *ego* in fragmento apud Cic. Tusc. Disp. 1, 15, 34., ubi Ennius de se:

Hic vostrum panxit maxima facta patrum.

Etenim Ennius primus versus heroos hexametros conscribere ausus, ut docet inter alios Osann. Analectt. crit. c. 2. p. 29. et Santen. ad Terentian. Maur. p. 231. Afferuntur quidem tanquam Naevii quatuor locis hexametri, a Charisio Institutt. Gramm. 1. p. 118. Putsch., a Prisciano 10. p. 881., a Chalcidio in Timaeum Platonis c. 5. §. 71. p. 159. ed. Meurs., ab Appuleio Grammatico de orthogr. libr. 1. ed. Fr. Osann. Darmst. 1827. sive apud Coelium Rhodiginum ad Virg. Aen. 10, 1. ed. Fabr. At Ennium inter Latinos principem usurpandi hexametri fuisse, claris verbis dicit Isidor. Origg. 1, 37. coll. Cic. de legg. 2, 27, 68. Osann. Analectt. p. 31. E. Spangenb. ad Ennii Annal. p. 90. Herm. elem. doctr. metr. p. 332 sq. „At quid vetat nos statuere, Naevium extremo vitae tempore hexametros componere coepisse, quum Ennius iam antea longos versus scripsisset? Velut Sophocles primus tertiam personam in scenam produxisse dicitur (Aristot. Poet. c. 4.); quamquam etiam apud Aeschylum tertia persona loquitur.“ Wuellner de Laevio poeta (Monaster. 1830. 4.) p. 10., qui addit, de inventoribus homines solere minus accurate loqui, velut Klopstockium quoque perhiberi principem inter Germanos hexametros panxisse; posse aliquem de auctoritate Isidori dubitare, quippe qui et alibi falsa referre repertus sit. Osannum reprehendit, quod p. 30 sq. Ennium ipsum dicat apud Ciceronem Brut. c. 18, 71., quod princeps inter Latinos hexametri componendi fuerit, gloriari: potuisse enim Naevium bellum Punicum primum versibus Saturniis, hexametris aliud carmen scripsisse. Postremo tamen ipse dubitat, num hexametri illi Naevio tributi vere illius, an alius poetae fuerint. Ac profecto Hermannus, qui doctr. metr. p. 332. 606. et ipse statuit, Ennium apud Romanos primum hexametro usum esse, p. 333. duos certe illorum versuum, illum, quem Charisius et quem Priscianus tanquam Naevii afferunt, huic adimit, quod Cypria Ilias, unde afferuntur, Laevii poetae, non Naevii fuerit. Denique Osannus p. 37 sq. etiam tertio loco, qui est apud Chalcidium, Laevii nomen pro Naevii restituit. Iam vero eos Livii Andronici versus, qui heroico metro continentur, statuit p. 32. aut falso ei poetae tribui, aut corruptos esse omnes. Afferuntur autem fragmenta Livii nomine ex Annalium libris et hexametri ex Odyssea. Qui hexametri ex Livii Inone afferuntur, non sunt heroici, sed μείουροι, quos Grammatici vocant. De quibus Livii, quem credebant, versibus disputat Osannus p. 36. et Herm. Elem. doctr. metr. p. 354.

Nos ausi reserare. Tacito scommate percellit Naevium, qui teste Varrone 6, 6. p. 82, 38. Scalig. in bello Punico dixit

Nec satis resarire

sc. se potuisse Musarum fores, ut bene coniicit Popma. *Resarrire* est aperire. SPANGENB. ad Ennii Annal. p. 90. *Resarrire* est vox agricolarum. Lege *reserare*.

legi enim. Sententia sic supplenda est: ich bin auch wirklich nicht der erste, der Periodenbau anwandte; denn ich habe einige gelesen und gehört, deren Rede fast vollkommen periodisch war.

isti imitatores. Intellige numerosae orationis reprehensores. ERN.

CAP. LI.

§. 172. *Ephorum.* Cymae Aeolidis ortum, unde et Theopompus, natus Ol. 93, 4 (405). Historiarum libros finivit ad Ol. 109, 4. (341). Aetas igitur eius proxime ad Alexandri regnum accessit, qui post Ol. 111, 1. (336) regnare coepit. Scripsit Historias triginta libris, exorsus a reditu Heraclidarum. Trigesimi libri partem, qua bellum sacrum enarrandum erat, non ipse Ephorus, sed Demophilus filius contexuit. Etenim continuo post belli eius finem, quae Ol. 108, 3 (346) consecuta est, relictum filum filius excepit, et usque ad Perinthi obsidionem pertexuit. Ephori et filii historias Diyllus continuavit. Scripsit praeterea Ephorus de Inventis, περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν libros 24., παραδόξων τῶν ἑκασταχοῦ i. e. rerum admirabilium, quae in quavis regione visuntur, libros 15., σύνταγμα ἐπιχώριον, librum περὶ λέξεως sive de Elocutione. Alia, quae ei tribuuntur, dubia sunt. Eius fragmenta collecta et explicata sunt a M. Marxio, Carolsruhae 1815. 8.

Naucratem. Erythraeum, historicum et ipsum. „Hic est, qui cum Theopompo et Theodecte interfuit agoni de laudibus Mausoli dicundis ab Artemisia instituto. Vid. Usser ad annum 3652." ERN. v. Cic. de Orat. 2, 23, 94. A. Gell. N. A. 10, 18. et eius interpp. Vol. 2. p. 87.ᵇ ed. Conr. Ruhnk. hist. cr. oratt. Gr. p. LXXXIII. Maercker de Theodect. p. 24. adn. 4—6. „Qui artem aliquam rhetoricam Naucratis memoraret, — inveni neminem, nisi quod Cic. de Orat. 3, 44, 173. Orat. c. 51. significat, eum aliquid de historia artis eiusque praeceptis memoriae prodidisse." SPALDING. ad Quintil. 3, 6, 3. Vol. 1, p. 475.

summique ipsi oratores esse debeant. Vit. Dr. Ven. 1. 2. Med. Tul. Lamb. *summique ipsi oratores.* Eins. *auctores esse debeant* omissis mediis. Vct. Erl. Ald. Iunt. Crat. Man. Ern. Sch. Or. Mey. *summi ipsi orat.* Porro *debent* Mey. de, suo;

debeant Eins. Vit. Dr. Ven. 2. Tul. Ald. Iunt. Crat. Lamb. Manut. Rufin. de metr. Comic. p. 2717. *debebunt* Erl. Gu. 3. Ven. 1. Med. Sch. Or. Beier ad Cic. Offic. Vol. 2. p. 189. E Monacensi nihil enotatum, qui certe non habebit *debent*. Scripturam igitur recentiorum: *summi ipsi* et *debent* aut *debebant* ita explicant: wiewohl sie als selbst sehr grosse Redner auch die tüchtigsten Lehrer in der Ausarbeitung (faciendae) und im Schmucke der Rede seyn mussten. „Hic delevi *que*, quod in *summi* adhaeserat. Facit enim ridiculum sensum: debent esse auctores orationis faciendae et ornandae *summique* oratores. Quid enim amplius? non simile hoc illi: debebamus hoc esse virgines. Sed deleto *que* sensus optimus est, nos illos auctores faciendae et ornandae orationis agnoscere et imitari debemus, quia ipsi sunt oratores summi, quorum exemplum imitari oportet.“ Ern., quem insequuti editores taciti et creduli imitati sunt. Hic me primum legentem c. 57, 191. *Ephorus — levis ipse orator, sed profectus ex optima disciplina* pupugit, quid esset, cur praesenti loco idem, quem *levem* postea diceret, summis oratoribus aggregaretur? Nec me cura levavit Schutzii adnotatio: „Conf. Heusingeri notam ad Cic. Offic. 3, 1, 9. Sensus autem est: Quanquam illi, quum summi ipsi oratores essent, propterea etiam auctores locupletissimi faciendae i. e. fingendae atque excolendae et ornandae orationis esse debebant.“ Redii igitur ad veterem scripturam, quae sensum optimum habet: *summique ipsi oratores esse debeant* i. e. omitto Isocratem et discipulos eius, quanquam digni, qui non omittantur, et praeceptores locupletissimi ac summi ipsi oratores esse debeant. Atqui non sunt, sed Aristoteles, cui ars oratoria ἐν παρέργῳ philosophiae esset, quique eam artem non profiteretur, doctissimus et acutissimus artis magister est. Non aliter de Stagirita iudicat de Orat. 1, 10, 43: *Peripatetici autem etiam haec ipsa, quae propria oratorum putas esse adiumenta atque ornamenta dicendi, ab se peti vincerent oportere: ac non solum meliora, sed etiam multo plura Aristotelem Theophrastumque de his rebus, quam omnes dicendi magistros, scripsisse ostenderent.* Idem iudicium est Quintiliani 3, 1, 15. *Theophrastus quoque Aristotelis discipulus de rhetorice diligenter scripsit: atque hinc vel studiosius philosophi, quam rhetores, praecipueque Stoicorum ac Peripateticorum principes.* *Debeant* autem praeferendum erat, quia etiamtum illorum scriptorum libri rhetorici supererant, sicut historici et oratorii. Coniunctivo autem cum *quanquam* ne offendas, v. Zumpt. Gr. lat. §. 78. 10. adn. p. 418 sq. ed. 4. Imo est hic coniunctivus praesentis ex eo genere, pro quo, qui nunc Latine scribunt, libentius coniunctivum imperfecti usurpant. „Non video, coniunctivum

debeant cur mendosum dixeris: qui quum praebeatur a libris optimis et modestiae dicentis egregie conveniat, vereor magnopere ne restituendus sit. Vid. adn. ad Quintil. 10, 2, 21. et Ellendt ad Brut. 30, 115. Nihil enim impedit, quominus illam rationem etiam in hoc verbo *(debent)* et in similibus formulis *(aequum est, longum est, possum* etc.) in eiusmodi locis, qualis hic est, statui posse credas.“ Frotscher. in epist. crit. ad Meyerum p. XV sq. Ceterum non dicam Ephoro, ne Naucratae quidem laus summi oratoris recte tribui potest. Atque Ephorus quidem primo eloquentiae operam dabat, Isocratis auditor factus; at hic ipse ei commendabat historiam conscribendam. Itidemque Theopompus prius orator, quam rerum scriptor, fuerat. Quin etiam utrique Isocrates magister materiam historiae conscribendae elegisse fertur, ex utriusque illam ingenio. vid. Marx. in Ephoreis p. 12 — 18. Quae studia artis oratoriae quam vim habuerint in formam naturamque historiarum eorum, exsequitur Creuzerus in praef. ad Ephorea p. XVII sqq., quibus adde ipsum Marxium p. 37. 41.

quis acutior etc. Valde mihi quoque probatur coniectura Heusingeri a Schutzio recepta: *quis in rebus vel inveniendis acutior vel iudicandis acrior.*

infensius. Eius. Vit. Dr. Mon. Ven. 2. Lamb. Mey. Or. *impensius* codices interpolati Palatt. duo, Erl. Grut. Ern. Sch. *Isocrati etiam adversarius infensior* Ven. 1. Med. *Isocrati adversus infensius* Rufinus. Legendum *infensius*, hoc sensu: nemo Isocrati adversarius fuit infensior, et tamen inter eos de numero oratorio summus consensus est, quo probatur, numerum perfecto oratori necessarium esse. Ceterum de simultate Aristotelis et Isocratis v. adnotata ad c. 19, 62.

versum in oratione. Vetat Aristoteles A. Rh. 3, 8. §. 1—3., ex eoque idem praeceptum dedit Dionys. Hal. de C. V. c. 25. p. 196. Reisk. (p. 382. Schaef.) et aliis locis, quae attulit Maerck. de Theodect. p. 75. adn. 2. Adde Quintil. 9, 4, 45. 56. Theon. progymn. apud Marxium in Ephoreis p. 265. Isocrates ipse in arte rhetorica apud Scholiasten Hermogenis, quem citavi in adn. ad c. 44, 151., sic de hac re praecipit: *ὅλος δὲ ὁ λόγος μὴ λόγος ἔστω· ξηρὸν γάρ· μὴ δὲ ἔμμετρος· καταφανὲς γάρ· ἀλλὰ μεμίχθω παντὶ ῥυθμῷ, μάλιστα· διηγητέον δὲ τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον καὶ τὰ λοιπὰ ἑπομένως καὶ μὴ πρὶν ἀποτελέσαι τὸ πρῶτον ἐπ' ἄλλο ἰέναι, εἶτα ἐπὶ τὸ πρῶτον ἐπανιέναι ἀπὸ τοῦ τέλους.* Idem apud Scholiasten anonymum ad Hermog. *περὶ ἰδεῶν* p. 1046. in rhett. gr. Vol. 7, 2. ed. Walz. *Ἰσοκράτης τε, ὡς καὶ ἀνωτέρω ἔφημεν* (p. 936.) *ἐν τῇ τέχνῃ φησίν:* „*ὅλος δὲ ὁ λόγος μὴ λόγος*

ἔστω, ξηρὸν γάρ, ἀλλὰ μεμίχθω παντὶ ῥυθμῷ μάλιστα.“ Vid. alios, quos citat Maerck. l. c. p. 94. adn. 3. vers. fin.

Theodectes. Phaselites, urbe Phaselide in Pamphylia natus, quem ex Plut. Vit. Alex. c. 17. Maercker. p. 9. colligit circa Ol. 110. (338) obiisse, atque ex Suida, natum esse Ol. 100 (380)., ut paulo minor natu Aristotele fuerit. Aristander pater eum tradidit in disciplinam Isocratis. In philosophiae studiis eodem tempore Platonem sectatus est, quem potuit, si Maerckerum p. 16. audias, non facile ante Ol. 105, 1 (360) audire. Quod autem hoc loco Cicero scribit, Theodectem Aristotelis discipulum fuisse, id totidem quidem verbis Rufinus de Compositione Verborum reddidit, (conf. Maerck. p. 52. §. 24. init. coll. p. 44. adn. 11.), idemque Quintilianus pluribus locis significare videtur, ut monuit idem p. 16. adn. 1., addens, rem distinctis verbis narrari a Valerio Max. 8, 14, 3., ab Athenaeo 13. p. 566. E., a Suida et Eudocia. Veruntamen schola in Lyceo ab Aristotele demum Ol. 112, 2 (331) i. e. circiter septem annis post Theodectis obitum condita est. Quare in hac re Maerckerus p. 16. assentitur Patritio, qui sibi Theodectem dicit videri socium et amicum Aristotelis fuisse, non discipulum; nullius enim discipuli sui Aristotelem unquam mentionem facere. Quo accedit, quod Dionysius Hal. nunquam Theodectem discipulum Aristotelis appellat, sed illum ante Aristotelem nominat, aliter quam Cicero, qui Orat. c. 57, 194. Theophrastum et Theodectem post Aristotelem. „Etenim, ait p. 17., Theodectis ars rhetorica paulo antiquior fuit Aristotelia. Idem Ciceroni *auditor* Aristotelis dictus est, quia in Graecis legerat vocem *μαθητής*, quae latiori sensu sumta et *auditorem* et *discipulum* complectitur, ut aut illi, qui Ciceronem sequerentur, vocem *auditor* pro *discipulo* accepisse, aut qui cum Cicerone ex iisdem Graecis fontibus hauserunt, in voce *μαθητὴς* lapsi esse putandi sint.“ Potuit autem Theodectes Aristotelis auditor fieri, cum Isocratis discipulus factus Aristotelem pomeridianis horis de arte oratoria praecipientem audiret, quas scholas Aristoteles Isocrate iam seniore aperire coepit. Evulgavit autem, iudice Maerckero p. 20 sq., Theodectes prius, quam Aristoteles, rhetorica praecepta; at quae Isocrates invenerat, immutata probaverat Theodectes, alii non illi, sed Theodecti auctori tribuerunt. Aristoteles autem, ante quam maiora Rhetorica composuit, inter alia isagogen ad *τὰ Θεοδέκτεια* i. e. ad artem Theodectis scripserat, quae Theodectea Aristoteles A. Rh. 3, 9. §. 9. ipse memorat. Sed de his dictum est ad c. 27, 94. Atque aut ex Theodecteis illis, aut ex Aristotelis opere, quod inscriptum erat *συναγωγὴ τεχνῶν*, hoc, quod de Theodecte hic narratur, a Cicerone sumtum est. Noverat enim Theodectea,

§. 175. *nimis etiam — numerose.* Goerenz. ad Cic. Acad. 2, 19, 60. p. 112ᵃ. iudicat, *etiam* hoc loco vim addere et *adeo* notare, ut proinde sit: sogar mehr als genug ist.

paria paribus. Sunt ἰσόκωλα. secus accepit C. G. Bardilius in Eichstadii Novis Actt. Societ. Lat. Ien. Vol. 1. p. 10. Bei.

ut ante dictum est. c. 44, 149. 49, 164.

§. 176. *faciendisque verbis.* Omittunt Eins. Vit. Mon. Ven.

quum tamen audivisset. Hic *tamen* significare *quidem* vult Goerenz. ad Cic. Fin. B. et M. p. 208ᵃ., qui adire iubet Ruhnkenium ad Rutil. Lup. 1, 14. p. 50. et confert or. pro Cluent. 7, 33. et de Orat. 3, 18, 66., ubi *ac tamen* recte legi ait.

in Thessalia — senem iam Gorgiam. Quintil. 3, 1, 13. *His successere multi, sed clarissimus Gorgiae auditorum, Isocrates, quanquam de praeceptore eius inter auctores non convenit. Nos autem Aristoteli credamus.* Quo libro Aristoteles dixerit, Isocratem auditorem Gorgiae fuisse, non constat; neque enim in quoquam superstitum dixit. Dionysius Hal. Vol. 5. p. 535, 2. Reisk. inter alios praeceptores Isocratis prodidit et ipse Gorgiam, itidemque Plutarchus p. 836. F. Wech. (in Vitis 10. rhett. s. v. Isocrates p. 143. Westerm.) et Suidas in Ἰσοκράτης. Neque tamen cum I. God. Pfundio de vit. et scrr. Isocr. p. 12. ipsum Isocratem interiorem sese cum Gorgia familiaritatem contraxisse indicare collegerim ex hoc loco orationis περὶ ἀντιδόσ. §. 155. 156. p. 381. Bekk. ὁ δὲ πλεῖστα κτησάμενος ὧν ἡμεῖς μνημονεύομεν, Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, οὗτος διατρίψας μὲν περὶ Θετταλίαν, ὅτ' εὐδαιμονέστατοι τῶν Ἑλλήνων ἦσαν, πλεῖστον δὲ χρόνον βιοὺς καὶ περὶ τὸν χρηματισμὸν τοῦτον γενόμενος, πόλιν δ' οὐδεμίαν καταπαγίως οἰκήσας οὐδὲ περὶ τὰ κοινὰ δαπανηθεὶς οὐδ' εἰσφορὰν εἰσενεγκεῖν ἀναγκασθεὶς, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις οὔτε γυναῖκα γήμας οὔτε παῖδας ποιησάμενος, ἀλλ' ἀτελὴς γενόμενος καὶ ταύτης τῆς λειτουργίας τῆς ἐνδελεχεστάτης καὶ πολυτελεστάτης, τοσοῦτον προλαβὼν πρὸς τὸ πλείω κτήσασθαι τῶν ἄλλων, χιλίους μόνους στατῆρας κατέλιπε. *Adolescentem* hic dicit Cicero Isocratem *senis iam Gorgiae* discipulum, et *in Thessalia* factum esse. Gorgias autem degisse dicitur apud Aleuadas in Thessalia a Platone Menon. p. 70. A., et apud Iasonem, Pherarum in Thessalia tyrannum, a Pausania 6, 17, 4. Conf. Wachsm. A. Gr. 2, 2. p. 449, 26ᵇ. p. 450, 32. Iasonem scimus obiisse Ol. 102, 3 (370). Vid. ibid. 1, 2. p. 327, 94. Eo tempore Isocrates annos natus erat 66, ut quem Ol. 86, 1. (436) natum esse constet. Verum inde nihil colligere licet de tempore, quo Isocrates Gorgiam audire coeperit. Et Gorgiam credibile est, ante Iasonem mortuum fuisse, ut qui circ. Ol. 80, 1 (460) iam floruisse, cuiusque auditor etiam Pericles

fuisse dicatur, quamvis annos centum et septem eum complevisse credamus. v. Wachsm. A. Gr. 2, 2. p. 449, 26[b]. Nec vero fieri potest, ut Isocrates ante Ol. 88, 2 (427), quum annum vitae agebat undecimum, discipulus Gorgiae fieret; quippe non ante hoc tempus Gorgias in Graeciam venerat. v. Diod. Sic. 12, 53. Westerm. Quaestt. Demosth. 2. p. 28. Videlicet ne adolescens quidem tum Isocrates erat. Verum ab eo inde tempore „per Graeciae urbes saepius peregrinans et in publica hominum celebritate Athenis Olympiae (Philostr. epist. ad Iuliam August. p. 919), Delphis, Corinthi, Thebis, Olympica praecipue oratione, quae Graecos, omissis inter ipsos dissidiis, ad pugnandum contra Persas hortabatur, vulgi et adolescentium studia ita incendisse videtur, ut multi eum sequerentur, alii, quum in Thessalia, primum Larissae apud Aleuadas, deinde Pheris Iasoni gratus domicilium collocavisset, illuc salutatum proficiscerentur." I. G. Pfund. de Isocrat. vit. et scc. p. 13—15. Qui tempus itineris ab Isocrate audiendi Gorgiae causa in Thessaliam suscepti statuit fuisse circ. Ol. 97 (390), quo tamen tempore Isocrates iam annum vitae sextum et quadragesimum agebat, nec adolescens fuisse dici poterat, siquidem adolescens est is, qui in extrema pubertate versatur, pubescens usque et proxime virilem aetatem ingressurus. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 5. p. 53. nr. 20. „Errorem Manutii ad Cic. Epistt. 2, 1. p. 107. ed. Graev., qui iuventutis initium a septimo decimo anno faciendum esse putaverat, iam diu est, ex quo Gronovius ad Tacit. Annal. 12, 41. castigavit ostenditque, quintum decimum legitimum apud Romanos tirocinii annum fuisse, id quod Varro quoque indicavit, gravissimus in his rebus testis, cuius in fragmento apud Censorinum de D. N. c. 15. secundus humanae aetatis gradus a quinto decimo anno ad tricesimum ducitur adolescentiamque ab adolescendo dictam traditur. Verumenimvero loquendi consuetudo tam incerta erat, ut e. c. Caesar, triginta sex annos natus, a Sallustio Cat. c. 49, 2. adolescentulus vocaretur, itemque M. Brutus Nepoti Attic. c. 8, 2. adolescens, cum quadragesimum secundum aetatis annum ageret; M. Caecilius, praetor designatus, a Cicerone Divin. in Caecil. 9., ab eodem Phil. 2, 44. Brutus et Cassius praetores. Plura exempla qui desiderat, adeat Bosium in Indice Nepotis h. v. et Kritz. ad Sallust. Catil. p. 228. In tanta huius similiumque nominum fluctuatione bene evenit, ut ipse dialogi (de oratt.) scriptor computationem nostram *admodum* particula adiecta adiuvaret (c. 1.) Ita Demosthenem puerum admodum actiones pupillares habuisse Quintil. 12, 6, 1. confirmat, Cl. Marcellus admodum adolescens vocatur a Tacito Annal. 1, 3., cum anno aetatis septimo decimo exstinctus sit, eodem nomine L. Crassus designa-

tur a Cicerone Offic. 2, 13, 47., cum annum undevicesimum ageret. Conf. dial. de Oratt. c. 34. *Admodum iuvene Domitiano* ait Tacit. Agr. 7., ubi is octodecim annos transegerat. Vid. testimonia in ed. nostra p. 224. allata, unde iuvenes intra septimum decimum et vicesimum quartum vel quintum annum versantes eo nomine intelligi patet, qui prima sunt adulescentia, qui ita sunt adolescentes, ut nondum finem fecerint adolescendi.“ Eckstein. Prolegg. in Dialog. de Oratt. p. 36 sq. Aetatem extremae pubertatis si ponamus circiter anno vitae hominum vicesimo, efficitur, Isocratem auditorem Gorgiae factum esse circ. Ol. 91, 1, (416), qua aetate Gorgiam annum aetatis primum et octogesimum egisse credibile est, siquidem eum Ol. 70, 4 (497) natum esse statuere licet. Fossius certe de Gorgia p. 11. ponit eum vixisse usque ad Ol. 98, 1 (388), Clinton F. H. (ad annum 427) dicit mortuum esse post Ol. 100, 1 (380). Explevisse autem fertur annos vitae novem et centum a Quintiliano 3, 1, 9., ab aliis paulo plus minus. Conf. Lucian. Macrob. c. 23. Vol. 8. p. 128. Bip. Cic. Cat. M. 5, 13. Et cum Ol. 91, 1 (416) bene conveniunt verba Isocratis ex orat. π. ἀντιδ. l. c. ὅτ' εὐδαιμονέστατοι τῶν Ἑλλήνων ἦσαν (sc. Thessali), quippe per id tempus reliquis Graecis fere omnibus motu belli Peloponnesiaci attritis et usque laborantibus, cum Thessalia vel minimum turbaretur.

se ipse — relaxarat. Hoc est, er machte es sich auch selbst im Verhältniss zu seinem zunehmenden Alter leichter mit der übertriebenen Forderung des Wohlklanges. „Quippe eo tempore iam Theodecteae et Aristoteleae disciplinae leges viguisse constat.“ Maerck. de Theod. p. 13. adn. 6. Sed quid eae Isocratem moverent? Ceterum Schutzius tum hic tum paulo post in verbis: *sed etiam se ipse correxerat* scripsit *se ipsum*, quia id vis contrariorum requirat. Imo hac dicat aliquis requiri hoc quidem loco nominativum, quia sensus sit: Isocratem non exspectavisse, dum *alii* se corrigerent, sed quum *ipse* vitium et molestiam immoderatae concinnitatis sentiret, ipsum se relaxasse. Quum certe et *ipsum* et *ipse* hic quidem explicari possit, quid attinet vulgatam deserere? Aliter est in altero loco, ubi manifesta vis contrariorum (*superiores* correxerat et se *ipsum*) postulat accusativum pronominis.

in eo libro. In orat. ad Philipp. §. 27. 28. ed. Bekk. Vol. 2. oratt. Gr. p. 96. Notare I. G. Pfund. de vit. et sec. Isocratis p. 12. adn. neglexit, hunc locum Isocratis esse, quo praesens locus Ciceronis refertur. „Hic Cicero itemque Dionysius Hal. in iudicio de Isocr. Vol. 2. p. 99. falli videntur Schirachio, Isocratesque in orat. ad Philipp. p. 128, 26. ed. Wolf. significare se exquisitiora artificia adhibere noluisse, quippe quae

talem scriptionem dedecerent. Contra Victorium V. L. 2, 17. Laelius Bisciola Horar. subseciv. Vol. 1. l. 2. c. 10. memorans (sub litera G) praelectiones suas in Cic. Oratorem ad M. Brutum (s. lit. H.) Ciceronem cum ipso Isocrate conciliat ita, ut huius verba ὧν οὐδὲν ἔτι δύναμαι διὰ τὴν ἡλικίαν ambigue significent *propter longaevitatem et gravitatem aetatis neque se eum laborem ferre posse nec vero velle iudicio iam maturiore et sapientiore.*“ Bei. Conf. nunc Spengelii συναγωγὴν p. 151. Or.

Cap. LIII.

§. 177. *et origo inventa est.* Gu. 3. Erl. Sch. 1. omittunt *et*, ut haec ad apodosin referantur. Goerenz. ad Cic. Fin. B. et M. 1, 7, 24. p. 31[b]. vulgatam tuetur, *et* accipiens pro *et ita.*

commotos. Possit alicui in mentem venire *commonitos*, qui esse sensus huius loci esse debet, et non ita multo post est *natura admonente.* Sed etiam *movere* sic dicitur, ut infr. c. 51. Ern. Imo suprà c. 51, 173.

pepulisset. Eins. *perpolisset.* Dr. Med. *perpulisset.* Orell. conferri iubet §. 15. „Vulgatam defendit Drakenb. ad Liv. 3, 30.“ Mey.

aures — vel animus. Hoc est, vel potius animus. Goerenz. ad Cic. Acad. 2. p. 208[a].

nuntio. durch das Organ des Gehöres.

mensionem. v. Nonium h. v. Consuetius verbum est *mensura:* neque alterum alio loco praeter hunc a Spaldingio in nott. crit. Vol. 1. p. 353. repertum est, nisi apud Quintilianum 2, 15, 21. Quare hic molliri dicit addito *quandam*, et aptius *mensionem* hoc loco videri quodammodo, quam consuetius illud vocabulum.

§. 178. *moderata.* i. e. certis modis temperata, ut in musicis, modulata. Mey. Imo concinna, non redundantia, orbe conclusa. v. §. 182.

terminatione. i. e. mensione.

poetica et versus. Vet. Gu. 3. Erl. *poetae versus.* Schutz. ex coniectura *in poetica versus.* Fortasse scribendum: *ut igitur poeticae versus inventus est.*

Cap. LIV.

§. 179. *qui sit orationis numerus.* Schutzius scripsit: *ecqui.* Nam „quae sequuntur, ait, *sitne omnino ulla numerosa oratio*, satis docent, hic legendum esse *ecqui.*“ Ex responso ad hanc quaestionem: *qui sit — numerus*, quod responsum extat c. 60, 203., apparet, recte hic legi: *qui sit.* Contra in longiori responso c. 55, 183. respondetur ad illud *ecqui*, quod est §. 180., quoque Schutzius emendationem suam fulcire vult frustra.

§. 180. *altera — longior, brevior altera.* Altera est philosophica, et, ut dicit, *artis intimae;* altera est, qualis hic, ut dicit, *institutus sermo* i. e. summam tantum rerum exponens, et res exemplis explanans. Longiorem autem viam ut ostendat, iam addit: *Est autem longioris* (viae) *prima illa quaestio — deinde* (est longioris viae illa quaestio), *si sit numerus* etc., deinde (§. 181.) est longioris viae illa quaestio, *quod dicitur in oratione numerosum* etc. Sunt hae denique eaedem quaestiones, quas praemisit §. 179. sed nunc enucleatius positae, ut, quantum illis materiae contineatur, declaret.

nihil in ea certi. Hoc est, keine bestimmte Sylbenzahl und Sylbenfolge.

esse eos numeros. Haec videtur ad sensum facta constructio, quasi praecessisset: *sintne omnino ulli numeri orationis.*

quis eorum sit aut qui. Hoc est, zu welcher Art oder zu welchen Arten der oratorische Numerus gehöre.

namque aliis unus modo — videntur. i. e. denn Einigen scheint es nur Eine Art zu geben, anderen mehrere, wieder anderen scheinen alle Arten des Rhythmus einerlei zu sein. Subiectum verborum *iidem videntur* non est *poetici,* sed *numeri orationis.* Pergit enim sic: *deinde, quicunque sunt, sive unus sive plures, communesne sint omni generi orationis* etc. *Unus modo* numerus orationis, ut videtur, statuebatur ab illis, qui nihil nisi compositionem esse volebant; *plures* autem numeri iis videri debebant, qui ipsius auctoris partitionem sequebantur, ut ponerent compositionem, concinnitatem et orbem. Tum *omnes iidem* videbantur numeri iis, qui omnium fontem compositionem esse volebant, ut et structura et concinnitas et numerus clausularum iis ex compositione manare viderentur, v. §. 181. extr.

§. 181. *quicunque sunt.* Lambinus primus correxit *quotcunque,* non male. Ego autem correxi *sint,* ex lege, et quia supra *si sit.* Omnino locus est difficilis, quia nimis in longum procurrit, interpositis interdum sententiis, quae alia forma quam reliqua exprimuntur, nec sunt animadversae vulgo, unde varietas interpunctionis et lectionis nata est. Parentheses notavimus suis signis, deinde veram interpunctionem dedimus. Ern. Non ubique. „Indicativum *sunt* defendit Heusingerus. Conf. eius ex fratre nepotis praef. ad Cic. de Offic. p. LV.“ Schütz. adde Zumpt. Gr. lat. §. 77. 3. p. 390. ed. 4. Nec tamen tacendum, *sint* esse in Eins.

omni generi orationis. Vit. *omni genere orationis.* Gu. 3. *omni generis orationi.* Coniecturam Heusingeri *omnis generis orationi* habent Erl. Ven. Ald. Crat. Lamb.

anne sit suum cuiusque. sc. numerosum, oder ob jeder von diesen Theilen eine besondere Art des Wohlklanges habe i. e. oder ob Jedes von diesen seines Theils zum Wohlklang beitrage. „*Anne* Meyerus dedit probante Mosero. Exempla huius *anne* post *utrum* videsis apud Hand. Tursellin. Vol. 1. p. 356. et conf. inprimis Oudendorpium ad Appul. Vol. 1. p. 31. *an est* codd. noti, etiam Eins. *an sit* Lamb. Ern. Sch.

numerus intervallis. v. Prolegg. de doctr. numeri c. 2. §. 3. vers. fin.

vocibus. delectu vocum plene et suaviter sonantium, levitate orationis etc.

genus ipsum. Schutzius e coniectura scripsit *genere ipso verborum quasi quaedam forma*. Sed triplex vocabulum, quod modo in ablativo praecesserat, hic redit in nominativo, eique bis per ablativum adiungitur ea res, qua unumquodque appareat, tertio vero loco alius nominativus, qui sit praedicati instar. Bei. De ablativis cum *appareat* sine *in* conf. c. 66, 222.

sitque. Hoc est, et utrum sit. Schutz. Imo *sitque* est continuatio quaestionis: *anne sit suum cuiusque* etc. Nam quaerit primum, *unusne* modo numerus sit: *(utrum numero solum efficiatur)*; an *plures* numeri sint: *(an etiam vel compositione quadam, vel genere verborum)*; *an sint* omnes numeri iidem: *(anne sit suum cuiusque* sc. numeri, compositionis et generis verborum *numerosum*, *sitque* omnium horum fons compositio sc. latiori sensu dicta).

§. 182. *quod voce iucundum est*. i. e. compositione.

moderatione absolutum. i. e. orbe. Conf. c. 53, 177. 178. Ex adverso ponitur *immoderata oratio* c. 58, 198.

genere verborum. i. e. concinnitate.

id quidem. sc. illuminatum genere verborum (sive concinnitas) finitimum est numero sive orbi: utrumque enim moderatione absolutum est i. e. ist durch Masshaltung sive durch die gehörige Länge der Satzglieder abgerundet.

gravitati vocum aut suavitati. *Graves* et *suaves* voces saepe hic auctor componit, ut Brut. c. 9, 38. Orat. 50, 168. Quid autem hoc loco *gravitas vocum* significet, cui compositionem totam servire dicit, non statim apparet. Putet aliquis gravitate significari accentum, verum is in latina lingua totus pendet a brevitate et proceritate syllabarum, non a compositione. Fuit cum existimarem, *gravitatem vocum* hic esse id, quod ex definitione Theophrasti Demetrius de Elocut. §. 173. *τὸ τῇ διανοίᾳ ἔντιμον* dicit, sed quod ille exemplum talis vocabuli ponit §. 175. *τῇ διανοίᾳ δὲ ἔντιμα τὰ τοιαῦτά ἐστιν, οἷον τὸ ἀρχαῖοι ἀντὶ τοῦ*

παλαιοὶ ἐντιμότερον. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ἄνδρες ἐντιμότεροι, id ostendit, hoc ne ipsum quidem ad compositionem, sed ad delectum verborum pertinere, et καλὰ ὀνόματα eo sensu dici der edle Ausdruck, *amplam, honestam* orationem. Restat illa gravitas verborum, quam collocatione verba accipiunt ex vehementia sensus et momento, quod singula ad totam sententiam habere debent; id quod *sonum* Goerenzius, alii Wortaccent appellaverunt, quo utique etiam fieri potest, ut voculatio sive accentuum recta notatio adiuvetur. Nam „imminuta (in numero orationis) mensurae severitate, unde oratorium numerum Cicero *remissiorem*, Aristoteles ῥυθμὸν μέχρι τοῦ vocat, quod de pulchritudine metrici numeri detrahitur, rependit vis accentuum, aucta vocabulorum significationis potestate, et eo decursu verborum instituto, qui ad sententiae intelligentiam est potentissimus." Herm. de differ. pros. et poet. orat. in Opuscc. Vol. 1. p. 124. Exemplum eiusmodi gravitatis vocum, quam compositio iuvat, habes supra c. 49, 165., ubi vis singularum vocum collocatione et exadversum positione iuvatur et eo, quod verba *referuntur ad ea, ad quae debent referri* i. e. contraria ad contraria, unde intelligimus, *non quaesitum esse numerum, sed secutum.*

Cap. LV.

§. 183. *iudicat enim sensus.* Schutzius scripsit *indicat.* „Hic enim", ait, non agitur de iudicio, sed tantum de indicio eius, quod accidit." Improbat Orell. 1. conferri iubens §. 198. fin. *quod voluptate aurium iudicatur.* „Conf. c. 49. pr. 53, 177. extr. c. 58. extr. Brut. 8, 34." Bei.

a modis quibusdam. Credo legendum esse *in modis quibusdam.* Sensus enim est: poetarum sermo quidam etiam solutus videtur, si non canitur, quod necessario requirit *in.* Sunt quidam modi, ut in iambicis versibus, propiores soluto sermoni, in quibus metrum vix sentitur. Ern. Etenim vulgo comma male post *quibusdam* positum erat. Quod si sustuleris, Schutzius vere animadvertit nihil opus esse Ernestii coniectura. Ac sic iam distinxerat Lambinus.

λυρικοί. Nomen *lyrici poetae* Latinis non fuisse usitatum hinc colligit Fr. A. Wolf. Analectt. liter. Vol. 4. p. 570. Nec tamen inde sequi puto, nomen *melici* iis fuisse consuetius. Ceterum huc pertinet censura quorundam Grammaticorum apud Quintil. 9, 4, 52. 53. *Et metrici quidem pedes adeo reperiuntur in oratione, ut in ea frequenter non sentientibus nobis omnium generum excidant versus; et contra nihil, quod prosa scriptum, non redigi possit in quaedam versiculorum genera vel in membra. Sed in adeo molestos incidimus grammaticos,*

quam fuerunt, qui Lyricorum quaedam carmina in varias mensuras coegerunt. Sensit igitur et ipse, eos poetas quum cantu spoliaveris, remanere nudam paene orationem, neque apud eum Burmanni correctione, quam Spaldingius probat, opus esse videtur.

nominantur. Lambinus pro temeritate sua, et interdum levitate, addidit *appareat.*

nuda — oratio. ut nos: blosse Prosa. Cic. Brut. 75, 262. *nudi enim sunt* (commentarii Caesaris) *recti et venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste, detracta.* Adde paulo inferius §. 185.

§. 184. *in Thyeste.* Ennii. v. Columna ad Ennii fragmm. p. 421. Meyerus dedit *ille in Thyeste* cum Eins. Vit. Dr. Mon. Med. Ald. 1. Iunt. Crat. Vict. Man. *illa* Erl. Ald. 2. Lamb. Ern. Sch. „Notabilis nec per se reprehendenda omissio pronominis *ille* in Ven. 2. Gryph. 1. Conf. Addenda ad Cic. Opp. Vol. 4. P. 2. p. 598. de loco N. D. 1, 6, 13. *ut ille in Synephebis — ut in Synephebis — ut in Synephebis est.* Sic h. l. omisso *ille* deberet esse *velut in Thyeste est.*" Or.

Quemnam te esse. Versus bacchiacus dimeter hypercatalecticus.

orationis sunt. Codices utriusque generis sum secutus, Eins. Vit. Dr. Mon. Gu. 3. Erl. Sane §. 191. sine varietate est *orationi simillimus.* Or. Gu. 3. *orationis.* Sed hic spectantur numeri tantum, non internum orationis ingenium. Vid. Quaestio verumne sit adiectivo *similis* in externa similitudine dandi, in interna gignendi semper adiungi casum proposita auctore Fr. L. Muiffelmann. Suerini. 4. Bei.

Ac Comicorum. Mon. Gu. 3. Sch. Mey. Or. 2. probantibus Santenio ad Terentianum p. 161. Handio Tursell. Vol. 1. p. 476., Beiero, Goerenzio ad Cic. Acad. 2, 2, 5. p. 13*., qui ait *ac* notare hoc loco *et sane. At Comicorum* ceteri cum Eins. Vit. Dr. Erl. „Male *ac* ante *c*, et Comici h. l. manifeste opponuntur Tragicis." Or. 1. Comici hic non ex adverso ponuntur Tragicis, quin eorum utrorumque affertur id, quod commune habent, similitudinem, inquam, orationis solutae: adeoque, cum diversi sint, tamen ratione huius similitudinis copulantur, quae est ipsa vis particulae *ac*, si audias Ramshornium Gr. lat. p. 515. a. et *), quanquam in alia omnia abit Grysar Theorie des lat. St. p. 497 sq. Porro „Meyeri sententia est, *ac* ante *c* ubique legi apud Ciceronem; Ramshornii Gr. lat. p. 516. adn. *y.*, *ac* raro reperiri ante *c, g, q, x.* Orellius in hac re sibi non constat in recognitione librorum Ciceronis. *Ac* ante *c* apud hunc scriptorem saepe est,

Ac ante *q* his quinque locis: de Orat. 3, 15, 57. pro dom. 57, 144. de leg. agr. 2, 36, 98. Catil. 1, 7, 18. 4, 8, 17. *Ac* ante *g* est duobus locis: ad Quirites p. redit. 7, 16. Orat. 7, 22. Semel *ac* est ante primum et alterum nomen pr. Rosc. Am. 19, 54. *Ac* in universum ex melioribus libris et coniectura plurimis locis restituendum est Ciceroni." O. M. Mueller. Obss. de vi et usu verborum quorund. Lat. p. 14. Fr. A. Wolf. in Analectt. liter. Vol. 2. p. 288. et A. Matthiae Gr. gr. praef. ed. sec. Vol. 2. negant, *ac* poni ante vocalem, ante *c*, *h*, *q*, *x*, qualia tirones ex Noltenio suo discere posse. At Noltenii ipsius haec doctrina est, *ac* sub initium periodi, sequente quavis consonante, C tantum et Q excepto, poni; in medio contextu nec C nec Q ab *ac* respui, praesertim Ciceronem in medio contextu eam literis C et Q studiosissime praemittere. v. Lexic. Antib. col. 1279. At Heusinger. Obss. Antib. p. 456. „*Ac* ante C et Q, ait, maximeque ante vocales non temere posuerunt veteres, eaque loca quae discrepare videntur, fere sunt depravata. Plerumque enim in his pro *ac* in aliis exemplaribus scriptum est *et* vel *atque*." Et adde quos ibi interpretes citavit, quibus obloquitur Zumptius Gr. lat. §. 67. 1. adn. p. 273. ed. 4. Quin ne in hoc quidem convenit inter Grammaticos, utrum *ac* ante vocales et literam *h* praemittatur, quod sibi non liquere fatetur Nolten. col. 1279. 80. 81., ait Ramsh. Gr. lat. p. 515 sq., negant Stallbaum ad Ruddimann. Gr. lat. Vol. 2. p. 343. adn. 2. et plerique alii, in his Zumpt. Gr. lat. §. 67. 1. adn. p. 272. ed. 4. et Fr. A. Wolf. ad Sueton. Caes. c. 26. denique Oudendorp. ad Caes. B. G. 6, 38, 2. *Ac* ante vocalem usque legitur in Epist. ad Att. 13, 48. Vol. 5. p. 287 sq. ed. Sch. Nunc adde B. Thiersch in dissert. Ac vor Vocalen in Archiv für Philol. von Seebode, Iahn und Klotz fasc. 4.

vix in eis. Gu. 3. Erl. Sch. Mey. At Eins. *in hiis*. Ceteri *in his*. v. adn. ad c. 41, 142.

§. 185. *ita in hac re — excogitata*. Haec omnia videntur deberi codicibus interpolatis, nam ex Eins. Vit. Dr. Mon. Ven. 1. exciderunt propter verba similia *ita — itaque*. Suppleta iam sunt in Ven. 2. Recte autem Meyerus, ut volebat Schutz., cum Ven. 2. Med. Tul. omisit *et*, vulgo post *ita* positum. Or.

§. 186. *Herodotus*. Dissentit Quintil. 9, 4, 16.

non domo. nicht von Haus aus, nicht so unmittelbar. Hinc *domo doctus* dicebant, v. interpp. ad Plaut. Trin. 436. 444. Hinc *domi habere*, eigenthümlich, nicht geborgt haben, v. ibidem ad v. 436. Libri scripti, etiam Eins. Vit. Erl. *modo*, perpetua permutatione vocum *modo* et *domo*. v. interpp. ad Plaut.

l. c. Buttm. ad Consent. de Barbarism. p. 7. adn. 1. Verum hoc loco vidit primus P. Victor. in Castigationibus postt. in Epistt. Cic. ad Famil. 7, 25.

palaestram. Hoc est, nitorem et toros in bene nutrito et per exercitationem palaestrae roborato ac subacto corpore. Hic nitor et tori corporis traducuntur in orationem, cuius ornatus et orbis ac quasi rotunda conformatio illa translatione significatur. Cic. de legg. 1, 2, 6. *Fannii — aetati coniunctus Antipater paullo inflavit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas sine nitore ac palaestra.*

extrema lineamenta. Hoc est, die Umrisse, das Contour, quod dicunt in pictura difficillimum omnium et summum artis esse. Plin. H. N. 35, 36, 5. p. 17. Tauchn. *Parrhasius Ephesi natus et ipse multa constituit. Primus symmetriam picturae dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris, confessione artificum in lineis extremis palmam adeptus. Haec est in pictura summa sublimitas. Corpora enim pingere et media rerum, est quidem magni operis, sed in quo multi gloriam tulerint. Extrema corporum facere et desinentis picturae modum includere, rarum in successu artis invenitur. Ambire enim debet se* (v. O. Mueller. Archaeol. p. 443. adn. 5.) *extremitas ipsa et sic desinere, ut promittat alia post se, ostendatque etiam, quae occultat.* Vides igitur duobus significari orbem orationis, altero e palaestra, altero e pictura sumto; nam in his tribus rotunditas est: in toris palaestra subacti corporis, in pictis, quae non plana, sed exstantia apparent, et translate in orbe periodorum. Ex lineamentis est illud, quod dicebant ἀπάτην, (die Illusion der Malerei), de qua v. O. Mueller l. c. §. 137. p. 133. §. 138. et adn. 2. p. 134. coll. §. 136. p. 132. Quanta in extremis lineamentis ars exhiberi potuerit, docet narratiuncula apud Plinium H. N. 35, 36, 11. p. 20 sq. Tauchn. coll. Muellero §. 139. 3. p. 136. et §. 318. p. 429. Parrhasius vixit circ. Ol. 95 (400), v. ibid. adn. 4. p. 134. et §. 35. adn. 1. p. 18. De eiusdem inter pictores summa auctoritate conf. Quintil. 12, 10, 4., ubi inter alia est, Zeuxin priorem *luminum umbrarumque invenisse rationem,* Parrhasium *examinasse subtilius lineas* et (§. 5.) *ita circumscripsisse omnia, ut eum legum latorem vocent, quia deorum atque heroum effigies, quales ab eo sunt traditae, ceteri, tanquam ita necesse sit, sequuntur.*

§. 187. ***collatata et diffusa.*** **cum Meyero nunc restitui lectionem Mon. Med. Ven. 2. Aldd. Iunt. Crat. Man. Grut. Ern.** ***collocata*** **Vit.** ***concalcata*** **Eins.** ***collata*** **Dr. Hi errores omnes ad**

collatata ducunt. Sinceri autem codd. *diffusa* tuentur; interpolati contra Vet. Gu. 3. Erl. *dilatata et fusa*, quod receperam ego post Schutzium. Conf. Frotscherum p. XIII. Beier et Billerbeck. praetulerunt Stephani et Lambini mixtam lectionem *dilatata et diffusa*. Meyerus praeterea vult: *Quod si est angusta quaedam atque concisa et alia collatata*, quum *est* post *alia* absit a Vit. Mon. Ven. 1. 2. Or. Ciceronis constans usus est de hoc genere orationis *dilatata et fusa* dicere: *collatata* ne alibi quidem repertum est.

accidere natura. Edd. ante Aldum *accedere*, ut ms. Vit., quod non video quare mutatum sit. *Id* de numero intelligendum: is accedit ad orationem, non inest natura. Ern. *Id* non est numerus, sed quod alia oratio est concisa sive incisim prolata; alia autem fusa i. e. ambitu conclusa. Id non *accedit*, sed *accidit*, neque est positum extra orationem, sed in ipsa oratione, quae non potest non incisis, membris et comprehensionibus constare. Ut autem oratio modo stabilis, modo volubilis sit, id accidit sane numero i. e. pedum vel brevitate vel proceritate. Ne auctor quidem ipse satis clare discriminat longitudinem membrorum et syllabarum in membris.

intervallorum. sive interspirationum, ut est apud Cic. de Orat. 3, 51, 198. Id est denique: membrorum orationis.

quibus implicata. Hoc est, in diesen bald längeren, bald kürzeren Satzgliedern erscheint die Rede abwechselnd und vermischt, bald stetig, bald flüchtig. Es ist aber nothwendig, dass eine solche Beschaffenheit der Rede in dem Numerus (*literis* i. e. morarum brevium et longarum comparatione) begründet sei, während der materielle oder syntactische Theil der Rede sich in der Satzverbindung, und nicht im Numerus (*non literarum* i. e. comparationis morarum etc.) darstellt. Series autem sententiarum haec est: Der Numerus der Prosa ist später anerkannt worden, weil er nicht unmittelbare Verbindung mit der Natur des prosaischen Ausdruckes hat, sondern ein Raffinement der Kunst ist. Denn etwas anderes ist die blosse Satzverbindung, etwas anderes die schnellere oder flüchtigere Bewegung der Rede, wie sie sich im Periodenbau zeigt. Verbis: *nam circuitus ille* etc. explicat, quam vim *numerus ipse* i. e. mera stabilitas et volubilitas sive delectus pedum, quibus clausulae temperantur, in circuitu orationis (im Periodenbau) exserat. Denique his: *Perspicuum est igitur* etc. omnia illa concludit et comprehendit, quae inde a §. 183. dixerat, hac ratione: Quum orbem, ut saepius dixi, oratio habere debeat, numeri autem vis vel maxime in orbe spectetur, perspicuum est, orationem numero

adstrictam esse debere; cum autem, ut ante (§. 183.) dixi, numerus in versibus apertior sit, quam in oratione, perspicuum aeque est, numerosam orationem esse debere, carere versibus.

quoniam — contineri. Haec verba sunt sine dubio vitiosa, nec quomodo corrigenda sint, reperio. Nihil est, unde pendeat *necesse est*, in quo est conclusio argumenti. Fortasse delendum est *quoniam*, ut haec cohaereant: *quibus implicata — oratio tum stabilis est, tum volubilis.* Et reliquum separandum a superioribus: *Itaque necesse est* etc. *Eiusmodi natura* erit in stabilitate et volubilitate. Ern. Hac constructione nihil in sensu mutatur, qui si antea obscurus erat, sic quoque manet. Nec potest dubium esse, unde verba *necesse est* pendeant. Schelleri Obss. p. 37. haec est suspicio: *quibus implicata atque permista oratione quoniam tum* etc. Hac correctione sensus nihil iuvatur, et constructio plana turbatur ac pervertitur.

naturam. Schutz. de suo dedit *varietatem.* Perperam. Nam hoc hunc sensum haberet: die Hauptsache in diesem Wechsel zwischen Stetigkeit und Flüchtigkeit ist der Numerus, unde sequeretur, praeter numerum aliud esse, quo illa varietas efficiatur. Quod falsum est. Cum autem dicitur *eiusmodi naturam numeris contineri,* sensus hic est: die Hauptsache in einer solchen Beschaffenheit, wodurch die Rede stetig und flüchtig ist, ist der Numerus, unde sequitur, alterum esse, quod in illa natura spectetur, sed prae numero lateat. Id est autem materia orationis, quae inest in verbis et verborum syntaxi sive consecutione.

... incitatior numero ipso fertur et .... labitur. Schutzius de coniectura scripsit: *vel incitatior numero ipso fertur, vel tardius labitur.* „Nam, ait, cum adiectivo *incitatior* non bene coit verbum *labitur,* nec vera est sententia sic expressa, quia non quaevis periodus incitatior fertur ad finem. Sic c. 64, 212. *fluat omnino numerus a primo tum incitatius brevitate pedum, tum proceritate tardius.* c. 59, 201. *interdum enim cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio.* Haec est probabilis coniectura, quanquam verba ipsa nemo praestare potest. Nullam vim habet id, quod Beierus obloquitur. Sic enim explicat: „*a primo* incitatius fluit, *tum paulatim* tardius labitur, donec insistat,“ et simul provocat ad locum Orat. 64, 212., quo Schutzius quoque usus est. Ibi autem *tum — tum* non potest significare *a primo — tum paulatim*, sed idem, quod altero loco (59, 201.) verba *interdum — interdum* significant. Eisdem duobus locis refellitur id, quod Meyerus dixit, verbis *fert* et *labitur* non diversa genera motionis indicari.

Cap. LVI.

§. 188. *Nam omnis talis — tribus.* Vid. Quintil. 9, 4, 79. Ern.

partitur in tria. Verba *in tria* mss. tribus aberant, quod non esse de nihilo putat Grut. Locus sane durus est, et fortasse vitiosus. Sensus est: pedis, qua partes tria genera sunt. In primo sunt partes aequales, ut in dactylo, anapaesto, spondeo: in altero inaequales, ut in iambo, trochaeo, ubi pars una altero tanto maior est altera: in tertio, ut in paeone, una parte sc. longa, reliquae sunt sesqui maiores. Sed res brevitate obscurius expressa est. Ern. Schutzius edidit: *partitur ita, ut* etc. „Nam pes, ait, partitur in duo, non in tria.“ *In tria* tamen mihi verum videtur, ut sit *in tria genera*, nam hoc ipsum *genera* modo aderat. Et infr. c. 66, 222. est: *E quatuor igitur, quasi hexametrorum instar versuum quod sit, constat fere plena comprehensio,* ubi omissio substantivi etiam durior est, sic supplenda: *e quatuor* membris spatii eiusmodi, *quod* etc. Nec video, cur non recte dicatur, pedem, qua spatia, in tria genera partiri. Non minus id, opinor, recte fit, quam partitio, qua impressiones vocis, in duo. Verba *in tria* omittuntur a codd. interpolatis Pith. Palatt. duobus, Erl. Sunt in sinceris, etiam Eins.

partem pedis — sesqui esse maiorem. Partem dicit arsin et thesin. Pars parti (arsis thesi) est aequalis, ut in dactylo: pars duplex est sive *altero tanto maior,* ut in iambo; sesqui autem est maior, cum thesis est trium brevium, arsis unius longae, ut in paeone. *Sesqui* Ruddimannus Gr. lat. Vol. 1. p. 118. adn. 41. dicit, quamvis in compositione fere semper inveniatur, ut in *sesquihora*, *sesquialter* etc., hic extra compositionem positum esse. Non assentior, nam *sesquimaiorem* iungendum est: eaque est solita tmesis, quod *esse* interpositum est. Male igitur Budaeus de Asse libr. 1. p. 10. haec verba ita transposuit: *aut altero tanto maiorem aut sesqui*, quem secutus est Gesnerus in Thes. L. L. Vol. 4. col. 420. 88 — 102., ut Beierus adnotavit. De re conf. Quintil. 9, 4, 47. Aristot. A. Rh. 3, 8.

Ita fit. Schutz. edidit: *ita fit aequalis dactylis, duplex iambis, sesquiplex paeoni,* vulgatam dicens absurdam. „Nam non ipse dactylus, ait, fit aequalis, nec duplex iambus. Sed haec est potius sententia: *Ita fit aequalis* pars alteri parti *dactylis, duplex* pars alterius partis *iambis, sesquiplex* pars altera alterius partis *paeoni.* Et sic c. 57, 193.“ Cur non etiam *paeonibus* scripsit, ut *dactylis, iambis?* „Haec per breviloquentiam dicuntur pro: Ita fit (extitit) dactylus, in quo inest modus aequalis; iambus, in quo duplex; paeon, in quo sesqui-

plex. Vereor, ne Schutzius ipsum Tullium castigarit interpolando: *aequalis dactylis* etc. Gothofredus in marg. annotavit, alios (sc. Lambinum in adnot.) reponere genitivos *dactyli, duplex iambi, sesqui paeonis*, ut subintelligatur *pars.*" Bei.

sesquiplex. Hoc Beier Victori Pisano tribuebat, at certe non est in edit., quam possideo, anni 1492. At reperi in Asc. 2. Crat. Herv. Cam. Lamb. Recepi cum Beiero ac Meyero. Ceteri cum codd. notis *sesqui.* Erl. *seqns* cum lineola. Or. Dr. *sequens.* Conf. c. 57, 193.

paean. Eins. Vit. Dr. Mon. Codd. duo Lambini, Edd. vett. Mey. Or. 2. *paeon* Erl. Grut. recentiores. v. Spalding. ad Quintil. 9, 4, 80.

§. 189. *Incidere vero omnes.* Quintil. 9, 4, 52. *et metrici quidem pedes adeo reperiuntur in oratione, ut in ea frequenter non sentientibus nobis omnium generum excidant versus; et contra nihil, quod prosa scriptum, non redigi possit in quaedam versiculorum genera vel in membra.*

quod vehementer est vitiosum — nosmet ipsos. Haec sunt in parenthesi dicta. Deinde verba: *senarios vero* cohaerent cum superioribus, nec est novae sententiae initium, ut in vulgatis. Ern.

Hipponacteos. Iambos trimetros scazontes huiusmodi:

ὁ μουσοποιὸς ἐνθάδ' Ἱππῶναξ κεῖται.

agnoscit. Sic plurimi libri scripti, etiam Eins. Mon. *cognoscit* Vit. Dr. Erl., „ut §. 183. *esse ergo in oratione numerum quendam, non est difficile cognoscere.* At §. 209. *si enim semper utare, cum satietatem affert, tum quale sit etiam ab imperitis agnoscitur.* §. 215. *primum enim numerus agnoscitur, deinde satiat.*" Mey.

§. 190. *Isocrati. Isocratis* libri scripti nonnulli cum Erl. *Isocrati* Eins. Mon. Grut. Mey. „Hae sunt antiquariorum sordes." Ern. *Isocrati* etiam ad Attic. 2, ep. 2. Vide Schirach ad h. l. et Goerenz. ad Finn. p. 175. 292. 535. 545. Maium ad 1. de Rep. p. 14. 40. Bei. y. Priscian. 6, 11. p. 285. Krehl. Schneider. Gr. lat. 2, 1. p. 166. Ruddimann. Gr. lat. Vol. 1. p. 58. adn. 71.

triginta fortasse versus. Multos latere iambos apud Isocratem notat Scholiastes ad Hermog. (Ioh. Siceliot. in Walzii rhett. Gr. Vol. 6. p. 349.) Maerck. de Theod. p. 79. adn. 5. v. Spengel. συναγ. τεχν. p. 152.

Hieronymus. Rhodius, peripateticus. v. Athenae. 13. p. 602. A. Aristotelis discipulus, ibidem 10. p. 424. F. Scripsit episto-

las, ibidem 10. p. 435. A. et ἱστορικὰ ὑπομνήματα ibidem 13. p. 557. E. p. 604. D. Conf. 2. p. 48. B. 5. p. 217. D. E. 12. p. 556. A. περὶ μέθης ibid. 10. p. 424. F. 11. p. 499. F. περὶ ποιητῶν, ibid. 14. p. 635. F. Memoratur etiam a Cicerone Acad. 2, 42, 131. Fin. B. et M. 2, 3, 8. Dionys. Hal. iudic. de Isocr. Vol. 5. p. 560, 7. Reisk.

anapaestica. Eins. *anapaesta* Dr. Mon. (ut videtur) Grut. Ern. Sch. Mey. *anapaestos* Vit. Or. 2. *anapaesticos* Erl. Med. Aldd. Iunt. Crat. Lamb. „Genus neutrum videtur id potius significare quod nos dicimus systema anapaesticum. Conf. Tuscul. 3. §. 57.“ Or. Possunt neutro etiam anapaestici cuiuscunque generis et longitudinis indicari.

malitiose. auf eine unredliche Weise; certe studio prave curioso, ut ait Boeckh. C. I. praef. Vol. 1. p. XXVIII. adn. 2.

anapaesticus. Codd. noti, etiam Eins. Erl. *anapaestus.* Alterum habent Ven. 2. Med. Crat. Lamb. Orellius conferri iubet de Orat. 3, 48, 185. Sequitur *iambicus* — *dactylicus* et *anapaestus* pedis nomen est, non metri.

Aristophanius. qui est huiusmodi:

πρὸς τοῦ Διὸς ἀντιβολῶ σε, φράσον, τίνες εἴσ', ὦ Σώκρατες, αὗται.

nec potest, nec necesse est. Tametsi §. 189. extr. dixerat: *vitiosum genus, et longa animi provisione fugiendum.* At ibi loquitur de vero versu, hic de versu non integro, sed qui arbitraria vel omissione vel additione integer fit.

corrector. Splitterrichter. Nam *censor* tantum honesto sensu dicitur. Versus in nulla oratione, si id de industria agas, non reperies. Itaque a veteribus quoque multis locis vel probatissimorum scriptorum versus inventi memorantur, ut apud Thucydidem 1, 8. ὑπὲρ ἥμισυ Κᾶρες ἐφάνησαν coll. Quintil. 9, 4, 78. Alter apud eundem historicum 1, 13. ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι. Tertium, item hexametrum, Scholiastes indicavit libr. 2, 49. φλυκταίναις μικραῖς καὶ ἕλκεσιν ἐξηνθηκός. Senarium apud Platonem Apol. Socr. c. 9. monstravit G. Herm. Opuscc. Vol. 1. p. 183. Ephorus quidem inter ipsam praeceptionem, ne versus in prosam admitteretur, versum admisit ipse, ut est apud Theonem prog. p. 19. ed. Basil. ὁ γοῦν Ἔφορος ἐν τῷ περὶ λέξεως δι' αὐτοῦ τοῦ ἀπαγορεύοντος λόγου, μὴ τῇ εὐρύθμου (scr. ἐῤῥύθμῳ) χρῆσθαι διαλέκτῳ, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ στίχον εἴρηκεν εἰπών· „πάλιν δὲ περὶ τοῦ εὐρύθμου διέξειμι“ etsi is Hipponacteus est, quem Cicero modo monuit difficillimum ad cavendum esse. Hexametrum heroicum et Ionicum, illum quidem ex or. de Coron. c. 47. p. 275, 12. R. alterum nescio unde notavit Longin. fragm.

3, 4. p. 162. ed. Weisk. Quin alumni gymnasii Cathedralis Magdeburgensis centum hexametros heroicos collegerunt ex scriptis Ciceronis, multosque praeterea ex Sallustii, Caesaris, C. Nepotis, Livii, Curtii, Taciti. Vid. Pädagog. und literar. Mittheilungen nebst Nachr. über das Domgymn. zu Magdeb. nr. 3. (Magdeb. 1826. 8.) p. 83 sqq. Notissimus est hexameter initio Annalium Taciti. Alterum in Germ. c. 39. p. 579. Oberl. reperias. De versibus in oratione per imprudentiam admissis multi multa, ut interpp. ad Demosth. c. Neaer. n. l. ab init. p. 1345, 4. Ern. et Fr. A. Wolf. ad Tacit. Annal. init. Ph. C. Hess in Variis Lectt. et Obss. ad Tacit. Germ. Comm. 1. p. 39 (ad c. 39.) Spalding. ad Quintil. 9, 4, 52. Vol. 3. p. 560. adde Quintil. ipsum ibidem §. 72. 76. et notitiam gymn. Magdeb. l. c. Sed multo plurimi ex his versibus et alia quae Dionysius, Longinus aliique rhetores iis accensent, in prosa oratione non magis sunt versus, quam hic est heroicus: *Urbem Romam a principio reges habuere.* Nam quum in prosa oratione numeri accentu regantur, accentus prosae orationis, non metricus in talibus versibus notandus est. v. G. Herm. de differ. pros. et poet. orat. p. 10. (in Opuscc. Vol. 1. p. 124 sq.)

quo reprehendit. Gothofr. coniecit: *quo Isocratem reprehendit.* Eadem coniectura est in marg. Lamb. a. 1584. Sed v. supra ad c. 43, 147.

inquirente. Eins. Vit. Dr. Edd. vett. Viet. Mey. *inquirenti.* Alterum recentiores inde a Stephano, etiam Or. 2. *requirente* Erl. „Conf. Meyerum et me in Wolfii Scholis ad Tusc. 5. §. 42.“ Or.

Cap. LVII.

§. 191. De toto hoc loco delectus pedum conf. Dionys. Hal. de C. V. c. 17. 18. inde a p. 106. Vol. 5. Reisk. (p. 220. Sch.) Quintil. 9, 4, 87. ibique Spalding. Vol. 3. p. 594.

in fabulis. i. e. im Drama. Horat. A. P. 80.:

Hunc socci cepere pedem grandesque cothurni,
Alternis aptum sermonibus et populares
Vincentem strepitus, et natum rebus agendis

i. e. δράματι, fabulis natum.

quod ille dactylicus. Ern. putat scribendum *quum*, quod res facile doceat. Ac profecto non senarii natura his verbis explicatur, sed dactylicus comparatur. *Quod* tamen servat Nonius s. v. *magniloquentia.*

Ephorus. in libro περὶ λέξεως. v. Marx p. 33. nr. VI. coll. p. 265. 266.

et trochaeum. Hunc Cicero in hoc libro perpetuo intelligit illum pedem, quem nos tribrachyn, ut c. 64, 217. *ne iambus quidem, qui est e brevi et longa, aut par choreo trochaeus, qui habet tres breves, sed spatio par, non syllabis.* Adde c. 57, 193. 194. de Orat. 3, 47, 182. Quintil. 9, 4, 82. Caesius Bassus p. 2666. de tribrachye loquens: *Cicero de Oratore* (Santenius ad Terentian. Maur. p. 106. emendat: *eum in Oratore*) *etiam trochaeum appellavit.* Choreus autem Ciceroni constat ex longa et brevi. Quintil. 9, 4, 80. *Ergo cum constent quatuor pedes binis, octo ternis: spondeum longis duabus; pyrrhichium, quem alii pariambum vocant, brevibus; iambum brevi longaque; huic contrarium e longa et brevi, choreum, non, ut alii, trochaeum nominemus.* „Alii contra choreum eundem dicunt, quem tribrachyn, ut Dionys. Hal. de C. V. c. 17. p. 106. Reisk. ὁ μὲν γὰρ ἐξ ἁπασῶν βραχειῶν συνεστὼς, καλούμενος δὲ ὑπό τινων χορεῖος, τρίβραχυς πούς. Hephaestion p. 10. τρίβραχυς, ὁ καὶ χορεῖος, eiusque Scholiastes p. 82. ὁ χορεῖος ὁ καὶ τρίβραχυς et Castor π. μετρ. ῥητορ. (apud Walz. Vol. 3. p. 714.) ὁ γὰρ χορεῖος δυνάμει τροχαῖός ἐστιν· αἱ γὰρ δύο βραχεῖαι τοῦ χορείου ποιοῦσαι μίαν μακρὰν ἀποτελοῦσι πόδα ἐκ μακρᾶς δυνάμει καὶ βραχείας." Maerck. de Theod. p. 78. adn. 4.

.... *brevitate et celeritate.* Schutzius edidit *temperata brevitate et proceritate syllabarum.* „Emendationem nostram, ait, confirmat locus Quintil. 9, 4, 87. *licet enim paeonem sequatur Ephorus — dactylumque, ut temperatiores brevibus ac longis.*" Sed fortasse hic brevium maxime in utroque pede syllabarum ratio habetur, quo respicit sequens *proclivius.* Ad tarditatem vel gravitatem longae syllabae propria vis verbi *labitur.* Bei. Pro *brevitate* Burchardi proposui *gravitate.* Una ratio Schutzii probabilis est.

et trochaeo. Immo tribrachye, quia dicit esse *e brevibus,* quod in trochaeo non est. Ern. Recte repugnat Santen. ad Terentian. Maur. p. 106., quum auctor ipse c. 57, 193. 194. trochaeum satis aperte indicet sibi tribrachyn esse. Adde c. 64, 217. et adnotata paulo superius.

e longis constaret. Meyer. e suis codd., quibus accedunt Eins. et Mon., restituit *e longis.* Alii vel *longis* vel *ex longis.* Conf. §. 198. „Totum fortasse sic scribendum: *quod alter e longis constet* (nam *constaret* locum non habet), *alter e brevibus: fieri alteram — orationem* etc. Ita recte respondebit superioribus: *brevitate et celeritate syllabarum labi verba proclivius,* atque ultima habebunt verbum, quod vix abesse potest." Ern.

§. 192. *Nam et qui paeana.* Schutz. omisit *et.* At ratio huius loci sic habere videtur: Post verba: *nam et qui paeana — amplissimum praeteriri* Aristotelis sententiam huic contrariam affert usque ad verba §. 194. *paean autem minime — dactylo, quem probat,* „ubi apparet, Ciceronem dicere voluisse: *nam et qui paeana praetereunt, non vident — praeteriri, et Ephorus ne spondeum quidem* etc.“ Matth. de anacoluthis ap. Cic. p. 5 sq.

Aristoteli videtur secus. A. Rh. 3, 8, 4—6., ubi §. 5. init. *οἱ μὲν οὖν ἄλλοι* sunt dactylus, iambus et trochaeus. conf. Demetr. de Elocut. §. 42. et Maerck. de Theod. p. 76 sq. adn. 3.

§. 193. *trochaeum — qui est eodem spatio.* Erravit Tullius optimus Orat. §. 193. coll. de Orat. 3. §. 182., cum *τροχαῖον* Aristotelis (- ⏑, qui aliis est choreus. conf. Buhle ad Aristot. Opp. Vol. 4. p. 518.) pro tribrachye acciperet. Neque enim, ut iam vidit Spaldingius cum aliis, non potuit de choreo (- ⏑) agere Rhetorum princeps graecus, cum tetrametri mentionem faciat. Ioh. Siceliotes p. 241. melius intellexit Stagiritae sententiam. Maerck. de Theod. p. 78. adn. 4. Aristotelis verba extant A. Rh. 3, 8, 4. *ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος· δηλοῖ δὲ τὰ τετράμετρα· ἔστι γὰρ τροχερὸς ῥυθμὸς τὰ τετράμετρα. eodem spatio.* h. e. totidem quidem moras, sed plures idem syllabas complectitur. Conf. c. 64, 217.

cordacem appellat. Imo cordaci aptiorem: *κορδακικώτερον* enim dixerat Aristoteles. „Erravit cum Cicerone Quintil. 9, 4, 88., dum scribit: *eique cordacis nomen imponat.*“ Maerck. de Theod. p. 78. adn. 4. init. Et tamen etiam Caesius Bassus p. 2666. dicit trochaeum (sed non pedem *vvv*, verum - ⏑) ab aliis *cordacem* appellari. Schutz. scripsit *κορδακικὸν appellat.* „Sic (ut in vulgata est), ait, Aristoteles non poterat appellare trochaeum sive tribrachyn. Nam *cordax* est ipsum saltationis genus. Imo potius eum *κορδακικώτερον* appellavit. Et iam Meursius in libr. de Orchestr. p. 41. praetulit *cordacicum.*“ *κόρδακα appellat,* volebat H. Stephan. lex. Cic. p. 155. Spalding. ad Quintil. Vol. 3. p. 595 sq. vetat Ciceronis locum attingere, ut qui etiam in trochaeo, quem accipit tribrachyn, Aristotelem minime assecutus sit. Meursii de Orchestr. emendationem, apud Ciceronem et Quintilianum scribentis *cordacicum — cordacici* improbat, certe praeferens *cordacium — cordacii.* Cordax erat unum ex tribus generibus saltationis, quo in comoedia utebantur. Alterum genus dicebatur *sicinnis,* idque satyricum fuit; tertium *emmelia,* idque tragicum. Tria illa genera eo genere, quod *Italica* dicebatur, Pantomimi iungebant. v. Lessing de Pantomimis Veterum in Opp.

Vol. 23. p. 191. §. 3. De l'Aulnaye de la saltation théatrale (Paris 1790. 8.) p. 25. nr. X. p. XXVIII. adn. 41. Boeckh. de metris Pindari 3, 13. p. 269 sq. interpp. ad Aristoph. Nub. v. 540. „Fronto Epistt. p. 124. Nieb. *Sed non modulatas aeque fateor* (esse sententias): *neque ita cordaces (cordaceas* Heind.); *ita est: neque ita tinnulas: non nego.*" Mey.

esse autem tertium ac medium inter illos. i. e. paeana esse tertium ac medium inter iambum et trochaeum (2 : 1) ac dactylum et spondeum (1 : 1). Quippe paeanis ratio est $1\frac{1}{2}$: 1, et proinde inter 1 et 2. Aristot. A. Rh. 3, 8, 4.: *λείπεται δὲ παιάν, ᾧ ἐχρῶντο μὲν ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξάμενοι· οὐκ εἶχον δὲ λέγειν τίς ἦν. ἔστι δὲ τρίτος ὁ παιὰν καὶ ἐχόμενος τῶν εἰρημένων· τρία γὰρ πρὸς δύο ἐστίν, ἐκείνων δὲ ὁ μὲν ἓν πρὸς ἕν· ὁ δὲ δύο πρὸς ἕν· ἔχεται δὲ τῶν λόγων τούτων ὁ ἡμιόλιος· οὗτος δ' ἐστὶν ὁ παιάν.* Nominaverat in praecedentibus heroum i. e. dactylum et spondeum, (v. Maerck. de Theod. p. 81. adn. 12.) iambum et trochaeum.

de quibus ante dixi. Haec referuntur ad verba: *Sunt enim qui iambicum putent* §. 191. et simul ad Ephorum, qui una cum paeone dactylum probabat.

§. 194. *Iambus enim — in versum cadunt.* Hoc est, passen am besten zum Vers. Vid. citatos a Maerckero de Theod. p. 79. adn. 5. Ceterum his verbis: *Iambus enim* etc. proxime sequens sententia ita explicatur, quasi scripsisset: *Et ut versum fugimus in oratione, sic hi sunt evitandi continuati pedes; iambus enim et dactylus in versum cadunt maxime. Aliud autem quiddam est* etc.

Ephorus vero. Quintil. 9, 4, 87. 88. coll. Dionysio Hal. de C. V. inde a c. 17. Dixerat autem auctor supra §. 191.: *Ephorus — fugit spondeum et trochaeum.*

quod idem facit in trochaeo. i. e. non intelligit, trochaeum (ex sensu Ciceronis tribrachyn) aequalem esse iambo. At Ephorum probabile est trochaeum intellexisse eum pedem, qui vulgo intelligitur (– ◡), ideoque, si verum quaeris, non dissensisse a Cicerone, quae est suspicio Maerckeri de Theod. p. 81. adn. 11. valde probabilis.

§. 195. *Sentio — esse quasi permistos.* Ernestio videbatur aut addendum esse, aut intelligendum *debere.* Hoc facilius fiet, si pro *sentio* legas *censeo.* Nam in *censeo, putare, ἡγεῖσθαι* etc. simul inest notio verbi *debere* et sufficit iis adiectus infinitivus sine verbo *debere.* Quare nescio an Lambinus verba scriptoris corruperit magis quam emendaverit, scribens in Epistt. Famil. 4, 12. Vol. 5. p. 42. ed. Sch. *Quare magnopere putavi —*

perscribi oportere, adiecto de suo verbo *oportere*. Ceterum idem ac Cicero sentit Quintil. 9, 4, 87. Conf. de Orat. 3, 47, 182.

oderis. Sc. id, quod nimis est vinctum et poemati simile. Converte: so dass man es übertrieben findet. Vid. supr. adn. ad c. 8, 25. Consentit Schutzius: „*ut ab altero* sc. nimis dissoluto *non delectere*, *alterum* sc. nimis vinctum et quod de industria factum appareat, *oderis* i. e. taedio ex affectata concinnitate afficiaris.“ Aberravit a sensu Goerenz ad Cic. Fin. B. et M. 1, 5, 14. p. 19. ita interpretatus: so dass man sich von Seiten des einen nicht unterhalten, durch den andern übel gestimmt fühlt, addens: *ab altero*, poemate; *alterum*, vulgi sermonem. Imo: so dass man von Seiten des einen, des, wie die gewöhnliche Sprache, haltungslosen Ausdruckes kein Vergnügen findet, und das andere, welches, da es Prosa bleiben sollte, fast wie Verse lautet, übertrieben findet. *Odisse* esse fastidire aliquid ut putidum, non ut excultum amare, notum est.

§. 196. *permista et temperata numeris*. Schutz de suo dedit: *permista et implicata numeris*. „Sic, ait, Cicero supra c. 55, 187. dixerat.“ Sed conf. §. 195. *permixtos et confusos* c. 58, 197. pr. Bei. Vulgatam retinens interpretor: in Hinsicht des Rhythmus im gehörigen Grade auch mit den übrigen Füssen gemischt. Non necesse erat, ut auctor ipsa verba repeteret, quibus alio loco usus erat. Atque *miscere* et *temperare* tam solenne est componi, ut quasi sua sponte calamum subeant, velut paucis versibus hinc, et de Offic. 3, 33, 119. etc. Sed nondum rem transegimus. Orellii haec verba sunt: „Sane Schutzii coniectura omni caret probabilitate. Molestum tamen est *permixta et temperata* — *reliquis etiam numeris* — *temperata*. Sic etiam Eins. Sed hoc ultimum corruptum videtur, quum Vit. habeat *comparata*. Iam quum statim sequatur *purpurae* similitudo, vide ne in *comparata* lateat *colorata*, ut §. 42. *eloquentia ipsa se colorat*. Malim tamen e §. 199. *terminata*. Utriusque vocabuli et *temperata* et *terminata* compendium valde simile est in cod. Eins.“ *Colorare* de oratione dictum quid sit, suo loco (ad c. 12, 42.) dictum est. Id quam maxime est ab hoc loco alienum. Neque tales repetitiones auctorem, hoc praesertim in libro, fugere exemplis sat multis, opinor, in adn. ad c. 27, 91. demonstratum est.

Cap. LVIII.

Quos autem numeros. Constructio haec est: quos autem numeros, tanquam purpuram, eum quibus misceri oporteat. Manutius in Quaesitis per epistt. (in Gruteri Face crit. Vol. 4.) p. 278.

hunc locum referebat ad togas purpura tinctas et auro illitas. Perperam. Imo refertur ad purpuram cum purpura miscendam. Nam lanas constat a Tyriis bis tingi solitas, unde *dibaphae* dicebantur, quo purpura fiebat vel rubra laetior, vel violacea, prout aut buccino aut pelagia prius utebantur. Verum id non fiebat sine magna artis lanam inficiendi peritia, et purpuras miscendi solertia: erat inter alia magni artificii purpuram apte temperata vi ignis coquere. Vid. Heeren Ideen üb. die Politik etc. der vorn. Völker d. Alterth. 1, 2. p. 101. ed. Gottingens. anni 1815.

demisso. der anspruchslosen Rede.

§. 197. *in amplioribus.* in der edleren.

Ita in varia. Orell. 2. ex Eins. et Rufin. p. 2724. ed. Putsch. dedit *itaque* v. adn. ad c. 46, 155.

quadrandae. Bestreben, der Rede eine regelmässige Gestalt (Ebenmass) zu geben.

minus delectarent. Minus accessit ex coniectura Purgoldi. Haec ipsa vox alieno loco legitur post *Nec vero* in Eins. Vit. Dr. codd. Regii. *Nec vero nimis is* Mon. *Nec vero nimius is* primus dedisse videtur Ald. *Nec vero nimius is cursus est* Lamb. ex coniectura. Pro coniectura Purgoldi loquitur, quidquid auctor dixit in laudem numeri, inprimis autem cum in toto c. 70., tum §. 234.

§. 198. *et aequaliter.* Schutzius legendum suspicatur *et aequabiliter.* Aliter sentio. Nam *aequabile* i. e. lene et mite (vid. Ern. ad Tacit. Annal. 6, 31.) minus huic loco convenit, quam *aequale* i. e. concinnum. Nec vero placet Ernestii explicatio huius loci in cl. Cic. (s. v. *Aequaliter*), dicentis: „*aequaliter ingredi et constanter* dicitur oratio numerosa, quae non mox fluens et lenis, mox hiulca et aspera est.“ Imo dicitur oratio, quae cum membrorum concinnitate et non intervallis modo longioribus, modo brevioribus ingreditur. Ernestii interpretatio magis conveniret cum scriptura *aequabiliter.* Denique *aequaliter* non minus hic recte habet, quam infr. c. 61, 205., ubi Lambini audacia rursus *aequabiliter* posuit.

nisi ut ne immoderata. Sic Schutz. dedit. Libri scripti, etiam Eins., *nisi aut ne* etc. Lamb. *nisi ne aut* etc.

tibicini. Puto dativum esse; certe non *tibicinii* adversis libris cum Orellio scribendum est, adde adverso usu scribendi eius aetatis.

percussionum modi. Tactbezeichnungen.

universa comprehensio. der Bau der Rede im Ganzen.

Cap. LIX.

§. 199. *atque in extremis.* Schutzius de suo addidit: *an solum in extremis.* Ac sic utique legitur c. 61, 204. At audiendus est Beierus: „Variatur hic oratio; *plerique enim* est pro *an*, *ut plerique censent, oporteat.*"

non id solum. Schutz. de suo dedit: *non ut id solum,* „improbante Goerenzio ad Acad. 2, 20, 66. p. 123. Non tamen priorem *ut* pro *licet* acceperim, sed agnoverim periphrasin in *est*, *ut* et *non* pro *neque vero* dictum. Conf. de Rep. 2, 2. *ut genere etiam putarentur, non solum esse ingenio divino,* ubi Schutzius parum attentus fuit ad interiorem structurae rationem." Bei. Reprehendendus est, qui haec mutanda statuerit, quum tamen facillime ad verba *non id solum* cogitatione addatur *quod decet.* Praeterea vellem nobis indicasset alia solutae orationis exempla, in quibus dicatur *est, ut* eodem modo, quo ἔστιν ὅπως. Burchard. Exemplum praebet Sestiana §. 97. *Esto igitur, ut ii sint* (optimates), dictum pro: *Ii igitur sint optimates.* Recte Beier periphrasin videtur agnovisse. Or.

ponendus, non abiiciendus. sc. totus, non clausula solum, ut accepit Schutzius. Bei. Man muss die Periode nicht hinwerfen, sondern hinsetzen i. e. die Periode muss sich von Anfang an als solche zeigen und so gegen das Ende fortbewegen, nicht erst am Schlusse diesen Charakter annehmen.

sed ad hunc exitum tamen. Non satis video, quare *tamen* hoc loco sit. An Cicero scripsit: *iam inde a principio* etc. Sic infra paulo post: *ut iam a principio* in eadem sententia. In marg. ed. Lips. est varia lectio *tam*, et pro coniectura *etiam.* Ern. *Tamen* recte habet, quia sensus est: finis quidem periodi inprimis prae ceteris partibus numerosa esse debet, nec *tamen* initium numero prorsus destitui. Ita haec video explicari etiam a Schellero Obss. p. 37.

ut — ipsa consistat. dass sie von selbst i. e. den Forderungen der Natur (des Athems), des Sinnes (der Interpunction), und des Rhythmus (des Ebenmasses) gemäss still stehe. Cic. de Orat. 3, 49, 190. *efficiendum est illud — nobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interius* (i. e. ne insistat ante finem ipsius sententiae), *ne excurrat longius: ut membris distinguatur, ut conversiones habeat absolutas* i. e. in sich abgeschlossene Rundung, Vollendung. Hinc periodi definitio apud Aristidem περὶ λόγου πολιτ. p. 66. et Demetr. de Elocut. §. 10., ubi εὐκατάστροφα sunt membra concinnae brevitatis, quod idem Cicero vult, iubens periodum fere quatuor hexametrorum longitudine esse, nec minus certe duorum membrorum c. 66, 221. 222. 67, 225.,

itidemque Aristoteles A. Rh. 3, 9., praecipiens ut periodus habeat μέγεθος εὐσύνοπτον. Adde auctorem ad Herenn. 4, 19, 27. *Continuatio* (sic enim periodum appellat) *est densa et continens frequentatio verborum cum absolutione sententiarum.* Verum inter Aristotelem Theophrastumque in definienda periodo cum Cicerone hoc interest, quod illi tantum absolutionem periodi syntacticam, Cicero autem praeterea rhythmicam esse vult, ut patet ex c. 68, 228. *Hanc igitur — compositionem adhibere necesse est, si ornate velis dicere, non solum, (quod ait Aristoteles et Theophrastus), ne infinite feratur, ut flumen, oratio, quae non aut spiritu pronuntiantis, aut interductu librarii, sed numero coacta* (durch die Forderungen des Rhythmus genöthigt) *debet insistere:. verum etiam quod multo maiorem habent apta vim, quam soluta.* Neque in Aristotelis definitione periodi A. Rh. 3, 9. numerus commemoratur.

§. 200. *verba concurrunt.* Hoc est, in mentem veniunt. Ern. Similis est usus eius verbi apud Horat. Epistt. 2, 1, 205.:

— concurrit dextera laevae

die Rechte eilt nach der Linken, schliesst sich an die Linke an. Sed tamen hic est multum diversus usus, de quo vid. interpretes ad Tacit. Annal. 14, 54. Praesenti loco translatio facta est a servis, qui hero vocante ad eum convolant, et inde dimittuntur ad suum quisque ministerium. Conf. Quintil. 8. prooem. 30.: *Si praeparata vis dicendi fuerit,* (verba) *erunt in officio, sic ut non ad requisita respondere, sed ut semper sensibus inhaerere videantur, atque ut umbra corpus sequi.* 10, 3, 9. *Nam primum hoc constituendum, hoc obtinendum est, ut quam optime scribamus: celeritatem dabit consuetudo. Paulatim res facilius se ostendent, verba respondebunt, compositio prosequetur: cuncta denique, ut in familia bene instituta, in officio erunt.*

§. 201. *est enim in utroque.* Hoc est, denn es hat jede von beiden Gattungen *(utroque)* ihren eigenthümlichen Stoff und ihre eigenthümliche Behandlung. His verbis explicatur, praeter numerum etiam reliqua ornamenta poeticae et orationi communia esse.

Ternae — partes. Verborum. interpunctionem emendavit Schutzius, ante quem haec obtinebat: *Ternae — partes verborum: Translatum* etc.

utriusque. h. e. in der Wahl der Wörter (materia) und der Wortstellung (collocatione).

quas diximus. c. 44, 149.

§. 202. *in utroque.* in verbis et legendis et collocandis.

quasi necessitati. i. e. sie folgen einer Art von Zwang. Etenim poetae certus syllabarum et ordo et numerus praescriptus est. Qui autem, hic aliquis quaerat, poetae *liberius* etiam numeris utuntur, si in numeris necessitati parere coguntur? Etenim *liberius* est largius, et poetae, qui id, quod totum constat e numeris, tractant, numero largius utuntur, quam scriptores prosae orationis, apud quos nonnihil etiam extra modum fit.

nec nimis esse diversa, neque nullo modo coniuncta. Hoc est, doch lässt sich nicht denken, dass diese Rhythmen ganz heterogen, noch dass sie auf keine Weise verwandt seien. Vulgo legebatur: *neque ullo modo coniuncta*, „prorsus inepte: sic enim alterum disiunctionis membrum nihil differret a priore.“ Schutz., qui tamen et ipse minus apte scripsit: *neque nullo non modo coniuncta intelligi licet.* Etenim *neque ullo modo* etc. est: doch lässt sich nicht denken, dass diese Rhythmen ganz heterogen, und nicht auf irgend eine Weise verbunden seien i. e. dass sie auf keinerlei Weise verbunden seien. Hoc vero idem est, ac quod in priori membro dixit. At *neque nullo non modo* est, doch lässt sich nicht denken, dass diese Rhythmen ganz heterogen, und nicht auf jede Weise verbunden seien, id quod absurdum est.

numerus extet. h. e. manifesto appareat. Sic de Orat. 1, 16, 72. *apparet atque extat.* Schutz.

Cap. LX.

§. 203. *Si locus: in omni parte verborum.* Haec verba Meyerus seclusit, quia mox idem repetatur verbis: *si quo loco, in tota continuatione verborum.* At auctor §. 179. item dupliciter de loco quaesivit: *ubi sit positus*, dein: *quo loco.* Vid. Prolegomena de doctr. numeri c. 2. §. 1. Prior quaestio ad omnem partem orationis, membra, incisa, ambitum; altera ad solum ambitum; altera ad naturam, ad usum numeri altera refertur. vid. c. 59, 199. 61, 204.

quorum modum notat ars. Meyerus ex coniectura P. Victorii V. L. 13, 6. edidit *non notat ars.* Verum si, ut legitur §. 183., *notatio naturae et animadversio peperit artem*, quomodo ars negari potest notare naturam i. e. modos? Atque *notare* idem est, quod *definire:* quod aures *ipsae* i. e. sine arte *tacito sensu* notant, id arte i. e. claro sensu praeditae non notabunt?

tacito sensu. ἀλόγῳ τινὶ αἰσθήσει.

Cap. LXI.

§. 204. *in quo quaesitum est.* i. e. in quo a Graecis rhetoribus quaeri solet. Burchard.

numerus — *numerosum*. etwas anderes ist der Vers, etwas anderes der prosaische Numerus.

§. 205. *particulas incidere*. i. e. membra periodi. sic et mox §. 206. *deque eorum* i. e. periodorum *particulis*. Ern.

quibusque partibus. sc. breviores aut longiores, um welche Füsse länger oder kürzer. Partes enim dicit pedes.

pluribusne an singulis. sc. pedibus utendum sit. v. c. 67, 224.

imparibus an aequalibus. sc. pedibus, ut ex responso ad has quaestiones patet, quod extat c. 67, 224. *nam in iis* (membris et incisis), *quibus*, *ut pugiunculis*, *uti oportet*, *brevitas facit ipsa liberiores pedes. Saepe enim singulis* (pedibus) *utendum est*, *plerumque binis*, *et utrisque* (i. e. et singulis et binis) *addi pedis pars* (syllaba) *potest; non fere ternis* (pedibus) *amplius*. Ablativi igitur *pluribusne an singulis* et *imparibus an aequalibus* pendent a verbo, quod sequitur: *sit utendum*, et proinde distinctio emendanda fuit, quae vulgo sic habet: *pluribusne an singulis; imparibus an aequalibus; et quando aut his aut illis sit utendum*. Si quis tamen etiam verba *quibusque partibus* ad verbum *utendum sit* trahere velit, nihil adversor. Tum sic interpungendum est: *idque quando aut cur; quibusque partibus*, *pluribusne* etc. etc.

in eo genere. hoc est, in pedibus inter se collocandis.

§. 206. *forma verborum*. i. e. concinnitas, ut patet ex c. 65, 219. 220., ubi postquam compositionem et concinnitatem distinxit, et primo locutus est de compositione, deinde pergit: *formae vero quaedam sunt orationis*, *in quibus ea concinnitas inest*, *ut sequatur numerus necessario*. Et hinc enumerat figuras isocoli, antitheti, homoeoteleuti: et patet ex proximis, ubi de particulis periodorum loquitur, et longitudine earum particularum, unde concinnitas pendet. His adde de Orat. 3, 43, 171.

continuatio verborum — *collocationem primum*, *deinde modum quendam formamque desiderat* i. e. fordert erstlich Anordnung der Rede, dann eine gewisse Abmessung der Satzglieder und eine gewisse regelmässige Gestaltung der Rede. Denique *forma* his duobus locis est idem, quod c. 49, 164. et 54, 181. 182. dicit *genus verborum*. Eademque illa voce *formae* rursus utitur de Orat. 3, 44, 173. *hanc diligentiam subsequitur modus etiam et forma verborum*, et paulo inferius in eadem §. eandem rem dicit *verborum et sententiarum modo interpunctas clausulas*, et paulo post §. 174. poetis et musicis tribuit *verborum numerum* et *vocum modum*. Denique eodem loco postremo §. 176. est: *nam cum vinxit modis et forma* (orator), *relaxat et liberat*

immutatione ordinis, ut verba neque alligata sint quasi certa aliqua lege versus, neque ita soluta, ut vagentur i. e. ut concinnitate careant. Perperam hunc locum interpretatur Beierus, ita scribens. „Ex iis, quae a Graeculis quaesita sunt, alia a nobis iam disputata sunt; explicanda restant haec.“ *Etiam* nihil significat nisi, praeter ea quae iam dixi explicanda esse. Pergit: Primum *unde orta sit forma verborum*, scil. e genere ἐπιδεικτικῷ §. 207. conf. §. 37.“ At §. 207. nihil est aut de origine verborum formae, aut de forma verborum ipsa, sed tantum docetur, in genere ἐπιδεικτικῷ et historia utendum esse ambitu orationis, non oratione membratim et incisim elata. Et §. 37. *formam* intelligit dicendi genus. Pergit: „Perperam Schirachius et Hauffius vocabulum *forma* de verborum origine acceperunt. Immo pariter ut c. 62, 211. *haec forma* est *numerosa oratio*.“ Imo ibi *haec forma* est: hoc numeri genus, et significatur orationis ambitus (die periodische Rede).

totius generis. i. e. des Numerus und Periodenbaues überhaupt.

accommodatur. sc. totum genus, denn nicht zu Einem Puncte, sondern zu mehreren ist der Numerus und Periodenbau wohl geeignet h. e. nicht bloss zum Wohlklang, sondern auch zur Belehrung, Vermehrung der Verständlichkeit etc. v. Matthiae Theorie des lat. St. p. 17. 19. adn. et prolegg. de doctr. numeri c. 3. §. 2. extr.

§. 207. *singulis satis*. sc. et rebus et generibus dicendi i. e. für die einzelnen Puncte und die einzelnen Redegattungen. Hoc alterum (generibus) supplendum prorsus esse videtur, quia sequitur: *Remotis igitur reliquis generibus unum selegimus hoc* etc., prius autem (rebus) sua sponte intelligitur, quia praecessit; *ad singulas res*.

CAP. LXII.

Isocrateo. De dictione Isocratis et Isocrateorum vid. Maercker de Theodect. p. 93 sq. adn. 3. 4. 6. et totam §. 41. De Theopompo adi Cic. Brut. 17, 66. de Orat. 3, 9, 36. coll. Brut. 56, 204.

in singulis. i. e. in solchen Sätzen, die jeder für sich ein vollendetes Ganze ausmachen.

§. 208. *aliquo — in numero*. von einiger Bedeutung. v. Loers ad Ovid. Heroid. Vol. 1. p. 82.

sua fides. dass seiner Leichtgläubigkeit Schlingen gelegt werden.

§. 209. *dolorem.* die Theilnahme, das Mitgefühl an der Rede.

humanum sensum. die natürliche Wärme der Empfindung, mit welcher der Redner sprechen soll. Nam *humanum* hic est id, quod hominem decet.

actoris. des Sprechers. Sic etiam c. 19, 61. orator appellatus est, sed ratione actionis i. e. gestus. Ceterum ex hoc loco profecit Quintil. 9, 4, 102. *finem versus damnamus in fine orationis,* et ibidem §. 143. *Nam et versificandi genus est, unam legem omnibus sermonibus dare: et id cum manifesta affectatio est (cuius rei maxime cavenda suspicio est) tum etiam taedium ex similitudine ac satietatem creat:, quoque est dulcius, magis perit: amittitque et fidem et affectus motusque omnes, qui est in hac cura deprehensus: nec potest ei credere, aut propter eum dolere et irasci iudex, cui putat hoc vacare.*

Cap. LXIII.

§. 210. *in accusationis secundo.* In Verrin. act. 2. libr. 2. c. 1, 2. et sqq.

ut in senatu. ut e coniectura in marg. Lambini et Ernestii pro *aut in senatu.* Ven. 1. *ut senatu.* Coniectura illa firmatur ab optimo cod. Eins.

de consulatu meo. vide ad Attic. 1, 14. Plutarch. Vit. Crass. c. 13. sub fin. Bei. Pessime orationem de consulatu Schirach, de oratione post reditum in senatu, Billerbeck. de Catilinaria quarta interpretati sunt. Or. Etenim orationis post reditum haec ratio erat: Ciceronem postridie post reditum (h. e. Nonis Septembr. a. U. 696 = 58.) ab exilio senatui gratias egisse et eodem biduo concionem ad populum habuisse constat tum ex Dionis Cassii 39, 19. tum ex epistolis ad Attic. 4, 1, 2. Vol. 2. p. 6. ed. Schutz. At ea quae extat oratio post reditum in senatu, a Ciceronis manu non profecta est, ut demonstravit Fr. A. Wolf. post. Marklandum (v. M. Tullii Ciceronis quae vulgo feruntur Orationes quatuor — recognovit, animadversiones integras I. Marklandi et I. M. Gesneri suasque adiecit Fr. A. Wolf. Berol. 1801. 8.) Conf. Schutz. Opp. Cic. 8, 3. p. VII. et inprimis p. X. Haec igitur post reditum oratio alia erat, quam ea, quam hic dicit *de consulatu* suo. Ex ea Nonius s. v. *Census* haec verba affert: *quorum luxuries fortunata censa peperit.*

doloris. Affect, Rührung.

in quarto Accusationis. De Cerere Ennensi est in Verrinis Act. 2. libr. 4. c. 48. 49. — de Segestana Diana ibidem c. 33. 34. — de Syracusarum situ ibidem c. 52 sqq.

in amplificanda re. in einer Darstellung, worin man darauf ausgeht, die Sache in den Augen der Zuhörer als sehr wichtig darzustellen. Auctor ad Herenn. 3, 13, 23. *amplificatio est oratio, quae aut in iracundiam inducit, aut ad misericordiam trahit auditoris animum.* Vid. c. 36, 125.

quod — voluisse nos. sc. quod nos conatos esse perorationes nostrae declarant. Quemadmodum enim post *quod* sequitur *id*, ita post *qui*, *quae*, *quod*, ad praecedentia spectans, nomen ipsum, quo *qui* etc. spectabat, additur, velut hic additur *voluisse nos atque animo contendisse.* v. Matth. anacoluth. ap. Cic. p. 17. et in Miscc. crit. Seebodii 2, 3. p. 85. Beier ad Cic. de Offic. 3. §. 112. p. 396. Conf. supra adn. ad. c. 16, 52. Quare non est, cur *quod* alicui suspectum sit de vitio, ut Ernestio erat, qui id male convenire dicens principio: *id vos* etc. putabat esse delendum, addiditque: „si abessent media: *voluisse — contendisse*, locum haberet *quod.*"

id autem tum valet. Hunc locum imitatur Quintil. 9, 4, 129. *totum autem hoc adhibendum est, quod sit amplius compositionis genus, cum iudex non solum rem tenet, sed etiam captus est oratione, et se credit actori, et voluptate iam ducitur.*

non enim id agit. Schutz. de suo dedit: *non enim tum id agit*, nexus causa, ut ait. Sensus est: denn dann ist der Zuhörer nicht darauf bedacht, auf der Lauer zu stehen, ob er etwa etwas Tadelnswerthes bemerke. „Arriperem *iam* pro *tum;* sed ea ipsa particula mox sequitur." Bei. Mihi ut Burchardio post superiora illa *id autem tum valet* prorsus supervacanea videtur particulae istius repetitio. Or.

ut insidietur et observet. Lambinus edidit *ut insidiatorem observet*, cui praeierant ii, qui *ut insidiantem observet* scripserant. Id primum Orellius invenit in Asc. 2. Lambini lectionem recepit Schirachius. Lambini ipsius in adn. haec verba sunt: „*ut insidiatorem observet* esse legendum, etiamsi nulli codd. mss. adiuvarent, sententia et veritas ipsa declarat. Nunquam enim iudex insidiatur oratori aut actori, sed ab oratore tanquam insidiatore sibi interdum timet." Hinc Orellio videtur manifestum esse, Lambinianam lectionem ipsius coniecturae deberi, eoque magis, quod in codd. interpolatis, quales ille aliquot habuerit, haec desint. Certe Eins. et codices Meyeri nostram firmant lectionem. „Si vulgatum placet, intellige: oratori, et eum observet." Ern. Schutz. vulgatam veram esse posse putát, modo *insidietur* eo sensu capiatur, ut sit astute speculari, quid alter agat, et addit ita poni de Orat. 1, 21. Puto autem eum intelligere de Orat. 1, 30, 136., ubi Bipontini sic ediderunt soli:

insinuando pro *insidiando*, immemores igitur praesentis loci, sicut Lambinus illius.

non anquirit quod. Ven. 2. *anquirit.* Med. *acquirit.* Eins. Ox. Dr. Mon. *adquirit.* Vit. Ven. 1. Tul. Aldd. Iunt. et recc. *inquirit. quid* Eins. Dr. Mon. Med. *quod* Vit. Ven. 1. Tul. Ald. Iunt. et recc. Ern. non sprenit *anquirit*, addens, sic *inquirit* correctum esse docta manu in ed. Tulichii. Idem ad Cic. de Offic. 2, 13, 44. *anquirere* negat diversum esse ab *inquirere*, nec differre nisi pronuntiatione. At Gernhard ad Cic. de Offic. p. 12. *anquirere* vult esse quaerere, quo utaris, quod tibi adiungas. Adire iubet Graevium ad Lael. c. 23, 87. Conf. Nolten. lexic. antib. p. 21 sq. interpp. ad Tacit. Annal. 12, 6. 13, 6. 14, 22. Hist. 2, 59. Beier. ad Cic. de Offic. 1. §. 105. p. 229. Vol. 1. et Vol. 2. p. 215.

§. 211. *quam ipse ..... includit.* Sic libri scripti, etiam Eins. Apud Ernestium est, Guilielmum correxisse *ipsa*, Sed hic error operarum Ernestii est. Miro autem casu factum esse scribit Orellius, ut error iste typographicus placeret Schirachio, Burchardio, Billerbeckio, nec displiceret Beiero. Idem et Beierus referunt, Guilielmum correxisse *quam ipsam cludit.* Illud *ipsa* Beierus ita explicat: „conf. §. 122. extr. Sic edidit iam Schirach., i. e. cuius ipsa maxime propria est. Peroratio proprie ad hanc formam pertinet.“ De altero ita disputat: „Facilius reposueris *quam ipsam.* Nam accusativi terminationem absorpsisse videtur prima proximi vocabuli syllaba.“ Ern. fatetur, se totum membrum non intelligere. Lambinus delevit verba *quam — includit.* Or. 2. edidit *quam ipsam includit*, quam scripturam ita interpretatur: „quam totam occupat atque terminat. Placeret *concludit*, ut est §. 122., nec tamen id prorsus necessarium iudico.“ Schutzius scripsit: *quam ipse finis includit*, cum hac explicatione: „Cicero dicit, formam hanc numerosam et periodicam non diu retinendam esse, neque id se monere de peroratione, quam scilicet ipse finis orationis includat, ut in ea illa forma per se diu contineri non possit, sed potissimum de reliquis orationis partibus.“ Meyerus omnia haec verba: *nec dico — partibus* ut interpolatum seclusit, quod non videtur cum sana critica convenire. Idem vocabulum *finis* supra §. 163. positum, hic autem omissum turbas dedisse videtur.

cum id appellandum sit. Ern. putat, recte abesse *id* in Ven. (1. 2. adde Tul.)

propter rerum ignorationem ipsarum. Haec est consuetudo auctoris frequentissima, ut regens rectis interponat. Goerenz. ad Cic. Acad. 2. p. 166[b].

CAP. LXIV.

§. 212. *iam videbimus: nunc. Nunc* et *iam* inter se opponuntur hac quidem ratione, ut *nunc* praesentiam significet, *iam* autem punctum temporis aliquod certum designet. HAND. Vol. 3. p. 126. 127. Imo proximum praesenti tempus, ut sit zunächst. Pro hoc supra c. 49, 163. loquitur sic: *de numero mox, nunc de sono quaerimus.*

tum incitatius. Rufin. p. 1718. Putsch.

contentiones. Hoc est, argumentationes. Auctor ad Herenn. 3, 13, 23. *Contentio est oratio acris, et ad confirmandum et ad confutandum accommodata.* Orat. 67, 225. *incisim autem et membratim tractata oratio in veris causis plurimum valet, maximeque his locis, quum aut arguas, aut refellas* i. e. in contentionibus.

modis pluribus. Lambinus omnino pertendit reponendum: *pedibus pluribus*, oblitus praecessisse: *nunc quot modis mutentur comprehensiones* etc. item dixisse Tullium supra c. 58. sub fin. *itaque non sunt in ea tanquam tibicini percussionum modi.* GRUT. Hoc alterum exemplum non aptum est ad refellendum Lambinum.

Asia maxime. Reprehendit, ni fallor propter hunc usum, varietate carentem, Hieroclem et Meneclem, fratres, Asianae scholae rhetores, quos infr. c. 69, 231. arguit omnia fere uno modo conclusisse. M. Tullius autem oratores dividit in Asianos, Atticos, Rhodios. „De qua divisione v. inprimis Voss. de art. orat. 6, 6, 2. item Quintil. 9, 4, 103. 12, 10, 16. Dionys. Hal. Vol. 5. p. 447, 48. Reisk.“ SPALDING. ad Quintil. prooem. 8, 17. Vol. 3. p. 185.

e singulis. wo jeder Fuss eine Länge und eine Kürze enthält.

§. 213. *sua sponte.* De collocatione vocum *sua sponte* et *sponte sua* conf. quae congessit Muellerus ad Sestianam §. 100. OR.

cadit autem. er bewirkt an sich einen trefflichen Tonfall.

me stante. In iudicio (i. e. vor den Geschwornen) advocati sedent; in iure (i. e. ante praetorem, quum causam instituit) stant. HEIND. ad Horat. Serm. 1, 9, 39. Verum haec res non agebatur aut in iudicio, aut in iure, sed in concione coram populo. In clav. Cic. s. v. *stare* est: „*stare* est etiam pro dicere, quia stantes dicebant“ et profertur inter alia hic locus. Sed qui Cicero dicat se dixisse, quum C. Carbo diceret. Puto Ciceronem, vel quum dixisset, vel dicturum in eadem causa, in rostris stetisse.

incisim. Nonius s. v.

§. 214. *Haec [item membra] ternis.* Puto verba *item membra* delenda esse. Nam nec *item* recte habet, nec *membra.* Non enim membra sunt quae ternis (pedibus) constant, sed incisa duo; nec *item* habet, quo referatur, quia nec alia terna ante aderant, nec alia membra. Quid igitur *item? ternis.* jedes Incisum aus drei Füssen, et quidem prius e spondeo, tribrachye et spondeo, alterum e spondeo, iambo, cretico.

ei poenas. sc. reipublicae.

dichoreus. in voce *persolutas.*

Patris dictum sapiens. Hoc eodem exemplo utitur Quintil. 9, 4, 103. Reizius apud Meyerum confert Cic. de divin. 1, 23. *quod matris somnium immanis filii crudelitas comprobavit.*

Quaero, nonne — effecerit. Animadversum est a Goerenzio ad Cic. Fin. B. et M. p. 210ᵃ., non raro ab auctore *quaero, nonne* cum subiunctivo poni, ut Ac. 2, 24, 76. Fin. B. et M. 2, 18, 58. 3, 4, 13. Tuscc. disp. 5, 12, 34. Orellius addit Ochsner. ad Cic. Eclogas p. 351. ed. 3. et Meyerus Schelleri Obss. p. 38.

verborum ordinem immuta: fac sic. Manus docta in ed. Tul. correxit: *verborum ordine immutato fac sic,* non male. Sed illa incisa huic loco bene conveniunt. Similis locus est c. 70, 232. Ern. Alia affert Matth. de usu futuri exacti Latinorum in Opuscc. p. 74., velut Tusec. 1, 13, 30. Verr. 5, 65, 168.

quem Aristoteles — probat. A. Rh. 3, 8.

§. 215. *qui spatio par est.* der dieselben Morae hát, oder dieselbe Quantitaet. Conf. de Orat. 3, 47, 183. *est autem paean hic posterior (◡ ◡ ◡ – domuerant) non syllabarum numero, sed aurium mensura, quod est acrius iudicium et certius, par fere cretico, qui est ex longa et brevi et longa.* Dionys. Hal. de C. V. c. 25. p. 204. Sch. *τὸν κρητικὸν ῥυθμόν· εἴτ᾽ ἄρα παιᾶνά τις βούλεται αὐτὸν καλεῖν· διοίσει γὰρ οὐδὲν τῶν ἐκ πέντε συγκειμένων χρόνων.* Et paulo inferius: *ἢ ὁ κρητικὸς ἐκεῖνος ὁ πεντάχρονος.* Dissentit Herm. doctr. metr. p. 193. 194., qui paeonicum et creticum rhythmum sedulo segregat.

illigari. h. e. künstlich angebracht werden, ut sigilla (*περιφανῆ*) in opere caelato, sidera in globo. Conf. supr. c. 27, 96. genus dicendi, *in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores,* in der alle Kostbarkeiten der Sach- und Wortfiguren angebracht werden. Id graece dicitur *ἐναρμόττειν,* ut a Plutarcho V. Marc. c. 19. Vol. 3. p. 178. Tauchn. *σκιόθηρα* (Sonnenuhren) *καὶ σφαίρας καὶ γωνίας* (Quadranten), *αἷς ἐναρμόττεται τὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος πρὸς τὴν ὄψιν* i. e. Archimedes hatte darin angebracht (illigaverat) die Grösse der Sonne anschaulich. Vox igitur nostra translata a talibus vel ab emblematis, de quibus

dixi ad c. 44, 149. De eadem re *ἐνδεῖν* usitatum est. Epigr. Antipatr. Sidon. in Brunck. Analectt. 2, 19. nr. 49.:

γράμμα τόδ' Ἀρήτοιο δαήμονος, ὅς ποτε λεπτῇ
φροντίδι δηναιοὺς ἀστέρας ἐφράσατο,
ἀπλανέας τ' ἄμφω καὶ ἀλήμονας, οἷσιν ἐναργὴς
ἰλλόμενος κύκλοις οὐρανὸς ἐνδέδεται.

Ad quod I. Dan. Schulze in Anthol. Gr. epigr. Quinque (Essendiae 1826. 4.) p. 19.: „*stellis*, ait, *coelum aptum*, ut Ennius dixit apud Macrob. Saturn. 6, 1. eumque secutus Virgil. 4, 481. 6, 798. 11, 202. Similiter Cic. Tusc. 1, 25, 63. *Nam quum Archimedes lunae, solis, quinque errantium motus in sphaeram illigavit.*"

in quem optime cadere. sc. verba vel comprehensionem. Conf. c. 57, 194. extr. 66, 223. extr. Bei. Scil. et Rufinus et Schutzius in ed. mai. omittunt vocem *in* quam recte firmant Eins. et codd. Meieri. Or.

veteres. Scriptores ante Ptolemaeos, ut hoc loco Aristoteles. v. Heind. ad Horat. Serm. 2, 6, 61.

§. 216. *etsi quod est.* Lambin. *Etsi enim quod est.* Nihil intrudendum, sed emendanda distinctio erat, ut dixi in adn. ad §. 72. Vulgo ita interpungunt: *Ne spondeus quidem funditus est repudiandus. Etsi, quod est — tardior, habet tamen* etc. Vulgatam et scripturam et distinctionem defendit Wopkens lectt. Tull. p. 64.

hebetior. schwächer. Contrarium est *acutum*, ut apud Quintil. 8, 3, 49.

et in membris. Sensus indicat legendum: *quam (in) membris.* Incisa enim Cicero distinguit nominatim a membris, quod manifesto exponet paulo post. Et quod sequitur, nostram sententiam confirmat: *Paucitatem enim pedum gravitate sive tarditate* (sic) *compensat.* Scilicet quum in incisionibus pauciores sint pedes, quam in membris, spondeus in illis compensat paucitatem sua tarditate. Etenim si spondeus aptus sit incisionibus et membris, nullum video tertium, cui minus aptus esse possit. Anonym. Olivet. Quem secutus est Lallemandus. Sed tertium illud, quod Anonymus requirebat, tota est periodus sive comprehensio sive circuitus. Or.

paucitatem enim pedum. Lamb. 1566. *syllabarum enim paucitatem.* At in marg. 1584. *paucitatem enim syllabarum.* „si verum est *pedum*, intelligitur de aliquot spondeis deinceps positis." Schutz. Recte; vid. c. 67, 224.

gravitate sua et tarditate. Recipiendum erat, quod bis Rufinus et optimus cod. Eins. omnibus literis exhibent pro Ceterorum *gravitatis suae tarditate*, lectionis monstro nimis patienter

adhuc tolerato. Or. Idem ex coniectura ponere volueram. Schutz. volebat: *tarditatis suae gravitate.*

compensat. i. e. dafür dass er weniger oft (hintereinander) gebraucht werden kann, hat er das Gute des Verweilenden (tarditate) und würdevollen Ganges (gravitate). Horat. A. P. 255. de senario iambico:

Tardior ut paullo graviorque veniret ad aures,
Spondeos stabiles in iura paterna recepit.

Et mox Ennii senarios propter accumulatos spondeos dicit

In scenam missos cum magno pondere versus.

proximum superiorem. Scribendum de more Ciceronis et ex Latinitate vera *proxime superiorem.* Ern. Minime autem hic constans scriptoris usus est. Epistt. Famil. 1, 9, 6. *proximis superioribus diebus.* de N. D. 2, 20, 53. *huic proximum inferiorem orbem tenet — stella Martis,* ubi tamen Walkerus dedit *proxime,* probantibus Ernestio et Davisio, quem vid. ad de N. D. 3, 21, 54. Vulgatam loci ex secundo libro restituit Heindorf. auctore Wopkensio Lectt. Tullian. 2, 6, p. 213. qui dictionem *proximum inferiorem* et simil. pro *proxime* etc. satis confirmavit. Schutzius priori loco (c. 20) dedit *proximum,* altero (c. 21) *proxime.* Vid. etiam interpp. ad Tacit. Annal. 1, 77. Frotscher ad Aquil. Rom. p. 213 sq. Etiam Eins. firmat scripturam *proximum superiorem.*

saepe etiam tertium. Quintil. 9, 4, 94. Cic. de Orat. 3, 47, 182.

§. 217. *aut par choreo trochaeus.* Libri scripti et editiones pleraeque *aut par choreo qui habet tres breves sed.* Steph. Lamb. Hervag. 1. 2. Schir. Sch. Or. 1. *aut par trochaeus qui habet.* Gryph. 1. *aut trochaeus, qui* omisso *par.* Cum Meyero et Orellio 2. inserui *trochaeus* ex Rufini p. 2721. corruptela: *aut par est choreo qui habet tres breves trochaeus sed spacio par non syllabis.* Indidem Beierus malebat: *aut par trochaeus choreo.* Sed tum *qui* nimis ambiguum fieri, observavit Orellius. Conf. Santen. ad Terentian. Maur. p. 107.

pervenit ad extremum. Orell. 2. dedit ex Eins. *perv. ad postremum.* Ego secutus essem, si sibi auctor ita constaret, ut sedem pedis diceret *postremum,* pedem *extremum.* Atqui non ita est. Magis sibi constat Eins., qui paulo inferius *extremus est dactylus* pro *postremus est d.,* ubi Orellius rursus Einsiedlensem sequi debebat, postquam semel secutus erat.

in pede extremo. Mirum nobis videtur, si legimus: choreus aut spondeus pes est in pede extremo, cum desideremus: est in loco extremo. Verumenimvero hoc simile est illis c. 12, 42. *genus — est in genere,* ubi v. adn. Sic praesenti loco pes *in*

pede significat pedem *in loco pedis.* Cave autem ne corrigas *in sede extrema.* Eo enim sensu hic scriptor vocabulo *sedis* non utitur.

hi tres pedes. Iambus, tribrachys (trochaeus), dactylus.

in proximo ab extremo. Vulgo pessime *in extremo.*

pro choreo aut spondeo creticus postremus est vel dactylus. Vulgo sine sensu: *pro cretico postremus est dactylus.* Proxime sequentia sole clarius reddunt, quomodo scribendum fuerit. Ven. 2. Tul. *est et dactylus,* in qua scriptura lacunae certe indicium remansit.

§. 218. *postrema quam longa sit.* Sic Eins. Vit. Mon. Dr. Ox. *postrema an longa sit* Ern. coniecit, quasi e Vit. *postrema brevis an longa sit* Rufin. et Lamb., impense probantibus et Beiero et Santenio ad Terentianum p. 69. Est tamen iteratio parum grata post §. 217. extr. Or. Et *nihil refert an* sive *nihil ad rem est an* num auctor hic dixerit, valde equidem dubito post ea, quae praecepit Zumptius Gr. lat. §. 67. 10. adn. p. 287. ed. 4., cuius praeceptum observandum erit etiam in de Inv. 1, 53, 101., qui locus etiamnunc incertissime scriptus extat.

numerus — non pes. eine rhythmische Reihe (ordo rhythmicus), nicht ein Fuss. In eadem opinione est Quintil. 9, 4, 79. *et quidem* (in nominibus pedum constituendis) *Ciceronem sequar, (nam is eminentissimos Graecorum est secutus), excepto quod pes mihi tres syllabas non videtur excedere: quanquam ille paeone dochmioque, quorum prior in quatuor, secundus in quinque excurrit, utatur.*

vel mediae. De media oratione quum Aristoteles A. Rh. 3, 1, 9. nihil praecipiat, Maerckerus de Theod. p. 80. adn. 7. existimat, haec, ut alia bene multa, ex Theodectis doctrina emanasse, collato Demetrio de Elocut. §. 39.

Dochmius. v. Spalding. ad Quintil. 9, 4, 79. Vol. 3. p. 588. Mey.

nimis insignem. Quod ipsi, qui haec praecepta dat, accidit, ut non dochmiorum quidem, at aliorum pedum, imo versuum clausulae longiores ei exciderent. Vid. Eckstein. ad Dialog. de Oratt. p. 320. ed. Taciti Waltherianae. Hoc nomine M. Tullium Veteres ridebant nonnulli propter frequentiorem clausulam *esse videatur.* v. eundem dialogum c. 23.

Cap. LXV.

§. 219. *quod ante dictum est.* c. 49, 164.

leve praesidium est. Quintil. 9, 4, 109. 110. ita de hoc loco disputat: *Nec ego, cum praecedentes pedes posui, legem dedi, ne alii essent: sed quid fere accideret, quod in praesen-*

tia videretur optimum, ostendi. Et quidem optime sibi iunctus anapaestus, ut qui sit pentametri finis, vel rhythmus qui nomen ab eo traxit: Nam ubi libido dominatur, innocentiae leve praesidium est; nam synaloephe facit, ut duae ultimae syllabae pro una sonent. Melior fiet praecedente spondeo vel bacchio: ut si mutes idem, leve innocentiae praesidium est.

§. 220. *supra diximus*, c. 49, 165 — 167.

alterum si fit. ut plane e numeris constet oratio. Schutz.

intolerabile vitium est. Quia nimis prope accedit ad versuum similitudinem. Id.

alterum nisi fit. ut numerosa sit oratio. Id.

dissipata. prorsus incondita. Id.

inculta. neglecta. Id. Quintil. 8, 3, 61. *Ornatum est, quod perspicuo ac probabili plus est. Eius primi sunt gradus in eo, quod velis, exprimendo concipiendoque: tertius, qui haec nitidiora faciat; quod proprie dixeris cultum.* Sed de h. l. v. Spalding. in notis crit. Vol. 3. p. 256. coll. editione Zumptii.

fluens. intervallis haud temperata. Schutz. Conf. supra c. 58, 198. de Orat. 3, 49, 190. *Hanc igitur ad legem, quum exercitatione, tum stilo, qui et alia et hoc maxime ornat et limat, formanda nobis oratio est. Neque tamen hoc tanti laboris est, quanti videtur: nec sunt haec rhythmicorum ac musicorum acerrima norma dirigenda; et efficiendum est illud modo nobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interius, ne excurrat longius: ut membris distinguatur, ut conversiones habeat absolutas.* Ceterum hic locus in mente fuit Quintiliano 9, 4, 56. *Idque Cicero optime videt ac testatur frequenter, se, quod numerosum sit, quaerere: ut magis non ἄῤῥυθμον, quod esset inscitum atque agreste, quam ἔνρυθμον, quod poeticum est, esse compositionem velit; sicut etiam quos palaestritas esse nolumus, tamen esse nolumus eos, qui dicuntur ἀπάλαιστοι.* Conf. infr. c. 68, 229.

Cap. LXVI.

§. 221. *et forensibus.* Sic scribendum visum est cum Schutzio pro vulgata *aut f.*, quae est consuetissima permutatio.

quae supra dixi. c. 63, 211.

§. 222. *E quatuor.* sc. sive particulis sive membris spatii eiusmodi, *quod* etc., was ohngefähr die Länge eines Hexameter ausmacht i. e. quatuor universa membra periodi singula quasi hexametrorum instar versuum sunt. De omisso post *quatuor* substantivo v. adn. c. 56, 188. De longitudine periodi consentiunt Quintil. 9, 4, 125. *Habet periodus membra minimum duo. Medius numerus videntur quatuor: sed recipit frequenter et*

plura. Modus ei a Cicerone aut quatuor senariis versibus, aut ipsius spiritus modo terminatus praestare debet, ut sensum concludat: sit aperta, ut intelligi possit: non immodica, ut memoria contineri. Et Demetrius de Eloc. §. 16. *τῶν δὲ περιόδων αἱ μικρότεραι μὲν ἐκ δυοῖν κώλοιν συντίθενται, αἱ μέγισται δὲ ἐκ τεττάρων*, nisi quod addit: *τὸ δ' ὑπὲρ τέσσαρα οὐκ ἔτ' ἂν ἐντὸς εἴη περιοδικῆς συμμετρίας.*

quasi nodi apparent. diese einzelnen Verse stellen gleichsam die Knoten vor. Constructio verbi *apparere* eadem est, quae supra c. 54, 181. Nodos autem particulas periodi appellat etiam Quintil. 9, 4, 127.

continuationis. des längeren Absatzes.

idque quum opus est. Fortasse legendum: *quos in ambitu coniungimus; sin membratim volumus dicere, incidimus. Itaque quum opus est* etc. Schütz. Satis speciose Lambinus, probante Sylburgio, contra codices edidit *nolumus*, ut sit: sin caesim volumus dicere, ac de membris sermo sit in illis *e quatuor igitur,* hoc vero loco de incisis. Conf. tamen Ernestii lexic. rhetor. Lat. p. 219. Or.

invidioso. verrufen, ut supr. 67, 223.

quod minime apparet. weil es sich am wenigsten verräth, eoque minime invidiosum est.

Ex hoc genere. sc. per incisa loquendi.

Nisi intervallo dixisset. wenn er diese Worte nicht mit einem Absatz nach *patronos* gesprochen hätte, so hätte es ihm gewiss auffallen müssen, dass ihm ein Senar entschlüpft sei. Conf. Quintil. 9, 4, 108. *Sed hic est illud inane, quod dixi:* (§. 51. *inania quoque tempora rhythmi facilius accipient.) Paululum enim morae damus inter ultimum ac proximum verbum, et turpe illud* (in verbis, quae attulerat, *Non turpe duceres) intervallo quodam producimus: alioqui sit exultantissimum, et trimetri finis, Quis non turpe duceret?,* ubi v. Spalding. Vol. 3. p. 558 sq.

sed de genere. doch ich will mich nicht auf die Kritik einzelner Stellen einlassen; ich rede jetzt vom Periodenbau überhaupt.

§. 223. *cur clandestinis consiliis.* Hic primum membrum comprehensionis quae sequitur *cur — contra nos* interciderit necesse est. Ut nunc est, *κῶλον* illa verba faciunt, non periodum bimembrem. Schütz. Beiero haec verba coli ambitum excedere videntur, primum autem membrum absolvi his: *cur de perfugis nostris copias.* Ibi enim vocem paululum subsistere.

de perfugis nostris. Edd. pr. *perfugiis.* Vulgatum est apud Quintilianum. Ern. *Perfugiis* offerunt etiam Dr. Med.

comparat is contra nos. Ex Quintiliano 9, 4, 101. certissime apparet, hunc locum ita legendum esse: *cur de perfugis nostris copias comparat is contra nos*, non, ut vulgo est: *comparant contra nos*, quanquam sic habent codd. noti, etiam Eins. adde Rufinus p. 2718. Docet enim Quintilianus, duos spondeos in clausula fere ibi tantum poni, ubi in tres partes cadunt, velut hic in syllabam *is*, in vocem *contra*, et rursus in syllabam *nos*. Cum Quintiliano consentit Asconius in divinat. c. 7. (Opp. Vol. 4. p. 262. ed. Schutz.), qui in loco orationis pro Ligario 4, 11. *non tu eum patria privare, qua caret, sed vita vis* dicit clausulam *de industria duriorem positam ad exprimendam sententiam.* Santenius ad Terentianum Maur. p. 114. addit eadem docentes Capellam 5. p. 169, 28. Manutium, Fabricium, Patritium ad Cic. pro Ligar. l. c. „Unde, addit, in Crassi fragmento apud Ciceronem pro *comparant* Victorius V. L. 4, 1. ex Quintiliano *comparat is* corrigi vult. Qua de re consule Gesner. ad Quintil. d. l.“ Extant tamen dispondei exempla, qui uno vocabulo contineatur, ut paulo inferius §. 224. Et Quintiliani cod. Voss. 2. servat vulgatam *comparant* pro *comparat is.* Nihilominus alterum (cum *is*) verum putat esse Spaldingius: „*Comparant contra* est minus aptis ad hanc disputationem numeris, et suspicor errorem illatum libris Ciceronianis; quae videtur etiam P. Victorii esse opinio. Egregie autem hoc exemplo utitur I. H. Vossius die Zeitmessung p. 249. 50.“ Orellius adnotavit, ex Gesneri observatione, si *comparat* legatur, item *oppugnat* legendum esse. Hoc non necesse videtur.

Prima sunt illa duo. sc. *missos faciant* etc. et *ipsi prodeant.*

deinde tertium. scil. *cur clandestinis — oppugnant. sequitur non longa.* Rufin. p. 2718. *sequitur non longa (ex duobus enim versibus id est membris perfecta) comprehensio et* etc. Schutz. 2. *sequitur comprehensio non longa (ex duobus enim v. id est m. perf. est).* Lambinus nihil nisi sedem vocum *comprehensio* et *est* permutavit. Vulgo enim est: *comprehensio est.* Verum ut nunc res habet, unum tantum membrum superest: *cur — is contra nos.* Hinc Schutzius lacunae signum fecit inter *oppugnant* et *cur.* Mihi verba *ex duobus — perfecta est* suspecta sunt vel propter vocem *versibus*, qua nusquam utitur pro membris, nisi comparandi causa semel. Ex quo ipso loco hic *versibus* ductum videtur. At comprehensionem, ut dixi in Prolegg. alteris, auctor interdum angustiori sensu appellat clausulam

periodi, quae hic inest in his ipsis verbis: *cur — contra nos.* Augetur suspicio confusa loci scriptione.

et in spondeos cadit. sc. *is contra nos.*

Cap. LXVII.

Adhuc de genere periodi dixit; mox de incisis et membris, rediens ad id, quod c. 66, 221. dicere instituerat, sed inde a verbis §. 221. *constat enim ille ambitus* usque ad c. 66. exit. intermiserat. De re conf. Quintil. 9, 4, 122 sqq.

domus tibi deerat. Conf. Quintil. l. c. Aquila Rom. p. 167. Dubitabat Spald. ad Quintil. 9, 2, 15., ubi haec verba iterum leguntur, num ex or. pro M. Aemilio Scauro sumta essent, quod nunc certo compertum habemus ex membranis palimpsestis bibliothecae Taurinensis. Extant in fragmm. oratt. p. 213. ed. C. Beier.

§. 224. *Incurristi — insanisti.* Schutz. coniecit legendum esse *in antis aeneis insanis insanisti.* „Antae, ait, sunt columnae quadrae. Conf. Vitruv. 6, 7. ed. Schn.“ C. Beier in fragmm. oratt. p. 214. scribi vult: *in alienis insanus insanisti* sc. in alienis bonis prodigendis, „nisi malis, ait, detrahere ultimam literam, ut sit *in alieno.* Sic Cic. Famil. 3, 8, 28. *ad largiendum ex alieno restrictior.* Sed idem Offic. 1, 14, 42. extr. *in suam rem aliena convertere.* Conf. Horat. serm. 2, 3, 64—72. Epistt. 1, 18, 35.“ Suam autem coniecturam Schutzius ita explicat: „Domus illa, quam adversarius, contra quem Cicero loquitur in or. pro M. Aemilio Scauro, maximo suo damno coemerat, praeter columnas habebat etiam *antas aeneas* sive postes, ceteroquin erat *depressa et coeca* h. e. humili in loco posita, et aedibus exadversum sitis obscurata. Emtor autem insaniebat, (quod verbum de insana cupiditate alibi quoque ponitur, ut ad Herenn. 4, 50. fin.) *in antis insanis,* quae sic dicuntur ob magnitudinem et impensas in iis factas. *Insanus* autem *insanisti* Cicero nunquam dixisset. *Incurrere in columnas* non, ut Casaubonus ad Sueton. Aug. c. 23. putavit, proprie accipiendum de homine insaniae impetu caput affligente; sed *incurrere in columnas* hoc loco significat, insano amore in columnas incidere, simulque propterea coemtis aedibus naufragium fortunae facere.“ Huic coniecturae Beierus hoc obstare dicit, quod non facile Cicero adiectiva geminare soleat, dempta copula. „Librorum autem lectio, addit, non caret vi. Similiter — Ennius Phoenice apud Nonium c. 2. nr. 173.

Stultust qui cupida cupiens cupienter cupit.

Insanire interdum dici, qui nimis magnos sumtus faciant, et *insaniam,* ut Gr. *μαίνεσθαι* et *μανίαν,* pro immoderato sumtu,

observant interpp. ad Plaut. Mil. 3, 1, 159. — H. A. Burchardi in Animadvv. ad Cic. Oratorem (Berol. 1815.) pro vulgata *in alienos* legendum coniecit *in aliena*, quod non displicuit Chr. Dan. Beckio in Diariis liter. Lips. a. 1816. p. 623." Vulgatam *in alienos insanus insanisti* habent scripti et editi omnes, etiam Rufinus.

tanquam crepidine. v. Victor. V. L. 18, 19. Mey.

dichoreo. sc. *aestimasti*.

dispondeo. sc. *insanisti*. „*At spondeis proximum* Rufinus, eodemque ducit codicum Eins. Vit. Dr. Mon. Or. et editionum vett. corruptela: *spondeus* vel *spondius*. In Asc. 2. Crat. Herv. reperi *at dispondeus proximum* e correctione sane, non e codd. petitum. Hoc autem rursus emendatum in *At dispondeo proximum* Steph. Lamb. sqq. Sed conf. etiam §. 223. *in spondeos cadit*. Ceterum Eins. sic: *At spondeus proximus. Nam in hiis*." Or.

Nam in iis. sc. incisis et membris. Schutz., qui scripsit *illis* pro *iis*, quia, ut videtur, pronomen referebat ad certum quoddam in praecedentibus, ad exempla illa: *Domus tibi deerat* etc. et ad illa: *Incurristi amens* etc. At pronomen non necessario refertur ad certum exemplum in praecedentibus, sed sensus esse potest: „Dispondeo *insanisti* alterum membrum finitur, quanquam praecessit membrum, quod finitur uno spondeo, et spondeus minus orationi numerosae convenit, quam dichoreus. Nam in *talibus* brevioribus particulis ipsa brevitas facit pedum liberiorem delectum, et in talibus etiam spondeus admittitur; minus bene in clausulis periodorum." Aliter iudicat Beierus: „Schutzius e coniectura *in illis*. At pronomen non ad incisa et membra spectat, sed ad sola incisa, in quorum exemplis sunt epitriti (⏑⏑–⏑) et ionici a minore (⏑⏑––)."

ut pugiunculis. parvis pugionibus, quibus magis pungas et lacessas, quam verberes et vulneres. Eadem *imagine* utitur auctor ad Herenn. 4, 19, 26., ubi distinguens membra, (velut *Et inimico proderas, et amicum laedebas, et tibi ipsi non consulebas*) atque articulos, quos dicit (velut *inimicos invidia, iniuriis, potentia, perfidia sustulisti*) pergit: *Itaque in illo genere* (in membris) *ex remotione brachii et contortione dextrae gladius ad corpus afferri, in hoc autem* (in articulo) *crebro et celeri vulnere corpus consauciari videtur*.

liberiores. lässt die Kürze selbst eine freiere Wahl der Füsse zu. Hoc ideo dicit, quod supra c. 64, 216. spondei in clausula usum non commendaverat, sed tamen magis in incisionibus et in membris probaverat.

saepe enim singulis utendum est. sc. pedibus.

et utrisque. Hoc est, pedibus illis, qui ponuntur vel singuli vel bini.

pedis pars. Syllaba. Ut ex duobus membris: *Incurristi amens* etc. et *In alienos* etc. alterum finitur dispondeo, alterum spondeo: *insanisti — umnas* cum syllaba *col*, quae est extra hunc spondeum. Santenius ad Terentianum Maurum p. 283. hoc tantum ad spondeos referre videtur, cum de pluribus pedum generibus hoc dictum videatur.

non fere ternis amplius. ne numerus apertus fiat et nimis insignis.

§. 225. *tractata oratio.* Ern. scripsit *tracta.* „Sic semper, ait, Cicero, ut et *fusa.* Vulgatum *tractata* sensum cum istis adverbiis non habet, et haec duo verba saepe in libris confunduntur, ut supra in hoc ipso libro. *Tracta* plane ms. Vit.“ Si *fusam* esse orationem vult hoc loco, (id est enim *tractam*), fallitur. Nam fusa sive dilatata oratio ipsum id est, quod contrarie dicitur incisim et membratim dictis, ut c. 56, 181., ubi *angusta* et *concisa* oratio non est alia, quam membratim et caesim facta, ut patet ex tota §. 187. Ceterum *tracta* habet etiam Eins., alterum ceteri libri scripti et Rufinus. *Tracta* autem voluerat ex codd. suis Manutius. Contra Ernestium dixerunt etiam Schellerus Obss. p. 38. et Schutzius.

in Corneliana secunda. Anno U. 688 (66) Cicero defendebat C. Cornelium, maiestatis a Catulo et Hortensio accusatum, duabus orationibus, quarum prior, facile longissima omnium orationum, ab Asconio, Quintiliano 8, 3, 3. et aliis accensetur operibus artis absolutissimis. Ea nobis nota est tantum commentariis Asconii et singulis fragmentis. Hand. s. v. Cicero. Asconii argumentum Cornelianae primae extat apud Schutzium in edit. Opp. Cic. 16, 2. p. 16 sqq., ibidemque fragmenta duarum illarum orationum.

O callidos homines. conf. Quintil. 9, 4, 123., ubi est: *id vos ita esse facturos.* Diomedes, qui hoc loco utitur, libr. 2.: *id ita vos esse facturos.* Libri Cic., etiam Eins., et Rufin. *ita vos esse facturos*, omisso *id.* Dr. Ven. 1. Med. *nos esse. deinde caesim: Diximus.* Vulgo male *deinde caesim diximus.* At vocabulum *diximus* est ipsum illud incisum, quod ex Corneliana secunda affertur. Id manifestum est ex Quintil. 9, 4, 122., ubi *Fiunt autem*, inquit, *etiam singulis verbis incisa: ut Diximus, testes dare volumus. Incisum est Diximus.* Schutz. Et sic iam habet margo Lamb. 1584.

§. 226. *quam binis aut ternis.* Vulgo omittebatur *quam*. Eam particulam habet unus Eins.

verbis. Manus docta in ed. Tul. *verbis* correxit in *versibus* i. e. membris, quo sensu ante dictum est *duobus versibus* i. e. membris. Non male; nam de membris sermo est. Ern. §. 223. At ibi *duobus versibus* dictum est propter comparationem cum hexametris; nisi totus ille locus adulteratus est, de qua re ibi in adn. suspicionem protuli. *Verba* hic esse membra, dixi in adn. ad c. 49, 164.

inter quae. Vulgo erat *inter quas*. „Nihil est, quo referatur *quas*. Scribendum *quae* i. e. membra, incisa [imo: verba]. Sic Tul. [Mon.? Rufin. Ven. 2. Lamb. Ern. sqq.] Sensus est: inter quae incisa propter varietatem clausularum raro locum habet numerosa oratio. Ern. Immo: cum varietate clausularum. Conf. 59, 200. *ante enim circumscribitur mente sententia confestimque verba concurrunt, quae mens eadem, qua nihil est celerius, statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat: quorum descriptus ordo a l i a s a l i a t e r m i n a t i o n e c o n c l u d i t u r.* Ceterum illo *quas*, unde facile effingas *quos*, Ern. uti poterat ad tuendam coniecturam *versibus*.

raro. nicht allzu häufig.

Hegesias. Magnesius. conf. Cic. Brut. c. 83, 286. De hoc et eius imitatore ac populari, Pausania, extat commentatio Boeckhii in prooemio praelectt. univers. Berol. a. 1824. d. 3. Iul., (quae inserta est Iahnii Annalibus Novis Philol. et Paedag. 3, 3. p. 111 sqq.) Adde Ruhnken. ad Rutil. Lupum p. 25. Cicero initium unius epistolarum suarum (ad Attic. 12, 6. Vol. 4. p. 379.) per iocum dicit in genere Hegesiae scriptam, (quod Varro laudet,) quia verba initii eius epistolae incidisset.

saltat. er macht eine hüpfende Bewegung. Eadem aut simili voce in eadem re usus est Quintil., dicens 9, 4, 42. *subsultare*, ibidem §. 66. 83. *resultare* et §. 91. *exultare.*

incidens particulas. h. e. incidendo faciens particulas. Id eiusmodi est, ut Graece dicitur, τρία μέρη νέμειν, pro εἰς τρία μέρη νέμειν. Vide Krueger. ad Dionys. Hal. Historiogr. p. 279.

Cap. LXVIII.

§. 227. *lectissimis.* Vit. Mon. *lectissime* Eins. Dr. Edd. vett. Grut. „Sic non dicunt Latini. Correxi *lectissimis*, ut sit *optimis sententiis et verbis lectissimis dicere.* Res est manifesta. Sic tamen iam edidit Fr. Gryphius et reperi in ms. Vit.“ Ern. Ernestii emendationem probavit Schutzius.

utrumque. sententias et verba.

illustrat. hebt der Rhythmus, von beiden verstärkt, hervor.

denique etiam sonantium omnium. v. prolegg. de doct. numeri c. 2. §. 3.

sed ordo pedum. die mehr oder minder streng befolgte Folge der Füsse.

§. 228. *infinite.* sine intervallis sive interspirationibus.

interductu. interpunctione. v. Cic. de Orat. 3, 44, 173. 46, 181. 49, 191. extr. Παραγραφὴν dicit Aristot. A. Rh. 3, 8.

palaestram quandam. ein gewisses Tempo, quos latine *numeros* dicebant. Quintil. 12, 2, 12. *ut palaestrici doctores illos, quos numeros vocant, non iccirco discentibus tradunt, ut iis omnibus, quos didicerunt, in ipso luctandi certamine utantur* etc. Cic. de Orat. 3, 52, 200. *Tum denique nobis hic orator ita conformandus est et verbis et sententiis, ut, quemadmodum qui utuntur armis aut palaestra, non solum sibi vitandi aut feriendi rationem esse habendam putant, sed etiam, ut cum venustate moveantur: sic verbis quidem ad aptam compositionem et decentiam, sententiis vero ad gravitatem orationis utatur.* Numeri igitur sunt das Fechterreglement: hinc locutio *omnibus numeris absolutum.*

nisi petitio fuit apta. ausser wenn der Angriff in numeröser Rede geschah. Sed sensus vocis *apta* consulto ambiguus est: significat enim etiam treffend, ut ratione gladiatoris sensus sit: ausser wenn der Stoss oder Hieb treffend war.

satis recte. Hanc lectionem Med. Tul. Iunt. Crat. Ern. Schutz. etiamnunc retinui, tum propter rationem ab Ernestio allatam: „Quid enim, inquit, ad decorum valet, ut tecte declinem impetum?“ tum propter manifestam Quintiliani imitationem 9, 4, 8. *in omni palaestra quid satis recte cavetur ac petitur, cui non artifex motus et certi quidam pedes adsint?* Dr. Mon. Ven. 1. *tecti.* Ven. 2. *tecta.* Aldd. Vict. Man. Lamb. *tecte*, idque agnoscit Forcellinus in v. *tecte.* Vit. Mey. *tute.* Sed in hoc eadem cadit Ernestii reprehensio atque in vocem *tecte*, et videtur forma ista pro *tuto* relinquenda Scriptori ad Herenn. 3, 5. 7. Vocabulum controversum omittit Eins. Or. Conf. Quintil. 9, 1, 20.

§. 229. ἀπαλαίστρους. Quasi dicas Naturalisten in der Fechtkunst. „Vulgo ἀπαλαίστρυς, sed hoc esset *lucta non devictos.* Itaque praetuli cum Ernestio in Ind. gr. ἀπαλαίστρους, quod in multis codd. Quintiliani 9, 4, 56. legitur, quanquam Valckenario placuit etiam ἀπαλαίστους in Callimacheis p. 90.“ Schutz. Apud Quintil. l. c. item ἀπαλαίστρους reponendum videtur. Dicit ab oratore requiri τὸ εὔρυθμον, non item τὸ ἔνρυθμον i. e. das Versähnliche, nicht der wirkliche Vers. Sic a subacti corporis homine non desideratur, ut palaestrites sit, sed tamen, ut non ἀπαλαί-

στρος i. e. dass er nicht ein Athlete sei, aber doch in Hinsicht der Stärke und Gewandtheit einem Athleten ähnlich.

tantumque abest ne. Sic codices noti, etiam Eins. Edd. praeter Ernestium, Schutzium, Orellium. Sensus est idem ac si scriptum esset: *tantumque abest, ut metuendum sit ne* etc. Sic recte explicat G. Ph. Schuppius (Untersuchung über die lat. Bindeformel non modo (non) — sed ne quidem und über deren Synonyma. Hanau 1825. 8.) p. 43., quam commentationem auctor humanissime mecum communicavit. „Vellem exemplum attulisset.“ Or. Sed quid potest, in utraque lingua, frequentius hac ellipsi reperiri? Eadem non intellecta apud Thucydidem (recenti enim mihi ab hoc scriptore hoc exemplum maxime occurrit, sed sunt alia paene innumera) 5, 69. *οὐ μή ποτε ἔλθῃ* interpretes exercuit.

Cap. LXIX.

ne aut verba traiiciamus. Schutzius scripsit: *ut ne verba tr.* Lambin. *ut verba tr.* etc. „Quia nullum *aut* sequitur, Guilielmus corrigebat *neve.* Cur non potius transponendo, *aut ne?* Quod rescripsissem, nisi posset esse oratio *ἀνακόλουθος*, propter longitudinem interpositionis, ut c. 70, 232. et cum postea §. 230. deberet esse *aut ne numero servientes inculcemus inania verba* etc., nova forma dixit et sic alia.“ Ern. Orell. 1. 2. vulgatam *ne aut verba* servat. „*Aut,* ait, similiter pendet in Brut. 14, 53.“ De hoc loco Bruti v. Walch. Emendatt. Livianae p. 186. De praesenti autem loco A. Matth. de Anacoluth. apud Cic. p. 2. ita disputat: „Ubi duo membra sibi invicem respondere debebant, priore nonnullis adiectis uberius explanato, alterum supprimitur, ita tamen ut sententia secundi membri nonnunquam post longum intervallum aliis verbis exponatur. Sic *aut* semel positum est pro Cluent. c. 45, 127. Sed alterum membrum ita omisit, ut tamen e refutatione adiecta intelligatur.“ Addit hunc locum Orationis probata Ernestii ratione. „Pro disiuncto per *aut* membro sequitur §. 230. med. *Apud alios autem* etc.“; Bri. adde Hand. in Tursellin. Vol. 1. p. 546.

traiiciamus. Traiectiones numeri causa factas cavere iubet etiam Quintil. 9, 4, 144., quanquam idem 8, 6, 62. tales traiectiones ad consequendum numerum necessarias esse existimat. Exempla traiectionum eiusmodi habet scriptor ad Herenn. 4, 32, 44.

volvatur. hoc est, currat, labatur media oratio.

§. 230. *L. Coelius Antipater.* Iurisconsultus, magister L. Crassi et auctor historiae belli Punici secundi, qui primus meliori, quam qui praecesserant, oratione historiam conscribere

coepit. De eo vid. Cic. de Orat. 2, 12, 54. M. Brutus hoc Coelio et C. Fannio, altero Annalium scriptore, ita delectatus est, ut Annalium utriusque ipse sibi epitomas faceret, ut narrat Cic. Epistt. ad Attic. 12, 5, 4. 13, 8. Vid. Kruse de fide Livii recte aestimanda. 1. p. 11. 17. adn. 33. et de toto hoc genere scriptorum Annalium ibidem p. 13. §. 5.

simplicem. Simplicitas saepissime apud veteres cernitur promendo ea, quaecunque aliquis cogitat. Spalding. ad Quintil. 2, 2, 5.

rudis. ein Anfänger.

ad quem scripsit. i. e. cui librum inscripsit sive dedicavit. Bei. Sic ille cum Burchardio contra Ernestium, qui interrogavit: „Cur autem diversis haec temporibus, et non *scribit* — *purgat?*" atque Schutzium, cui tria illa verba suspecta videbantur in ed. mai.

Siculorum. Qui Leontinum, opinor, Gorgiam aemulabantur. Gorgiae discipulus erat Polus Agrigentinus; Gorgiam praecesserant Empedocles, Corax et Tisias, de quibus v. Wachsm. A. Gr. 2, 2. p. 449 sq.

§. 231. *Tertium est.* Schutzio auctor videtur vel scripsisse, vel scribere voluisse: *Quartum est.* Id vero patet ex §. 231. *quae vitia qui fugerit — genere numerorum.*

Hierocles. Alabandeus, Meneclis frater, orator tota Asia celeberrimus, floruit aetate L. Crassi oratoris et Ciceronis pueri. Cic. de Orat. 2, 23, 95. Brut. 95, 325. 326.

Menecles. Eius et fratris auditor M. Antonius fuit. v. de Orat. l. c.

Cap. LXX.

§. 232. *si aut compositi.* Vide quam longe hinc distet alterum membrum: *aut si alicuius inconditi* etc. Id ut facile animadvertatur, parentheseos notas addidi. Ern. Meyero prius illud *aut* pendere videtur; ita enim scriptorem pergere voluisse: *si aut — permutatione verborum — aut si alicuius inconditi dissipatam sententiam in quadrum redigas, ordine verborum paulum commutato.* Prius autem membrum cum posuisset, scriptorem adiunxisse exempla: his paulo longius extractis eandem sententiam repeti repetito membro priori: *videsne ut — aptum illud,* ubi *efficiatur* ait pendere a *vidisne ut.* At Ernestii ratio verior est, ut patet ex verbo *corrumpatur*, quod ex altera parte respondet verbo *efficiatur*, et quod Meyerus ex uno cod. Vit. in *corrumpitur* mutavit praeter necessitatem. Uterque coniunctivus optative positus est, quasi subaudiatur *nescio an,* quod recte Beierus animadvertit.

ut et haec nostra. Nollem a Schutzio cum Gu. 3. et Erl. *et* expunctum, quum opponantur *et deinceps omnia.* Bei. Eins. servat *et.*

in Corneliana. conf. Quintil. 9, 4, 14. et Priscian. 10. p. 508. ed. Krehl. apud Schutz. in ed. Opp. Cic. 16, 2. p. 28. Est autem hic locus sumtus ex Corneliana secunda, ut discitur e Nonio c. 2. nr. 919.

venalitii. Sclavenhändler. „Hoc loco Lamb. et A. Patritius contra libros omnes ausi sunt restituere *vaenalitiarii* pro *vaenalitii*, quod apud Cic. legitur, ea ratione moti, quod vaenalitii servi ipsi venales dicantur, vaenalitiarii autem mangones sint.“ Ern. Lambinum et Patritium refutant Burmann. Epistt. p. 48. Gesn. Thes. L. L. et Lipsius V. L. 3, 26. et hic quidem e Nonio et Quintiliano. Nam Nonius s. v. vaenalitii utitur loco Ciceronis docetque disertis verbis, Ciceronem hic *vaenalitios* pro *vaenalitiariis* nova quadam minimeque vulgari ratione posuisse. Neque Quintilianus a vulgata scriptura huius loci abiit. *Vaenalitiarii* tamen in aliquot editiones manu editorum, Lambinum et Patritium secutorum, pervenit.

immuta — perierit. i. e. immutaveris — perierit. Conf. 69, 231. „Broeder Gr. lat. §. 618. (recte dicit), tum futurum exactum in utroque orationis membro poni, quum dicere velis, actionem aliquam eodem temporis puncto absolutum iri, quum altera absoluta fuerit. Eodem modo hunc usum explicat Krebsius in Anleitung zum Lateinschreiben §. 272. Conf. C. Beier ad Cic. Offic. 3, 6, 30. p. 231 sq.“ A. Matth. de usu futur. exacti Lat. in Opuscc. varii argum. p. 75.

et quae sequuntur. in eadem oratione eodem loco.

§. 233. *Videsne ut.* Hic vulgo inferciuntur ista: *ordine verborum paulum commutato*, quae tamen a librario ex iis, quae paulo post sequuntur, huc retracta sunt. Schutz. Nihil est, cur haec verba eiiciamus; sunt enim utroque loco aptissima. Conf. adn. ad c. 27, 91. III.

inconditi. oder wenn man von einem des Rhythmus unkundigen Redner einen nachlässig hingeworfenen Satz nimmt. Id. in cl. Cic. s. v. *inconditus.*

diffluens. zerfliessend. Auctor ad Herenn. 4, 11, 16. *Qui in mediocre genus orationis profecti sunt, si pervenire eo non potuerunt, errantes perveniunt ad confinium eius generis, quod appellamus fluctuans et dissolutum, eo quod sine nervis et articulis fluctuat huc et illuc, nec potest confirmate neque viriliter sese expedire. Id est huiusmodi: socii nostri cum belligerare nobiscum vellent, profecto ratiocinati essent etiam atque etiam, quid possent facere, siquidem sua sponte facerent, et non*

haberent hic adiutores multos, malos homines et audaces. Solent enim diu cogitare omnes, qui magna negotia volunt agere. Non potest huiusmodi sermo tenere attentum auditorem: diffluit enim totus, neque quicquam comprehendens perfectis verbis amplectitur.

Gracchi. De C. et Ti. Gracchis oratoribus v. Cic. Brut. c. 27, 103. 104. 33, 125. 126. „C. Gracchus e quaestura Sardiniensi redux reus factus, (ut e Bruto 28, 109. coniicias,) a M. Iunio Penno tribuno plebis a. U. 627 (127) apud Censores ipse se defendit. Vide Plutarch. in Vit. c. 2.“ Bei. Hic locus in mente fuit Quintiliano 9, 4, 15.

§. 234. *Attici.* weil sie sich rund und wohlklingend nicht ausdrücken konnten, sind sie so plötzlich Attiker geworden i. e. loqui voluerunt, ut Lysias, membratim, non conclusa oratione. Conf. c. 67, 226. Intelligit enim maxime illos ineptos Lysiae imitatores, de quibus supra c. 9. I. dictum est.

Trallianus. Hoc est, als wenn Demosthenes kein Attiker, sondern etwa ein Trallianer gewesen wäre. Tralles oppidum Asiae in Lydia ad Maeandrum fuit.

vibrarent. Hunc locum adscripsit Quintil. 9, 4, 55., imitatur 10, 7, 14. *Vibrare* frequens est in translationibus rhetoricis verbum, velut Petronius Arbiter Satyric. 118, 2. p. 360. ed. Ant. ea, quae Cicero et aequales eius, aliique post hos lumina orationis appellarunt, dicit *vibrantes sententias* (at ibidem §. 5. p. 361. *sententias eminentes, extra corpus orationis expressas,* tanquam emblemata), ubi v. Anton.

contorta. wenn sie nicht in numeröser Rede geschleudert kämen. Quintil. 12, 9, 3. *at si iuris anfractus, aut eruendae veritatis latebras adire cogetur, non obequitabit, nec illis vibrantibus concitatisque sententiis velut missilibus utetur; sed operibus, et cuniculis, et insidiis, et occultis artibus rem geret.* Vides locutionem ductam ab arte obsidionali. 9, 4, 7. 8. *Ceterum quanto vehementior fluminum cursus est prono alveo, ac nullas moras obiiciente, quam inter obstantia saxa fractis aquis ac reluctantibus; tanto, quae connexa est, et totis viribus fluit, fragosa atque interrupta melior oratio. Cur ergo vires ipsas specie solvi putent, quando res nec ulla sine arte satis valeat, et comitetur semper artem decor? An non eam, quae emissa optime est, hastam speciosissime contortam ferri videmus? et arcu dirigentium tela, quo certior manus, hoc est habitus ipse formosior?* 9, 4, 116. *Optime autem de illa iudicant aures, quae plena sentiunt, et parum expleta desiderant; et fragosis offenduntur, et levibus mulcentur, et contortis exci-*

tantur, et stabilia probant, clauda deprehendunt, redundantia ac nimia fastidiunt. Vocem *contorta*, ut *vibrata*, ex his intelligis ductam esse ab hasta et omni telo, quod vibratum super humeris emittitur. His accedit Cic. Brut. 78, 271. *eratque praeterea doctus Hermagorae praeceptis: quibus etsi ornamenta non satis opima dicendi, tamen, ut hastae velitibus amentatae, sic apta quaedam et parata singulis causarum generibus argumenta traduntur.* Etenim hastas amentis vibratas iaculabantur, et vibrare idem est quod contorquere. Dicebatur autem maxime oratio enthymematis conclusa et callida argumentatione valens *oratio contorta*, quare illo loco Bruti praecepta, quibus loci argumentationis tradebantur, hastas amentatas oratori praebere dicuntur. Hinc de Orat. 1, 57, 242. *a quo* (a iurisconsulto) *quum amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribusque torquebit.* 2, 78, 316. *Philippum, qui ita solet ad dicendum surgere, ut, quod primum verbum habiturus sit, nesciat; et ait idem, quum brachium concalefecerit, tum se solere pugnare: neque attendit, eos ipsos, unde hoc simile ducat, illas primas hastas ita iactare leniter, ut et venustati vel maxime serviant, et reliquis viribus suis consulant.* 2, 80, 325. *Atque eiusmodi illa prolusio debet esse, non ut Samnitum, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur; sed ut ipsis sententiis, quibus proluserunt, vel pugnare possint.* Topic. 17, 65. *Privata enim iudicia maximarum quidem rerum in iurisconsultorum mihi videntur esse prudentia. Nam et adsunt multum et adhibentur in consilio: et patronis diligentibus, ad eorum prudentiam confugientibus, hastas ministrant.* Argumentationes autem sive contentiones caesim et membratim dicendo tractabant: atqui in incisis et membris numeri plurimum valent, ut est in Orat. 69, 221. 222. Quare Quintil. 9, 4, 9. numeris ipsis tribuit vim amentis contortam: *Quare mihi compositione velut amentis quibusdam nervisve intendi et concitari sententiae videntur. Ideo eruditissimo cuique persuasum est, valere eam quamplurimum, non ad delectationem modo, sed ad motum quoque animorum.* — Praesentem locum Oratoris habet Rufinus p. 2722. ed. Putsch.

Cap. LXXI.

sequantur ea sane etc. Palatt. duo apud Heusinger. ad Offic. 3, 17, 2. p. 695. *sequantur ea sane modo sic ut quis.* Gu. duo apud eundem: *sed si quem — sequatur modo sicut quis.* Palatt. tres apud eundem: *sed si quem — sequatur.* Eius. Vit. Dr. Mon. *sequantur ea. Sane modo si quis.* Veram scripturam servarunt Codd. quatuor Regii, Erl. *sequantur ea sane,*

modo sic, ut si quis. Heusing. l. c. et Beier ad Offic. Vol. 2. p. 307. meliorum librorum fidem deserentes et minus cum grammatica ratione convenienter: *sed si quem — sequatur ea sane: modo sicut quis.* Quae scriptura desiderat: *modo — auferat*, ut in nostra supplendum est: *modo sequatur.*

Phidiae clupeus. Palladis, quae Parthenos dicebatur, in arce Athenarum. Am Schilde (der Pallas Parthenos) nach innen die Gigantomachie, nach aussen Amazonenschlacht (Perikles und Phidias künstlich angebrachte Porträte). C. O. Mueller Archaeol. §. 114. p. 99. ed. sec. Ad illustrandum locum nostrum maxime facit Aristoteles *περὶ κόσμου* ad Alexandr. Vol. 1. p. 513. ed. Reg. Paris., quem locum Meyerus attulit: *φασὶ δὲ καὶ τὸν ἀγαλματοποιὸν Φειδίαν κατασκευαζόμενον τὴν ἐν ἀκροπόλει Ἀθηνᾶν ἐν μέσῃ τῇ ταύτης ἀσπίδι τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι καὶ συνδῆσαι τῷ ἀγάλματι διά τινος ἀφανοῦς δημιουργίας, ὥστε ἐξ ἀνάγκης εἴ τις βούλοιτο αὐτὸ περιαιρεῖν, τὸ σύμπαν ἄγαλμα λύειν τε καὶ συγχεῖν. τοῦτον οὖν τὸν λόγον ἔχει ὁ θεὸς ἐν κόσμῳ, συνέχων τὴν τῶν ὅλων ἁρμονίαν τε καὶ σωτηρίαν* etc.

universam speciem. den Gesammteindruck der Anordnung.

ornamenta. die übrigen Schönheiten vermisst man nicht. Ceterum Thucydidi orbem orationis etiam alii abiudicant. Vide Demetr. de Elocut. §. 40. 44. 45., ubi huius scriptoris nimiam longitudinem intervallorum monstrat et non commode orationem eius insistere, etiam cum exemplo, docet. Atque eadem de illo scriptore ac similia dicit Dionysius Hal., postquam prooemium Thucydidis persecutus est, de C. V. c. 22. p. 334. Schaef. haec adiiciens: *ἵνα δὲ συνελὼν εἴπω, δώδεκά που περιόδων οὐσῶν, ἃς παρεθέμην, εἴ τις αὐτὰς συμμέτρως μερίζοι πρὸς τὸ πνεῦμα, κώλων δὲ τῶν ἐμπεριλαμβανομένων ἐν αὐταῖς οὐκ ἐλαττόνων ἢ τριάκοντα, τὰ μὲν εὐεπῶς συγκείμενα καὶ συνεξεσμένα ταῖς ἁρμονίαις οὐκ ἂν εὕροι τις ἐξ ἢ ἑπτὰ τὰ πάντα κῶλα, φωνηέντων δὲ συμβολὰς ἐν ταῖς δώδεκα περιόδοις ὀλίγου δεῖν τριάκοντα, ἡμιφώνων τε καὶ ἀφώνων ἀντιτύπων καὶ πικρῶν καὶ δυσεκφόρων παραβολάς, ἐξ ὧν αἵ τε ἀνακοπαὶ καὶ τὰ πολλὰ ἐγκαθίσματα τῇ λέξει γέγονε, τοσαύτας τὸ πλῆθος, ὥστε ὀλίγου δεῖν καθ' ἕκαστον αὐτῆς μόριον εἶναί τι τῶν τοιούτων.* Conf. c. 22. init. p. 294.

§. 235. *dictum est — simile est.* Schutz. delevit utrumque *est*, probante Goerenz. ad Cic. de Fin. B. et M. 4, 13, 34. p. 464., sed invitis libris. Meyerus verba *tamen simile est* uncis inclusit ex auctoritate Nonii in v. *Scopae*, Palatt. duorum et Erl., „sed codices interpolati huius libri non minus saepe peccant omittendo auctoris verba, ut statim abest ab Erl. *quod ego laudo* paulo post verba *composite et*, quam inculcando aliena.“ Or.

ut ita dicam. Haec Schutz. delevit, quia iam ante sit: *ut in proverbio est;* utrumque enim stare non posse. Ern. uncis incluserat. Nullus liber omittit, et adversatur Goerenzius ad Fin. B. et M. p. 459[b]., qui „ante *ut dixi*, ait, vox proxime praecedere debet, quam haec spectant, (velut *illud difficile, ut dixi,* non *difficile illud, ut dixi;* sic enim esse deberet: *difficile illud, quod dixi*). Quod idem in excusantis formula: *ut ita dicam* valet, quare hanc nuper in Oratore cancellis inclusam non probamus. Intentius enim ibi bis excusat auctor, quod *scopas* et dicturus sit et dixerit."

dissolvere. Dictio apposita ad rem et commoda, quia scopae solutae nullius usus sunt. Quare hominem fatuum appellabant scopas, (Gallice un ésprit sans suite et sans liaison).

quod ego laudo. Laudavit c. 66, 223.

contemsisse. i. e. non solum se contemnere simulasse, sed vere contemsisse.

formidavisse. Eins. Vit. Dr. Ven. 2. Man. Grut. *reformidavisse.* Erl. Ven. 1. Aldd. Lamb. Ern. Sch. Utrumque verbum sensum formidinis explicat, sed *reformidare* fortius, ut κατοῤῥωδεῖν fortius est, quam ὀῤῥωδεῖν. v. Doederl. lat. Synon. Vol. 2. p. 200. Ea enim est vis particulae *re.* vid. ibidem p. 186. Orellius confert §. 213. *satietas formidanda.*

aut reperiam ipsa eadem conditione — utra voles. Eins. Dr. Mon. Ven. 1. 2. Asc. 1. Aldd. Lamb. Schirach. *aut reperiam ipse, eadem* codd. Regii, Gu. 3. Leclercq. Or. 1. *aut reperiant ipsa eadem — utra voles* Vit. Mon. Erl. Asc. 2. Crat. Camer. Mey. Itidem Ern. Sch. 2. Beier; sed hi tres ex coniectura Ernestii *utra volet.* Eins. *utra velis.* Explicationem huius loci suppeditat c. 70, 234. *Hoc modo* (apte) *dicere nemo unquam noluit: nemoque potuit, quin dixerit. Qui autem aliter dixerunt, hoc assequi non potuerunt.* Sensus igitur est: wohlan, sie mögen schreiben, wie ich verlange, oder ich will schreiben, wie sie verlangen, und ich werde leichter schreiben, wie sie verlangen, als sie, wie ich verlange. Denn leichter ist es etc.

utra voles lingua. Graece an Latine.

quam dissipata connectere. Quintilianus 9, 3, 39. non ad hunc locum pertinet, sed ad de Orat. 3, 54, 207. *et alia correctio et dissipatio.*

§. 236. *aut spectari.* Eins. *exspectari.* Vit. Dr. *aut exspectari.* Quod ita defendi posse ait Orellius, ut accipiatur de exspectatione illa, quae solet praegredi magni oratoris auditionem, coll. de Orat. 1. §. 180. *causa — quo concursu hominum,*

qua exspectatione defensa est! „Et spectatur, addit, histrio potius quam orator.“ Nonne vero etiam in oratore est, quod spectetur, ut actio, vultus etc.?

Cap. LXXII.

§. 237. *asseveravi.* das ich so sehr in vollem Ernste vorgetragen habe. Nam *aio* est simpliciter Ia sagen; *asseverare* contrarie ponitur iocosae vel leviori sententiae; *affirmare* est pro certo ponere, non dubitanter eloqui; *contendere* adversus alios pugnando proferre. Vid. Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 7.

novissima. Eins. Vit. Dr. Mon. Ox. (hic *notissima*). *levissima* Ceteri, etiam Erl. A. Gellius N. A. 10, 21. negat Ciceronem superlativo *novissimus* usum esse, contra quem disputat Schottus Nod. Cic. 3, 17. p. 365. Reperitur in or. pro Roscio Comoed. §. 30. Fulciendae scripturae *levissima* Orellius affert Epistt. ad Famil. 3, 10, 8. *ad nocendum levissimum.* Neque quisquam dubitat ita dici posse. Videndum potius, annon etiam id, quod libri meliores offerunt, teneri possit. Atqui Doederl. lat. Synon. Vol. 4. p. 381. docet, novissimum illud esse, post quod nihil aliud sequatur. Ciceronis apparet hanc sententiam esse: opinationes vulgi et delectationem aurium minime omnium in iudicium cadere; et populi quidem opinationes propter levitatem, aurium vero voluptatem, quod non ratione, sed tacito quodam sensu diiudicetur. Ita *novissime* dicas quodammodo pro *minime*, sive zu allerletzt pro am allerwenigsten. Velut hic: eher alles Andere ist ein Gegenstand der sicheren Beurtheilung, als das Meinen des Volks und das Vergnügen der Ohren. Hoc apertius fit ex c. 48, 162. *Sed quia rerum verborumque iudicium prudentiae est, vocum autem et numerorum aures sunt iudices, et quod illa ad intelligentiam referuntur, haec ad voluptatem: in illis ratio invenit, in his sensus artem.*

§. 238. *imprudentiam.* Eins. Vit. Vet. Ox. *improvidentiam* Gu. 3. *impacienciam* Kob. „Fortasse *imprudentiam*, ut, unde est orsa, in eodem terminetur oratio. Hinc enim orsa est §. 2. *malo — desiderari a te prudentiam meam* etc.“ Muret. apud Olivetum. „Sed manifesto *impudentia* recte opponitur *verecundiae* duntaxat, et *imprudentiae* notio inest in verbis *ut aut maius opus institutum putes quam effici potuerit.*“ Or. Verba ista nihil ad prudentiam pertinent, sed ad difficultatem rei, quae efficit, ut non eadem omnibus probentur. Nec potest is se impudentem dicere, qui verecundum. Impudentia erat, si Bruto melius intelligenti et non petenti librum suum obtrusisset; imprudentia, si quod vires suas superaret, Bruto rogante, suscepisset. Non

puto quemquam honesti sensu praeditum vel non serio impudentiae convicium sibimet ipsi ingerere. Denique receptam a me scripturam satis comprobat vel unus locus Orat. 10, 35. *Sed testificor, me a te rogatum et recusantem haec scribere esse ausum. Volo enim mihi tecum commune esse crimen, ut, si sustinere tantam quaestionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti: in quo tamen iudicii nostri errorem laus tibi dati muneris compensabit.* Quod hic dicit *iudicii errorem*, quid aliud est, nisi *imprudentia* praesentis loci? Hanc eandem imprudentiam significat c. 23, 75., ubi de suscepta scriptione Oratoris sic loquitur: *Magnum opus et arduum, ut saepe iam diximus: sed ingredientibus considerandum fuit, quid ageremus, nunc quidem iam, quocunque feremur, danda nimirum vela sunt.*

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

(Nudi numeri paginas indicant.)

DISCREPANTIA SCRIPTURAE
IN
EDITIONE ROMANA PRINCIPE
ET
TRIBUS MSS. GUELFERBYTANIS.

Hanc acceptam refero humanitati Francisci Nicolai Klein, Directoris gymnasii, quod Confluentibus est. Praestare visum Viri harum rerum intelligentissimi et curiosissimi ipsa verba reddere:

Alter Druck

der Ciceronischen Schriften de Oratore, Brutus und Orator Rom 1469 12 Ian. (Pannartz und Schweynheim) 188 Blätter gr. 4. 32 Zeilen, Römische Schrift.

1te bis 9te Lage zu 10 Bl.	90
10te Lage zu 8 Bl.	8
11te Lage zu 12 Bl.	12
	110

Die Schrift de Oratore schliesst Bl. 110 a. in der 29. Zeile mit den Worten: *animos nostros curamque laxemus.* Bl. 110b. ist leer.

Ich halte diesen Druck für einen undatirten, den man später mit der ersten datirten Ausgabe des Brutus und Orator in Verbindung setzte.

12te bis 18te Lage zu 10 Bl.	70
19te Lage zu 8 Bl.	8
	78
Anzahl der Blätter überhaupt	188

Das 1te Blatt der 1ten Lage ist als Vorstand unbedruckt, daher der Irrthum in der Angabe sämmtlicher Bibliographen.

In dem Börnischen Exemplare [1]) fehlt jener Vorstand, sowie auch das nächste bedruckte Blatt d. h. das 2te Blatt der 1ten Lage, dessen Text bis zu den Worten *animum ad ea ipsa* c. 2. §. 8. läuft.

S. Ebert Bibl. Lex. Th. 1. nr. 4309., der nach Dibdin's irrigem Vorgange 186 Blätter zählt.

Hain Repert. Vol. 1. p. 2. nr. 5105. gibt wenigstens die Anzahl der bedruckten Blätter richtig, nämlich in der Schrift de Oratore, ohne den erwähnten unbedruckten Vorstand, 109, im Ganzen also 187.

Der Orator hebt an Bl. 156 a. Z. 4. unmittelbar nach dem Schlusse des Brutus in der 3ten Zeile: *numerarer in multis: si operosa est cōcursatō magis optimorum: (rum* scriptum est per siglam, similem numero arabico 4) *lrum difficilius: aut maius esset: negare || tibi sepius idem roganti: an efficere id quod || rogares: diu multumque* u. s. w.

Das *i* hat nirgends einen Punkt, und das *ſ* hat nur diese und keine andere Gestalt.

Schluss col. 188 a. Z. 30. in der Unterschrift: *M. T. Ciceronis in Brutum explicit liber: Anno || Xp̄i M. CCCC. LXIX. die uero. XII. mensis Ianuarii. || Rome in domo magnifici uiri Petri de Maximo.*

Collation.

Ernest. Vol. 1. p. 592. ff. (ed. ann. 1774.)

C. 1. §. 1. cupienti) capienti — vereretur) veretur — prudentium) prudentum — §. 2. perficiendi) perficiundi — §. 3. experiri nolint) experiri id nolent — §. 4. omnes) omnis — magno opere) magnopere — deficiet) defecerit — nam in poetis non Homero soli) an in poetis Homero soli — vel secundis) in secundis.

C. 2. §. 5. Coae Veneris) ere Veneris [!] — admirabile) àmirabile. d. h. ammirabile, wie sonst immer und überall — infringatur) infringat — praestantibus) presentibus — §. 7. nihil possit esse) nihil esse possit — elucet) eluceat — idem apud alios) id idem est apud alios — §. 8. picturis) pulchris [!]

C. 3. §. 9. sub oculos ipsa cadunt) sub oculos ipsa non cadunt — §. 12. aut etiam quicunque sim) aut quicunque sim — nec satis tamen instructa) nec satis instructa tamen — §. 13. multis quidem illa) multis illa quidem.

---

[1]) Unde haec excerpta est discrepantia scripturae; v. Bibl. G. Chr Harlesii P. 2. p. 6. nr. 60. Gernh.

C. 4. §. 14. nec copiosius) atque copiosius — §. 15. dicit) dicat — §. 16. neque eam) nec eam — nec tribuere) nec distribuere — aut intelligi potest) aut intelligi posse?

C. 5. §. 18. vel primas eloquentiae) uel primas eloquentiae partes — aetas) autoritas — §. 19. atque exprimere) aut exprimere — §. 20. neque conclusa) atque conclusa — laevi et structa) leni et instructa — pressa oratione) pressa ratione.

C. 6. §. 20. et consulto) et inconsulto — id est faceti) iidem faceti — §. 21. inter hos medius) inter medius — ut cinnus) uicinus — praeter facilitatem et aequabilitatem) praeter facultatem et equalitatem — §. 22. vim singulis) uim in singulis.

C. 7. §. 22. iidem ornate) isdem ornate — reperire) experiri — §. 23. unum anteferre Demosthenem) der Druck setzt hinzu: unumque accommodare — accommodarit) accommodaret — callidior) calidior — nobis monendi) monendi — increbuit) increbruit — ne Athenas quidem ipsas magis credo) Athenas quidem ipsas magis non credo — discant) dicant — metiantur) mentiantur.

C. 8. §. 25. opimum) optimum — adipatae dictionis) adipale dictionis — Graeci multo minus) Greci autem multo minus — §. 26. summissus) summissius — pressus) pressius — incedens) incendens — ac tamen) attamen — dira) dura — §. 27. hoc an illud verbum dixerit) in hoc in eum — aut quis potius) aut potius quis.

C. 9. §. 29. quis enim id possit) quis enim possit id — aut ne sit Aeschines) aut ne Eschines — §. 30. et qui in forensibus) nec qui in forensibus — Thucydides autem) Thuchydides — §. 31. excoli potuit) extolli potuit — duxit) dixit — §. 33. referamus nos igitur) referamus igitur nos.

C. 10. §. 34. gratiae causa) gratis causa — ergo omnibus terris) ergo ex omnibus terris — in Italiae luce) in Itálie lucem — §. 35. hoc sum aggressus statim) hoc sum aggressus.

C. 11. §. 36. quae χαρακτὴρ) quod character — Attio) Accio — alios horrida) alius horrida — delectant) delectatur — §. 37. ab forensi contentione) a forensi cōtentiōe — ἐπιδεικτικὸν nominantur) epidictio connominantur.

C. 12. §. 37. ab hac) *om.* — §. 38. ac palam) et palam — consecutum) consectatum — sed ad voluptatem) sed voluptatem — §. 39. Gorgiam) Gorgian — λογοδαιδάλους) logodedalos, *et sic fere Graeca ponuntur Romano charactere scripta, non Graeco.* — nimiumque) minimeque.

C. 13. §. 40. sed cedas) sed credas. *conf. Drakenb. ad Liv.* 3, 21, 3. *Tom.* 2. *P.* 1. *p.* 187. — Theodorus autem) Thucydides autem — §. 41. orationes attigerunt) oratores attige-

runt — philosophia) philosophie — auguratur) auguratus — §. 32. eloquentia ipsa se postea) eloquentia est ipsa postea se — descendamus) ueniamus.

C. 14. §. 45. quibus ut uti possit) quibus uti possit — sit probari necesse) probari sit necesse — §. 46. dici posset) dici possit.

C. 15. §. 47. percurret omnes) percurrat omnis — utetur) utatur — dicet) dicat — emanant) emanent — et seliget) et liget — ex iisdem eadem) ex hisdem — §. 48. expendet) expendet uacat — herbas etiam) etiam herbas — aut causis) aut a causis — §. 49. alioqui quonam) quoniam — et habitabit suis) et habitabit in suis — §. 50. aditusque ad causam) aditusque ad causas — cumque) curaque.

C. 16. §. 51. quid et quo loco) et quid et quo loco — eadem dicere) ea dicere — Charmadam) Carneadem — §. 52. scitari) sciscitari — §. 53. in lenitate) lenitate — severitatem quandam verbis) seueritatem quandam in uerbis.

C. 17. §. 54. ne nunc quidem) nec nunc quidem — §. 56. et summissa) sumiss, *i. e.* summisse.

C. 18. §. 57. est autem in dicendo etiam quidam) est autem etiam in dicendo quidem — epilogus) epilogis — §. 58. ultra tertiam) citra tertiam — ac vocis quidem bonitas) at uocis bonitas quidem — §. 59. omnes sonorum) omnisque sonorum — §. 60. tum dignitatem) cum dignitatem — tum oculorum est quaedam magna moderatio) tum est oculorum magna moderatio.

C. 19. §. 61. ῥήτωρ) rhetor — eloquens dictus est) eloquens dictus. — §. 64. nec vincta numeris) nec iuncta numeris — nihil astutum) astutum — hoc proprie) hoc proprio.

C. 20. §. 66. et narratur ornate) et ornate narratur — §. 67. ῥυθμός) rhithmos — nisi quod versiculi) nisi quod quidam uersiculi [1]) — §. 68. cum licentiam) licentiam — tum etiam) cum etiam — voluptati) uoluntati. *conf. ad Lamb. Emendatt. Tull. p.* 555. — inserviunt) inseruiant.

C. 21. §. 69. oratoris) orationis — §. 70 tripertitae) tripartite — πρέπον) prepositio — et in poematis) in poematis — §. 72. et subtiliter) et supliciter —

C. 22. §. 74. contraque item dedecere) contraque dedecere — quod si poeta) quodsi poetis — Ulysses) Ulixes.

---

[1]) Lectio notabilis. Vit. *nisi quidem uersiculi sunt.* Appendix Var. LL. ed. Hervag. 1534. *nisi quod quidam*, nescio an ex nostra ed. Rom. conf. §. 108., ubi in eadem Var. LL. Hervagiana est *pro Rabirio*, sicut in Romana, at hic pro verbis *pro Avito*, illic pro verbis *pro Roscio.*
GOELL.

C. 23. §. 77. oratori numeri) oratorii numeri. *v. Lambin. Emendatt. p.* 88. — tanquam hiatus) hiatus — §. 78. conglutinatioque) coaglutinatioque — quae id ipsum deceat) quasi id ipsum deceat.

C. 24. §. 79. unum aderit) unum aberit — dominabuatur) dominabitur — §. 80. aut sumtum aliunde) aut factum aliunde — §. 81. verba mutaveris) uerba imitaueris — gemmare vites) germinare uites — sitire agros) scire agros.

C. 25. §. 83. σχήματα) schemata — ceteroquin) cetera — nam sicut) nam si ut — a magnificentia recedens) magnificentiane excedens — §. 84. fugienda sunt) fugienda sicut — et immutatione) et mutatione — manifesto) manifeste — §. 86. accedet actio) accedit actio.

C. 26. §. 88. nec subobscaeno ne mimicum) ne subobsteno nec inimicum — §. 89. nec ex tempore) nec tempore — nec omnes) nec omnis.

C. 27. §. 92. Phalereus Demetrius) Phalerius Demetrius — tralata verba) translata uerba — ab alia re) ad aliam rem — subiicitur) subducitur — significet) significat — §. 93. summutantur) summittantur — §. 94. κατάχρησιν) catachresin — vel quod decet) uel quod licet — plures continuae) continue plures — ἀλληγορίαν) allegoriam — §. 95. latae eruditaeque) late etiam eruditeque.

C. 28. §. 98. alte enim) aliter enim — §. 99. nihil leniter) nihil leuiter — viaolentus) uiaolentius — §. 100. nam manu) non manu — ne ipse quidem) ne ipse quidam.

C. 29. §. 100. quis est igitur is) quis est igitur? sed — is enim est eloquens qui et humilia) is est enim eloquens qui humilia — §. 101. ne fuerit) nec fuerit — quod nihil est aliud) quod nihil aliud est — ut idem illud) ut illud idem — parva summisse) pauca summisse — §. 103 in accusationis quinque libris) in accusationis septem libris — quod in Aviti) quod in Rabirii? *conf. c.* 30. §. 108. — at quid deceat) atqui quid deceat — §. 104. aures meas) auris meas — et semper) et sepe.

C. 30. §. 105. neque eum dimittis) neque enim dimittis — §. 106. numquam Cotta) tibi numquam Cotta — §. 107. fluctuantibus) fluctibus — laudati) laudata — §. 108. hic unus erat) hic erat unus — ut pro Avito) at pro Rabirio.

C. 31. §. 109. et maxime tragicis) maxime tragicis — vidimus) [3]) uidemus — §. 110. aut aliquod causarum...... iisdem

[3]) *Vidimus* bis in hac §. legitur, ut incertum sit, utro loco ed. Rom. habeat *uidemus*. Puto priori loco, ibi itidem *uidemus* est in Vit., quocum ed. Rom. consentire solet. Altero loco Vit. habet *uidimus* cum plurimis aliis.

causis) *haec absunt* — cuius nuper) cuius semper — §. 111. multae totae graves) multe et tote graues — clamores tamen tum movet) clamores tamen non mouet — §. 112. nil nos praecipiendi causa dicturos) nihil nos precipiendi cā esse dicturos — quasi docere videamur) quasi edocere uideamur.

C. 32. §. 113. atque finitimam) finitimam — diduxerat) deduxerat — §. 114. tradi possit) trahi posset — duplicem habet docendi viam) duplicem habuit uiam docendi — §. 115. sed quia sua sponte) sed quod sua sponte.

C. 33. §. 116. siquidem definitio est oratio) siquidem est definitio: oratio — §. 117. sed cum explanatius) cum explanatius — genus universum in species certas) genus uniuersum: speties certas — aut quomodo id faciat) aut quomò id facias — iudicem me esse) iudicem esse me — §. 118. sed habeat omnes) sed habent omnis — nihil de bonis rebus) nihil de rebus nouis.

C. 34. §. 119. non ipso de genere dicendi) non de ipso genere dicidi — quibus verbis quidque dicat) quibus uerbis quicquam dicat — §. 120. cumque illa divina) curaque illa diuina — nescire autem quid antea quam) nescire autem: quid antequam.

C. 35. §. 122. ut paret se) aut paret se — §. 123. maxime adhibenda eloquenti est) eloquenti maxime adhibenda est.

C. 36. §. 124. dein si tenues causae) dein *(cum lineola super litera n)* si tenuis causa est — §. 125. expromi) exprimi — in universi generis quaestione pono) in uniuersi generis questionem pono. *cod. Gud.* 1 questionem *et sic codd.* 2 *et* 3 questionē [4]) — *θέσιν*) thesin *codd. Gudd.* 1 *et* 2 thesim — *αὔξησις*) auxesis — §. 126. aequabiliter) equaliter — communes appellati quod) communes appellati eo quod *et sic cod. Gud.* 3., appellati sunt eo quod *codd. Gudd.* 1 *et* 2. *conf. Meyer p.* 73. — in quo quasi certamen est controversiae quod graece *κρινόμενον* dicitur) in quo quasi certamen controuersie: et quod grece innomenon dicitur — atque de universo genere) atque ut de uniuerso genere — §. 127. iam inde ab Aristotele) iam ab Aristotele — aspere) aspera.

C. 37. §. 128. *ἠθικὸν*) ethicon — *παθητικὸν*) patheticon — §. 129. Curio pater) pater Curio — §. 130. me enim ipsum poenitet) me enim ipsum non penitet.

C. 38. §. 131. complerimus) compleremus — sed etiam est faciendum) sed est etiam faciendum — qua in varietate) in qua uarietate — §. 132. nec in veritate crimen) nec in necessitate crimen. *cod. Gud.* 2. varietate *conf. Lambin. Emendatt. p.* 386. *s.* — §. 133. perpetuae dictionis) perpetue.

---

[4]) Differt paululum enotatio ex codd. Guelff. infra posita. GOERL.

C. 39. §. 134. qualis esse debeat) qualis debeat esse — et referunt ac movent) ac referunt: et mouent — §. 135. eadem ratio est horum) eadem est ratio h. — aut in utrumque) aut utrumque — nosmet ipsi) nosmet ipsos — exclamatio) explanatio — vel conquestionis) uel questionis — commutatur) commutantur — §. 136. Demosthenes utitur) Demosthenes utatur — nec aliud quidquam est) nec quicquam est aliud — nisi omnes) nisi aut omnes.

C. 40. §. 137. eandem et unam rem et haereat in eadem commoreturque sententia) eadem. ut unam in rem hereat. et in eandem commoretur sententiam — §. 138. interpellatorem) interpellet. oratorem — ut denuntiet) et denuntiet — §. 139. atque alias etiam) atque in alias etiam.

C. 41. §. 140. etsi movebant) etsi non mouebant — §. 141. sed si profiterer) sed si profitear — aestimator) existimator. *conf. Drakenborch. ad Liv.* 34, 2. 5. *Tom.* 10. *p.* 15. — praesidii plurimum esset) presidii: plurimum essent.

C. 42. §. 143. et discentibus satisfacerent) discentibus satisfacerent — nos contra fortasse possumus) nos contra fortasse possumus melius docere — §. 144. si percunctando si communicando) si percontando: si commemorando — nescio docendo etiam aliquid aliquando si possis meliores facere cur nolis?) nescio cur: cum docendo etiam a. a. possis melius facere: cur nolis.

C. 43. §. 147. qui vetat, artem pudere proloqui quam factites) quid uelas artem? pudet ea proloqui que factites — volumen) uolumine — §. 148. meae forenses artes) me forenses artes — quae quidem me) que quidem — forensibus nostris rebus) forensibus nostris.

C. 44. §. 149. ut fiat quasi structura) est enim quasi str. — nec tamen fiat operose) nec id tamén fiet operose — nam esset) nam est — lexeis compostae) lexis composite. *conf.* 3. *de Oratore c.* 43. §. 171., *ubi Pannartz. a.* 1469. quam lepida synthesis composite: ut tesserule omnes arte pauimento ac emblemate uermiculato — §. 150. cum insequentibus primis) in sequentibus primis — gravesque) grauesue — qui vocales nolit coniungere) quin uocalis nolit c. — §. 151. etiam Theopompum reprehendunt) Theopompum etiam reprehenderunt — tanto opere) tantopere — in populari oratione) in populari.

C. 45. §. 152. Histrum) Istrum — Graii) Grai — etesiae) et estare — §. 153. vas' argenteis) uluas argentias — pass' et crinibus) palma: et crinibus — et duis bis) et diuis: dis — nominaverunt) nominarunt — et taxillis) et axillis — et paxillo) et pauxillo — §. 154. nequire pro non quire) nequire pro non inquire — et exinde) et pro exinde.

C. 46. §. 155. nam pro deum atque hominum fidem deorum aiunt) nam proh deum: atque hominum fidem pro deor) (*i.e.* deorum) aiunt — neque tuum unquam) neque tu unquam — Aesculapi) esculapii. *contraria ratione in Bruti c.* 1. §. 1. *Pannartz. a.* 1469. de Q. Hortensi morte. — at ille alter) at ille aliter [5]) — portentum pavos) portentu pauor — quam armorum) quam centuriam. *conf. Meyer. p.* 96. *adhaesit vocula quae deinceps legitur,* iam. — §. 156. litibus iudicandis) litibus — Accius) Actius — dua) duo.

C. 47. §. 157. at eisdem erat verius..... iisdem) at isdem erat uerius. nec tamen isdem ut optimum. malo senat isdem — impetratum) imperatum — §. 158. una praepositio est abs) una prepositio est — abne verum sit an abs) anne uerum sit ab an abs — abfugit) afugit — et abfer noluerunt, aufer maluerunt) et afer noluerunt? aufugit et aufer maluerunt — reperitur) reperietur — effecit extulit edidit) refecit retulit reddidit — suffugit) subegit.

C. 48. §. 159. inclitus) inductus — §. 160. ut pulcros Cetegos triumpos Kartaginem) ut pulchros: et cethegos: triumphos: carthaginem — Orcivios tamen.....) oschinos tamen et mathones: othones: Chepiō esse pulchra: chorōas: lachrimas dicimus — Pyrrhum) pirrhum — Bruges non Phryges) Fruges non phriges — Phrygum) phrigum. *sed deinceps* eum phrygibus. — aut tantum barbaris) aut eam in barbaris — §. 161. quorum eaedem) quorum eadem — ita non erat offensio) ita non erat ea offensio — loquebamur) loquebantur — qui est omnibu' princeps non omnibus princeps) qui est omnibus princeps: non omnium princeps — dignu') dignù.

C. 49. §. 162. negligenda nobis fuit) negligenda fuit nobis — reperienda) repetenda. *conf.* ad Liv. 8, 18, 12. — §. 163. qua ponto ab Helles....) qua pontus helles superat Tmolum: ac tauricos: locorum splendidis — finitus) finis — ferta' arva Asiae) farta arua (arua) asia — §. 165. consectatione) confectione — accepimus legimus) sed accepimus: non legimus — verum ex natura ipsa) uerum natura ipsa — §. 166. in contrariis referendis) in referendis contrariis — ipsa relatio) ipsa ratio.

C. 50. §. 166. *ἀντίθετα*) antitheta — §. 167. plerumque efficit numerum) plerumque efficit' (efficitur) ipsa concinnitas — ergo et hi numeri) ergo ut hi numeri — §. 168. genus illud tertium) et genus illud tertium — aut quid in his) aut quid in iis — colligentur) collegantur — sententias graves et suaves)

[5]) Deestne *socii* post *consilium* in ed. Romana? vid. discrep. script. in tribus Mss. Guelff. ad h. l.

sententiis grauis et suauis — §. 169. antiquissima illa pictura) antiquissima pictura — illa nobis sit credo repetenda) illa nobis sint credo expetenda — et in sententiis boni) et in sententiis bonis.

C. 51. §. 169. omnes usos magnos oratores) omnis usos m. o. — §. 170. invidiam) inuidum — numerus graece ῥυθμός) numerus latine grece rhythmos — ad capiendas aures) ad capiendas auris — iure sin probae res) iuncte sint proba res — §. 171. versibu') uersibus — etsi in eis aliquid desidero) etsi in his aliquid d. — cum a bonis absint longissime) tum a bonis absunt longissime — §. 172. omitto Socratem) omitto Isocratem [6]) — summi ipsi oratores) summique ipsi oratores — impensius) infensius — et sentit et praecipit) sentit et pr. — iisdem de rebus) et iisdem de rebus — nesciant) nesciunt — §. 173. quid? ipsi suis) quia ipsi suis — longitudinum et brevitatum) longitudinem et breuitatem — sicut) sicuti.

C. 52. §. 174. et alia nobis tradiderunt) et illa nobis tr. — te id vel maxime velle) te illud maxime uelle — tum ad extremum) tam ad extremum — utemur) uterimur [7]) — §. 175. princeps inveniendi fuit Thrasymachus) princeps inueniende fuit Thrasymmachus — id autem est genus) idem autem est genus — §. 176. faciendisque verbis tranquillior) tranquillior — moderatius temperavit) moderatius etiam temperavit.

C. 53. §. 177. quos diximus) quos dicimus — quod cum animos hominum) quod animos hominum — et perfecta ac moderata) et perfecta et moderata — §. 178. mutila) inutilia — admonente) ammonente *et sic fere in his et similibus* — §. 179. aut natus ex quo) [8]) aut natus e quo — §. 180. sed ut in plerisque rebus) sed ut est in plerisque rebus.

C. 54. §. 180. quia nihil insit in ea certi) quia nihil insit certi — eos esse numeros) esse eos numeros — §. 181. deinde quicunque sint) denique quicunque sunt — omni generi orationis) omni genere orationis — si communes) si omnes — an sit suum cuiusque) an est suum cuiusque — vocibus) uocis — ex eaque et numerus) ex eaque numerus — σχήματα) schemata — §. 182. at non est unum) at non unum — et quod moderatione) quod moderatione.

C. 55. §. 183. non cognoscere) non agnoscere — cantu remoto) cantu remota — λυρικοί) lyrici — §. 184. illa in Thyeste) ille in Thyeste — qui tarda) qui tarda — orationi sunt) orationis sunt — §. 185. ita et in hac re.... excogitata) *haec absunt et a Pannartziana.*

---

6) *Socratem* Ern. errore typogr.
7) *utemur* est error operarum Ernestii. Habet tamen Mon. GOELL.
8) Immo: *et natus ex quo.*

C. 56. §. 186. tralata) translata — non domo) non modo — §. 187. quodsi et angusta) quodsi est angusta — et alia est collatata) et alia collocata — permista) permixta — numeris contineri) numerus contineri — numeris adstrictam) numerus ad adstrictam — §. 188. sed hi numeri) sed ii numeri — aut aequalem alteri) aut equalem esse alteri — §. 189. incidere vero omnes) incidere uero omnis — Hipponacteos) Hipponactieos — agnoscit) cognoscit. *conf.* §. 183. — inculcamus autem) inculcamus tamen — §. 190. triginta fortasse) triginta forte — in primis nobilis) in prime nobilis — ita factus est) itaque factus est — Aristophaneus) Aristophanius — inquirente in eum) inquirenti in eum — eosdemque esse oratorios) eos. denique e. o.

C. 57. §. 191. dactylicus) dactylius — levis ipse orator) lenis ipse orator — sed profectus ex optima disciplina) sed perfectus: et optima disciplina — paeona) pena — quod enim paeon) q⁊ en̄ peon *i. e.* que enim p. — putat) putant — alter longis) alter e longis — §. 192. sed et illi priores) sed ut illi priores — qui audient) qui audiant — §. 193. cordacem) chordacem — §. 194. recepit oratio) recipit oratio — vitiosus in oratione) uitiosius in oratione — §. 195. omnes) omnis — permistos) permixtos — quia neque numerosa) quia nec numerosa — vinctum) iunctum.

C. 58. §. 197. inter se miscendi) inter miscendi — et quadrandae) et quadrate — §. 198. atque id in dicendo) atque id dicendo — totum constat) constat — quod illis certa) q⁊ in illis certa — tibicini) tibicinis.

C. 59. §. 199. acquiescant) adquiescant — ferri) fieri. *conf. ad Liv.* 5, 54, 6. *Tom.* 3. *P.* 1. *p.* 455 *s.* — §. 200. scripserint) scripserunt.

C. 60. §. 202. collocationis autem) collocationes autem — nec nimis esse diversa neque ullo modo) non nimis esse diuersa nec ullo modo — numero fiat) numero fit.

C. 61. §. 204. *περίοδον*) periodum — §. 206. disserendum est) disserendum — §. 207. remotis igitur) semotis igitur — *ἐπιδεικτικόν*) epidicticon — §. 208. omnes fere) omnis fere — attentetur) attemtetur *i. e.* attemptetur.

C. 62. §. 209. assumendum est) assumendum — offert) affert — §. 210. desiderat) desyderat — Ennensi) hennensi — animo contendisse) omnino contendisse — non inquirit) non anquirit. *conf. ad Liv.* 6, 20, 12. *Tom.* 3. *P.* 2. *p.* 188. — §. 211. cum sis his locis usus) cum sis locis usus — *Κόμματα* et *Κῶλα*) commata et colla.

C. 63. §. 212. est secuta Asia) secuta est Asia — e singulis longis) ex singulis longis — quod ab aliis) q⁊ ab illis. *conf. ad Liv.* 23, 7, 3. *Tom.* 7. *p.* 389. — aliis nominantur vocabulis) aliis uocabulis nom. — §. 213. in concione) in contione *et*

sic fere, nunquam concio. — incisim) incissim — §. 217. ternis) certus! — persolutas) persolutus — excitatus est) excitatus ē est — quem Aristoteles) quam Ar. . . .

C. 64. §. 215. quam commodissime) q (*cum lineola ducta per crus huius literae, quo* qui *indicari solet*) commodissime — nam aut e longa) nam aut e longa ē *i. e.* est — aut e totidem) aut totidem — §. 217. qui habet tres breves) qui habet tris breves — nisi cum pro cretico) nisi enim pro cretico — §. 218. postrema an longa sit) postrema quam longa sit — ut inter omnes constat antiquos) ut inter omnis antiquos — Theodectem) Theodectum — dochmius) dochimius.

C. 65. §. 219. numero solum numerosa oratio) numero oratio — ea non numero) ea si non numero — §. 220. fit ut numerose) ut numerose — ut haec quoque) ut quoque.

C. 66. §. 221. haec enim) hoc enim — constat enim ille) constat ille — quatuor) quattuor — et ne brevior sit) et neue breuior sit — §. 222. disiungimus) diiungimus — §. 223. de perfugis) de profugiis — *κόμματα*) comata — *κῶλον*) collon.

C. 67. §. 224. haec incise) hac incisa — crepidine) crepedine — comprehensione) comprehentione — at dispondeo) at spondeus — facit ipsa liberiores) facit liberiores — §. 225. tracta oratio) tractata oratio. *conf. ad Liv.* 35, 32, 13. *Tom.* 10. *p.* 397. — testes dare) testis dare — quaeso) quasi — §. 226. ferire) fere — inter quae variis) inter quas variis — Lysiam) Lysyam.

C. 68. §. 227. nisi optimis) nisi opportunis *contraria ratione Bruti c.* 97. §. 333 *fin.* magis optimorum. *conf. ad Liv.* 37, 7, 10. *Tom.* 10. *p.* 699. — illustrat) illustret — sonantium omnium) sonantium omniumque — §. 228. hanc igitur sive com positionem) hanc igitur sive comprehensionem sive compositionem — librarii) liberari — nisi petitio fuit apta) nisi petitio sit apta — nec satis recte) nec satis tecte — intelligit) intelligat — §. 229. *ἀπαλαίστους*) apalestros *et sic Gudd.* 2. 3. — tantumque abest ut) tantumque abest ne — ingenii) ingenti.

C. 69. §. 230. celet) celat — qui hanc a Laelio) qui hanc a L. - - inania quaedam verba) inania quaedam — §. 231. principes) princeps — neque inferciens verba) nec infarciens uerba — perspicua) perspicue.

C. 70. §. 232. aut compositi) aut compositio — dissolvas) dissoluat — quibus omnes Africanos) quibus Afr. — paullum) paululum — vicerunt..... Aegyptoque) *haec interciderunt propter verbi eius similitudinem, quod postremo loco posui.* — §. 233. commutato) commutata — dissipatam) dissolutam *et post* sententiam *additur* licet: *cod. Gud.* 3., *id est August. XII,* 13. dissipatam aliquam licet sententiam. — diffluens) defluens. *conf. ad*

Liv. 41, 15, 1. — probos improbare.... quia eiusdem hominis sit) *haec item interciderunt* — §. 234. dixerunt) dixerint.

C. 71. §. 234. modo sic ut quis) modo si quis *et sic Gudd.* 2. 3. — clypeum) clipium *sed deinceps* clipeum — §. 235. tamen consimile est) tamen simile est *et sic Gud.* 3.; *n Gud.* 1. *absunt haec:* tamen e est. — utra volet lingua) utra voles lingua — §. 236. et ordine et modo) ordine et modo — aut spectari) aut expectari. *Cod. Gud.* 3. expectare.

Confluentibus,
23. Apr. 1838.

KLEIN.

CODICES GUELFERBYTANI.

Oratorem

Codd. Guelferb. tres habent:

1) Gud. 2. fol. max. (Ebert zur Handschriftenkunde 2tes Bändchen Leipz. 1827.) Nr. 201.
2) Gud. 38. fol. min. (Ebert Nr. 200.)
3) August. 12, 13. quart. (Ebert Nr. 199.)

Conf. Chr. God. Schütz Praefat. ad Rhetor. Vol. 3. P. 2. p. 6. sqq. [1]).

In horum codicum primo (Gud. 2. Ebert 201.) deest initium et tertia fere pars libri: incipit codex a c. 26. §. 91. in his verbis: *quantoque robustius.*

Ernest. Vol. 1. p. 591 sqq. (ed. ann. 1774.)

C. 1. §. 2. quum tanta sit) 2. quum tanta — optima species) 2. optima spes. *conf. ad Livii* 3, 9, 13. *Tom.* 2. *P.* 1. *p.* 91. — perficiendi) 1. 2. perficiundi — §. 3. cui nihil addi possit) 2. quo nihil addi possit — experiri nolint) 1. experiri id nolint. [2]) 2. experiri id nolent — §. 4. omnes omnia) 1. 2. omnis omnia — magno opere) 1. 2. magnopere — nam in poetis) 1. 2. an in (im) poetis — vel secundis) 1. 2. secundis — §. 5. deterruit) 2. dederuit! — restinxit) 1. 2. restrinxit.

---

1) Comparatio numerorum, quibus codd. Guelff. signantur:

Ebert.	Klein.	Schutz.
201	1	3
200	2	1
199	3	2

Ego quidem numeros Schutzianos secutus sum, sicut per reliquum librum, mutatis in hos Kleinii numeris.

2) *nolint* ap. Schutzium non 1, sed 2.

C. 2. §. 5. Coae Veneris) 1. ede Veneris. 2. tue Veneris. — Olympii) 1. Olympi — §. 6. in oratoribus vero) 1. in orationibus autem. [3]) 2. in orationibus uero — attamen) 1. 2. at tamen [4]) — magni et clari) 1. magni clari — qui se studio eloquentiae dediderunt) 1. qui studio eloquentiae se dediderunt [5]) — infringatur) 1. refringat — et in praestantibus rebus) 1. 2. impresentibus rebus — §. 7. quo nihil possit esse) 1. 2. quo nihil esse possit — elucet) eluceat 1. 2. — §. 8. pulcriora) meliora 1.

C. 3. §. 9. quae sub oculos ipsa cadunt) quae sub oculos ipsa non cadunt [6]) — §. 11. cum antiquam) tum antiquam 2. — admirationis) ammirationis 1. *et sic fere in his et similibus.* — §. 12. impressa sunt vestigia) sunt impressa vestigia 1. — §. 13. multis quidem illa) multis quidem 1. pertimuit) ex pertimuit 1.

C. 4. §. 14. nec latius nec copiosius) neque latius atque copiosius 1. neque latius neque copiosius 2. — §. 15. Periclem) Periclen 2. — praestitisse ceteris) praestitisse 1. — dicit) dicat 1. 2. — quod is) quod his 1. *vid. ad Livii* 2, 14, 9. *Tom.* 1. *P.* 2. *p.* 126 *sq.* — a quo censet eum cum alia) *absunt ab* 1. — quod est eloquentiae maximum) quod eloquentiae maximum 2. *sed vid. ad Liv.* 9, 26, 6. *Tom.* 5. *P.* 1. *p.* 212. — §. 16. quae falsa sint) quae falsa sunt 2. — de vita de officiis) de officiis de vita 2. *et deinceps omissum in* 1 de virtute.

C. 5. §. 17. ab iis qui) ab his qui 1. 2. — §. 19. nullus unquam fuit) nusquam fuit 1 — §. 20. varii copiosi) uarii et copiosi 2. — et convertendos) *absunt ab* 2. — neque conclusa) atque conclusa 2. — laevi et structa) leni et instructa 1. levi et instructa 2. — omnia docentes) omnia edocentes 1. — subtili quadam) subtili 2. — limati) et limata 1.

C. 6. §. 20. et consulto) et in consilio 2. — et leviter ornati) leniter ornati 2. — §. 21. inter hos medius) inter medius 1. 2. — temperatus) temperandus 1. 2. — nec flumine utens) nec fulmine utens 1. 2. *conf. C.* 70. §. 234. — ut cinnus) uicinus 1. 2. *vid. ad Liv.* 4, 51, 6. *Tom.* 2. *P.* 2. *p.* 420. — facilitatem) facultatem 1. 2. — aequabilitatem) aequalitatem 1. — ut in corona) in corona 2.

C. 7. §. 23. increbuit) increbruit 2. — dici se desiderant Atticos) dici se desiderant amicos Atticos 1. [7]) — discant) dicant 2. *vid. ad Livii* 6, 25, 9. *Tom.* 3. *P.* 2. *p.* 230. — ipsius

---

[3]) ap. Schutzium sic habet 2.
[4]) ap. Schutz. 2. 3. manifesto errore.
[5]) ap. Schutz. non 1., sed 2.
[6]) Omissa est nota librorum; non dubito autem, sic esse in utroque. GOELL.
[7]) *quo Athenas quidem* omisso *sic* 1. apud Schutzium.

viribus) ipsius viribus imitari 1. — §. 24. tantum quisque) quisque tantum 1. — quantum se posse) quantum se ipe (*cum lineola ducta super* ipe) 1.

C. 8. §. 25. opimum quoddam et tanquam adipale 1. 2. — Graeci multo minus) Graeci autem multo minus 1. 2. [8]). — funditus) fonditus! 2. — §. 26.[9]) sensim) sensum 2. — incedens) incendens 1[10]) *conf. C.* 38. §. 132. — ac tamen) attamen 1. — dira) dura 2. — cum quidem eum) cum quidem 1. — §. 27. restinctis iam) restinctis 2. — hoc an illud verbum dixerit) in hoc enim 1. in hoc in eum 2. — aut quis potius) aut potius quis 1. 2.

C. 9. §. 29. dictus esset) dictus 2. — non quod tenuis sit) non quod hoc tempus sit 2. — sed quod nihil) sed quod non nihil 2. — aut ne sit) *absunt ab* 1. — §. 30. Thucydidios) Thuchidiados 1. — §. 31. at laudatus est ab omnibus) at laudatus est ab hominibus 2. — bella narraret 2. — mutila quaedam) utilia quaedam 2. — quae vel sine magistro) quae sine magistro 1. — §. 33. referamus nos igitur) referamus igitur nos 1.

C. 10. §. 33. coniunguntur) coniungantur 1. — §. 34. quis tamen umquam) quis umquam 1. — §. 35. et recusantem) ad recusandum 1. — potuero) potero 1.

C. 11. §. 36. quae χαρακτὴρ Graece dicitur) quod χαρακτὴρ Graece dicitur 1. quod cura et graece dicitur 2. *conf. Appendix ad edit. Bonnensem Cic. libr. de R. P. p.* 9 *sq.* — quid est quo praescriptum aliquod) quid est quod perscriptum aliquid 2. *conf. Seyfert Gr. L. L.* §. 2003. *P.* IV. *p.* 69. — plura sint) plura sunt 1. — eius rei gnarus) eius rei ignarus esset 1. *vid. ad Livii* 1, 21, 3. — §. 37. scriptionum et historiarum) scriptionumque historiarum 2. — et talium suasionum) et italium suasionum 1. — ab forensi) a forensi 1. 2. — ἐπιδεικτικὸν nominatur) epidicti conomiantur 1. epedicti connominantur 2. — quod quasi) qua quasi 2.

C. 12. §. 38. conferantur pugnantia comparenturque) conferant pugnantia comparentque 1. 2. — consecutum) consectatum 1. 2.[11]) — sed ad voluptatem) sed voluptatem 1. 2.

C. 13. §. 40. leviter) leniter 1. 2. — sed cedas) sed credas 1. 2. *conf. ad Liv.* 3, 21, 3. — Theodorus autem) tuchidides 1. 2. — §. 41. his ipsis verbis loquens Socrates) his ipsis uerbis eloquens Isocrates 2. — lubet) libet 1. — qui unquam) qui numquam 1. 2. — auguratur) auguratus 1. 2. — §. 42.

---

8) *Graecia multo minus* 2. apud Schutzium.

9) *summissius — pressius* 1. 2. ap. Schutz. conf. ed. Rom.

10) ap. Sch. non 1., sed 2.

11) ap. Schutz. solus 2.

qui Isocratem) qui Socratem 1. *conf.* §. 36. *fin.* — et effluens) et affluens 2. — eloquentia) eloquentia e 1. 2. — iam in aciem dimicationemque descendamus) in aciem dimicationemque ueniamus 1. 2.

C. 14. §. 43. nec quibus rebus ea pararetur exponemus) *absunt ab* 1. — §. 46. dici posset) dici possit 2.

C. 15. §. 47. quoniam loci certi) ut quoniam loci certi. 1. 2. *itaque iidem deinceps mutata orationis forma* percurrat, utatur, dicat. — emanant) emanent 1. 2. — ex iisdem eadem) ex hisdem 1. 2. — §. 48. nihil enim est feracius ingeniis) nihil est feracius ingeniis 1. nihil enim feracius ingeniis 2. — iis praesertim) his praesertim 1. hic praesertim 2. — verum herbas etiam) verum etiam herbas 1. 2. — §. 49. alioqui) *abest ab* 1. 2. — §. 50. leviora) leniora 2.

C. 16. §. 51. quid et quo loco) et quid et quo loco 1. 2. — longe maximum) maximum longe 1. — quod Carneades) quid Cameades 2. — Charmadam) Carneadem 1. 2. — §. 52. et in collocando) et collocando 2. — quocumque torqueas) torqueas 1. — §. 53. in orationis celeritate) in orationis celeritatem 1 — diximus) dissimus 1. *vid. ad Livii* 6, 32, 10. *Tom.* 3. *P.* 2. *p.* 284. *et ad* 25, 24, 8. *Tom.* 8. *p.* 145.

C. 17. §. 55. dicerem etiam) dicerem et 2. — §. 56. si enim eloquentia) sic enim eloquentia 1. *conf. ad Livii* 21, 13, 5. — certe plurimum) certeque plurimum 1. — §. 57. e tribus omnino sonis) e tribus sonis omnino 2.

C. 18. §. 57. est autem in dicendo etiam) est autem etiam in dicendo 2. — dicit plura etiam) dicit etiam plura 2. — dicit voce dulci) dicat voce dulci 1. 2. — §. 58. ultra tertiam) citra tertiam 1. 2. — §. 59. ac vocis quidem bonitas) ac vocis bonitas quidem 1. 2. — rarus incessus) rarus et incessus 2. — trunco) tronco 2. — §. 60. oculorum est quaedam) est oculorum quaedam 2. oculorum sit quaedam 1.

C. 19. §. 61. sed iam illius) sed iam illud 2. — quae sunt in oratore) quae sunt in oratione 1. *conf. ad* §. 6. — soli huic) huic soli 2. — §. 62. et philosophi quidam) et philosophi quidem 2. — neque aculeos) neque 2. *abiecto nomine.* — §. 63. sic de rebus placatis) rebus placatis 1. — loquuntur) *hoc abest ab* 1. — §. 64. proprie signata) proprio signata 1. 2. — §. 65. distinguenda similitudo) dissimilitudo 1. *abiectis mediis.*

C. 20. §. 66. quo ipsi differrent) quod ipsi differrent 1. 2. — §. 67. itaque video visum esse) itaque visum esse video 2. — §. 68. grandis et ornata vox) grandis et vox 2. — voluptati) voluntati 1. 2.

C. 21. §. 69. sed quot officia oratoris) sed quot officia

oranis (*cum lineola ducta super* onis *i. e.* orationis) 2. — vehemens in flectendo) uberius in flectendo 2. — in quo uno vis) in quo vis uno 2. — §. 70. sed est eloquentiae) sed eloquentiae 2. *per ē scriptum illud est sequenti vocabulo adhaesit. conf. ad Liv.* 8, 4, 5. — §. 70. huius in oratione peccatur) *ita, interceptis mediis, propter vocum* ignoratione *et* in oratione *similitudinem* 2. — ignoratione) ignorantie 1. — et in poematis) in poematis 1. — §. 71. sed etiam in verbis) sed in verbis 1. *interceptum a praecedenti* sed *vel* set. — eodem aut verborum genere) eodem semper aut uerborum genere 1. — quod et in re) quod in re 1. — §. 72. eloquentes) eloquens 1.

C. 22. §. 72. at persona alii) ac persona alii 1. — §. 73. suus cuique modus est) suus cuique modus 1. — nimium quam parum) non nōquam parum 1. — magnus est locus hic) magnus hic esset locus 1.[12]) — cum hoc decere) cum hoc deesse 2. *et sic deinceps in hoc verbo turbatum* — dicamus) dicimus 2. — §. 74. oportere enim) oportere 2. — contraque item) contraque idem 2. *sed correctum a secunda manu* — moestior Ulysses) mestior Ulixes 1. 2.

C. 23. §. 75. informandus est ille nobis) informandus ille nobis est 2. — §. 76. est experienti) esset experienti 2. *vid. ad Livii* 22, 36, 4. *Tom.* 7. *p.* 217. — succum) sucum 2. — §. 77. oratori numeri) oratorii numeri 1. 2. — §. 78. negligenter est diligens) *sic* 1. *interceptis mediis propter similes verborum* negligenter *et* negligentia *ductus.* — quas id ipsum) quasi id ipsum 1. 2. — §. 79. sermo purus erit) sermo purus 1.

C. 24. §. 79. dominabuntur) dominabitur 2. — §. 80. suppellex est enim) suppellex enim est 1. — ornatus autem verborum) ornatus autem 2. — aut translatum aut sumptum aliunde) autem factum aut translatum aliunde 1. aut translatum aut factum aliunde 2. — et inusitatum) et usitatum 2. — etiam inusitata) etiam usitata 1. 2. *vid. ad Livii* 5, 23, 5. — § 81. et parcus in priscis) et parcus et impriscis 1. 2. — sermo omnis) sermonis 1. — siquidem est) siquidem 2. *id est* siquidē, *atque ita interceptum illud* ē *sive* est. — gemmare) germinare 2. — sitire agros) lasciuire agros 1. 2. — 82. si res suum nullum) si res nullum suum 1.

C. 25. §. 83. verborum collocationem) collocationem verborum 1. — his luminibus) is luminibus 1. *vid. ad Livii* 2, 14, 9. — ceteroquin) ceteroque 2. certoque 1. *vid. ad Livii* 34, 36, 4. *Tom.* 10. *p.* 160. — nam sicut) nam si ut 1. 2. — a magnificentia recedens) magnificentia recedens 1. 2. — volet) solet 1. —

[12]) ap. Schutz. etiam 2.

§. 84. sunt enim pleraeque aptae) sunt enim plera 2. *conf. Ernest. p.* 614. *n.* 61. — de quo loquor parsimoniae nam illa) *haec interciderunt in Gu.* 2., *scriptoris negligentia* — ne elaborata) nec elaborata 1. 2. — deprehensum) deprensum 1. — §. 85. relaxet et dividat) relaxaret a 1. relaxaret 2. — aut exspectanda aut postulanda) aut expetenda 1. — §. 86. accedet) accedit 2. — quod dicuntur) quo dicuntur 2. *conf. ad Livii* 38, 43, 1.

C. 26. §. 87. qui in dicendo) qui dicendo 2. *sed intercepta praepositio a praecedentis vocis litera finali. conf. ad Liv.* 30, 45, 5. — §. 88. ne mimicum) nec inimicum 2. — §. 89. nec ex tempore) nec tempore 1. 2. *vid. ad Livii* 8, 36, 9. — nec omnes) nec omnis 1. 2. — et facetiis) *post haec male repetita in* 1. modo quibus exceptis — §. 90. quo quidem mihi nihil) quo quidem nihil mihi 1. — sed non tam dicax) sed non tam urbanus dicax 2. — §. 91. .... quantoque robustius) *incipit fragmentum cod. Gudiani* 2. *fol. max., nobis* 1. *(Schutzio, quem sequor, ut dixi,* 3.) — quam hoc humile) hoc humile 2. — summissius autem) summissius enim 3. — nervorum vel minimum) verborum vel minimum 2. nervorum vel nimium 2. *conf. ad Liv.* 36, 9, 7. — quam autem illud) quam enim illud 3.

C. 27. §. 91. ornamenta) ornamentaque 3. — orationis) ornamenti 3. — §. 92. Phalereus) Phalerius 3.[13]) — tralata verba) translata verba 1. 2. 3. — immutata) mutata 3. — tralata ea dico) translata dico 1. 2. — ab alia re) ad aliam rem 1. 2. — proprio) *abest ab* 2. 3.[14]) — §. 93. cum dixit Ennius) quod dixit Ennius 3. *conf. ad Liv.* 21, 40, 7. cum dixerit Ennius 2. — orbas) orbam 3. — si pro patria arcem) pro patria arcem 1. 2. si patriam arcere 3. — terribili tremere .... Africam) *haec absunt ab* 2.[15]) — summutantur) summunt tantum 2. — vocant) medonomiam 3. *voluit utrumque, aut certe videri possit voluisse et* metonymiam grammatici vocant, *et* grammatici vocant metonymiam. — §. 94. Aristoteles autem translationi) Aristoteles enim traditioni 3. — haec ipsa subiungit) et haec ipsa subiungit 3. haec ipsa iungit 2.[16]) — si opus est) si opus 3. *conf. ad Livii* 3, 7, 7. *et ad* 45, 17, 5. — vel quod delectat) *absunt haec ab* 2.[17]) — decet) licet 1. 2. — iam cum

---

13) Schoenem. ap. Orell. p. 193. enotavit: *loquitur*, *tam illustrant* 2. *illustrat* 1. Paulo ante *plerumque est in hac orationis* 1. et *in quo multi.*

14) Schoenem. *sumptum et re* 2.

15) apud Schoenem. *quia* ante *quasi* abest in 2.

16) apud Schoenem. *vocat* 1. mox *minutam* 2.

17) ap. eundem ab 2. absunt *delectat vel quod decet,*

fluxerunt) iam confluxerunt 1. 3. [18]) *conf. ad Livii* 4, 24, 7. — plures continuae tralationes) continuo plures tralationes 3. continuae plures 1. 2. [19]) translationes 1. [20]) — genere melius) genus melius 3. — Phalereus) Phalerius 1. 3. — suntque) que 3. — §. 95. multa etiam sententiarum) multa enim sententiarum 3. multa .n. (*i. e.* enim) sententiarum 2. — explicantur) explicabuntur 3. [21]) — et nisi coram) etenim coram 3. et nisi quorum *cum duabus lineolis* = *supter* u) 2. *vid. ad Livii* 9, 2, 15. *Tom.* 5. *P.* 1. *p.* 25. [22]) — probabitur) comprobabitur 1. — §. 96. in quo omnes verborum omnes sententiarum) in quo verborum omnes s. 1. — e sophistarum fontibus) enim sophistarum fontibus 3.

C. 28. §. 97. ornatus) *abest ab* 2. 3. — ornatum dicendi) ornatum uis dicendi 3. [23]) — plurimum) pluribus 3. — sed hanc eloquentiam) sed eloquentiam 2. — cursu magno) cursu magno sequi 3. — quam suspicerent omnes) quam suspicerent 3. [24]) — §. 98.[25]) subtili et acuto) et subtili et acuto 1. — arguteque) acuteque 3. — nec quisquam altius cogitarunt) [26]) *absunt haec ab* 3.[27]) — hoc uno perfecto) hoc uno perfectus 3. hoc uno profecto 1. *et sic Lambiniana a.* 1565. — medius ille autem) medius ille enim 3. — et temperatum) temperatum 3. [28]) — incertosque) mentisque 3. — alte) aliter 1. [29]) — §. 99. aut in hoc solo) aut hoc solo 3. — studet) studuit 3. *tenuit Lambinus a.* 1565. — cum illis duobus generibus) illis duobus 3. — summissus) summissimus 3. — dicit) discit 3. — hic autem) hic enim 3. [30]) — sanus) suauis 1. — si is) sed id 3. si his 2. [31]). — §. 100. nam manu) non manu 1. 2. — ne ipse quidem) nt (ut) ipse quidem est 3.

C. 29. §. 100. quis est igitur is) quis est igitur 3. — disseram) uidi 3. — is enim est) is est enim 1. 2. — qui et hu-

---

18) Schoen. *confluxerant* 1.
19) *continue* 2 ap. Schoenem.
20) *recto genere* 1. 2. ap. Schoenem. Mox *uocant* et *dulcissime.*
21) male Schutz. ex 3. affert etiam *dicentur.*
22) *illi fortior* 1. ap. Schoenem.
23) ap. Schoenem. *et copia admirare* 2. *et copia admirate* 1.
24) *diffideret* 1. ap. eund.
25) *perfungit* 1.
26) imo: *nec quidquam altius cogitaret.* GOELL.
27) *nec* abest ab 2.
28) *extimescit* 1. 2. *ancipitis* 2. Mox *succidet* 1.
29) apud Schoenem. *alte* abest ab 2. Paulo ante *adhibet* 1. pro *adibit.* Mox *At uero hic in quem* 2.
30) *sic nihil est aliud* 1.
31) Mox *uidentur* 2.

milia) qui humilia 1. 2. [32]) — §. 101. ne fuerit) nedum cum fueris 3. nedum tu uideris 1. nedum tu fueris 2. [33]) — neque quidquam mortale) nec quicquam mortale 3. — cuius qui sit compos sit eloquens) cuiuscunque sit compositum eloquens 3. — nihil est aliud nisi) nihil est aliud quam 3. — is erit igitur) is igitur erit 1. — ut idem illud iteremus) ut illud idem iteremus 1. 2. [34]) — §. 102. de verbis interdicti fuit) fuit reuera 3. *abiectis reliquis.* [35])— Rabirii) Rabiri 1. 2. — §. 103. temperanda et varianda) uarianda et temperanda 2. temperanda et narranda 3. — quinque libris) VII. libris 3. septem libris 1. 2. [36]) — quae exempla selegissem) queque exempla legissem 3. — vel nota esse arbitrarer vel posse eligere) uel nota esse accusarentur ut [37]) opes possent legere 3. — non sit aliqua) non sint aliqua 2 [38]) — non assequimur) si non assequimur 1. — at quid deceat videmus) at qui quid deceat uidemus 1. atqui si quid deceat uidemus 2. atque si quid doceat uidemus 3. *uid. ad Livii* 9, 15, 4. — §. 104. [39]) ut usque eo difficiles ac morosi) ut quisque eo difficiles 2. ut quisque difficiles 1. ut usque eo difficiles atque morosi 3. — in omni genere) genere 3. *omissis reliquis.* — aures meas) auris meas 2. — et semper) et sepe 1. 2. 3.

C. 30. §. 105. quoniam) quod iam 1. [40]) — cum esses) cum esset 3. — neque eum dimittis e manibus) nec eum dimittis a manibus 3. — nostra etiam) etiam nostra 1. 2. [41]) — sed ille magnus) num ille magnus 3. [42]) — et successit ipse magnis) et successit ille magnis 3. successit ipse magnis 1. [43]) — nos magnum fecissemus) nos minus magnum fecimus 3. — ut ait Antonius) Antonius ut! 3. — nemo erat..... eloquens) *haec absunt ab* 3. — §. 106. aut sibi ipse) tibi ipse 3. — numquam Cotta) numquid Cotta 3. *abest* Cotta *ab* 1. 2. — hujus multiplicis) multiplicis 3. *abiecto altero vocabulo.* — fusae orationis) orationis fusae [44]) 2. — aures) a uiris! 3. —

---

[32]) *et alta graviter* 3. ap. Schutz.

[33]) *uideri disputo* 2. Mox *tenere possimus* 1. *eloquentem se quaero* 2.

[34] Mox *poterint* 2.

[35]) Mox *explicamus* 2. et *districximus fuit ornatus.*

[36]) Mox *non reperiuntur genus* 2 et *quod in habili* 1. 2.

[37]) ap. Schutz. *uel.*

[38]) ap. Schoen. *non fuit aliqua* 2. et paulo ante *nullo in genere*, mox *ad conatus.* Apud Schutz. deest *oratoris* post *laus* in 3.

[39]) *de uobis* pro *de nobis* 1.

[40]) Apud Schoenem. *Sed tamen quoniam tum et hunc tu oratorem* 2. Mox *lammene* 1. 2. et *cum* ante *eius* delet 1.

[41]) apud Schoenem. *etiam vestra* 2. Mox *multa illum perf.* 1.

[42]) *Sed ille manus* 2. Paulo ante *non uelle cunque modo* 1.

[43]) ap. Schoenem. *magnus* 1.

[44]) apud Schoenem. *fuse.*

easque nos primi quicumque eramus) itaque uri (*cum lineola ducta super his tribus literis, ut sit* nostri) quicunque orbamus! 3 — dicendi) *abest ab* 3. *Ernestius p.* 619. „dicendi *est sine dubio e glossa.*“ — §. 107. de supplicio parricidarum) *haec absunt ab* 3. [45]) — deferbuisse) deferuisse 2. [46]) depelisse 3. — vivis) ut his! 3. — fluctuantibus) eluctuantibus 3. fluctibus 2. fluctibus lictis [47]) 1. — ita vivunt) itaque uiuunt 2. — terram non tangant) terram non tangat 1. terra non tangant 2. [48]) — laudata *sic corrigendum!*) laudati 2. — §. 108. ab hac indole) ab hac iam indole 3. — filii) fili 2. filio 3. — filiae) filia 3. — unus erat ardor) erat unus ardor 1. 2. 3. [49]) — ut pro Avito) at pro Avito 1. 2. 3. [50]) *sed tamen corrector codicis Gud.* 2. *maluit* ut. — eaque) eaque snt (*cum lineola super litera* n) 3.

C. 31. 109. ut ne omnibus locis) ut ne omnibus 2. — ipse numquam) ipse nonquam 1. — discederem) descenderem 1. 2. *conf. ad Livii* 9, 17, 7. — vidimus) uidemus 1. 2. 3. — quibus nihil posset) quibus nihil uicisset! 3. — in difficillimis personis satisfaciebant) in difficillimis faciebant 3. *interceptis mediis* — in suis) suis 3. — sed et comoedum) sed (set) comoedum 2. *vid. Livii* 6, 22, 6. — vidimus) uidemus 2. — §. 110. cum dico me) me cum dico 3. — ages) agis 3. — repudiabis) repudiaris 3. — aut in iisdem causis) aut in iisdem causis 1. aut eisdem causis 2. 3. — ac tuorum) aut tuorum 3. — cum ad te) cum a te 3. — ex aere) aere 3. — nihil Lysiae subtilitate cedit) nil Lysiae subtilitati cedit 3. subtilitati 1. 2. — acumine Hyperidi) acumini Hyperidis 1. 2. *quamquam posterior maluit* Hyperides. — nihil lenitate Aeschini) nil lenitate Aeschini 3. nihil lenitati Aeschini 1. — §. 111. multae totae) multae et totae 2. — gravitatis locis) gravissimis locis 3. — §. 112. sed ab hoc parumper abeamus) sed adhuc parumper habeamus 3. *conf. ad Livii* 2, 41, 6. — nil nos praecipiendi causa dicturos) nichil non percipiendi causa dicturos 3. nihil 1. nil nos praecipiendi causa esse dicturos 2. — ut existimatores videamur loqui non magistri) extimatioe (*cum lineola super literis* oe, *ut sit* extimatione) [51]) uideamur loqui non magisterio 3. extimatione 1. —

[45]) Mox *post quanto desentire* 2.
[46]) ap. Schoenem. non 2., sed 1.
[47]) ap. Schoenem. *lictis*.
[48]) Mox *alluantur* 1. 2.
[49]) *diceremus omnia* 3. ap. Schutz.
[50]) *atpro hito* (cum lineola super litera *i*) 2. *at pro habito* 1. Mox *ne* ante *in Graeco* abest ab 2. Sic per §§. 91—108. Schoenemannus. GOELL.
[51]) ap. Schutz. *existimatione* est in 3.

longius progredimur) longius sepe progredimur 1. 2. 3. — qui quasi docere videamur) qui cadere videmur 3.

C. 32. §. 113. non eam solum facultatem habere) non eam tu (*cum ductu simili circumflexo super* u, *ut sit, opinor*, tamen) [52]) habere facultatem 3. — sed eam assumere) *ita* 3., *omissis mediis*. — nec idem loqui esse) nec idem loqui 3. — in disserendo) in disserendum 3. — et loquendi) et eloquendi 3. — oratorum autem) oratorum enim 3. — Stoicorum est) Stoicorum 3. — solebat) solet 3. — artes) artis 3. — eiusmodi esse) huiusmodi esse 2. 3. — cum autem diduxerat) cum licet deduxerat 3. *et sic* 1. deduxerat [53]) — palmae) palmis 1. — esse dicebat) ipe (*cum lineola super his tribus literis*) dicebat 1. — §. 114. atque etiam) atque 3. — tradi possit) trahi possit 1. 3. trahi posset 2. *conf. ad Livii* 24, 5, 13. — duplicem habet docendi viam) duplicem habuit docendi uiam 1. 2. — §. 115. ergo) ego 3. *conf. ad Livii* 37, 53, 11. — institutum) eruditum 2. [54]). — quot modis quidque) *in* 3. *adscripsit manus secunda* i. quibus modis, *sed abest* quot — verum falsumne sit) falsum uerumne 3. — e quoque) quoque 3. — quod cui consequens) quod cuique consequens 1. 2. — quodque contrarium) quodue contrarium 3. [55]) — sed quin sua sponte) sed quod sua sponte 1. 2. — nitor) *abest ab* 3.

C. 33. §. 116. nisi enim inter eos qui disceptent) nisi inter eos qui disceptant 3. — de quo ambigitur) quod ambigitur 3. — nec recte disseri nec umqnam ad exitum perveniri potest) nec recte disseres unquam nec ad e. peruenire potes 3. — mens nostra) res nostra 3. — involutae rei notitia) involuta rei notitia 3. — definitio est) est definitio 1. 2. 3. — quid sit id) quod sit id 1. — §. 117. neque id faciat) nec id faciat 3. — in illis) illis 3. — eruditissimis) eruditissimis hominibus 2. — sed cum explanatius) sed tum explanatius 3. [56]) — aut quomodo id faciat) id aut quemodo faciat 3. facias 2 [57]). — dixi) diximus 1. — iudicem me esse) iudicem esse me 1. 2. 3. — §. 118. nec vero dialecticis modo) neque uero a dialecticis modo 3. — sed habeat omnes) et habeat omnis 3. *conf. ad Livii* 21, 26, 6. *Tom.* 6. *P.* 2. *p.* 123. — de morte) de more 3. — nihil de caritate) de caritate nihil 2. — nihil de bonis rebus aut malis) nihil de bonis an malis rebus 3. *conf. ad Livii* 5, 3, 7. nihil de

---

52) Schutzius hoc cepit pro *tantum*.
53) *dilatarat* pro *dilataverat* 3. ap. Schutz.
54) *institutus noverit* 3. ap. Schutzium.
55) ap. Schutz. in 3. est *quid cuique* — *quidque contr.*
56) Perperam Schutz. ex 3. affert *quum explanatius*.
57) ap. Schutz. in 2. est: *quando autem id faciat aut quomodo*.

rebus novis bonis aut malis 2. — de officio) de officiis 3. — cadunt in causas sed ieiunius) cadunt in causis 2. et ieiunius aguntur 3. — inquam) unquam 3.

C. 34. §. 119. non ipso de genere dicendi) de ipso genere dicendi 3. non genere de ipso dicendi 1. non de genere ipso dicendi 2. — auribus eruditis) auribus et eruditis 3. — dicat) *abest ab* 1. — aut quomodo) *non habet* 3. — ut de Pericle) de Pericle 1. 2. — §. 120. cumque) cum 3. — nolo ignoret) nolo ne ignoret 1. 2. — quid est enim) quid enim 2. — legum) legis 3. — sed et imperiosorum) sed etiam imperiosorum 3. *de imperiosi vocabulo v. Heinrich ad Cic. de R. P. p.* 162. — nescire autem) nescire enim 3. — anteaquam) antequam 1. 3. — quid enim est aetas hominis) quid enim est memoria aetas hominis 1. — nisi memoria) nisi ea memoria 3. — superiorum) superioribus 3. — commemoratio autem) commemoratio enim 3. — prolatio) probatio 2. — §. 121. aut de recto aut de nomine) an de recto an de nomine 3. *et sic deinceps* an de ambiguo, an de contrario. *conf. ad Livii* 5, 3, 7. *Tom.* 3. *P.* 1. *p.* 31.

C. 35. §. 122. sint genera causarum) sunt genera causarum 1. sint genera causarum...pauca sunt 3. *omisit.* — e quibus ea ducantur) e quibus ducantur 3. dicantur 1. — e rebus ipsis) ex rebus ipsis 1. rebus ipsis 3. — admirabiliorem) admirabilem 3.[58]) — nam ipsae quidem res.... versantur) nam ipsa equidem res.. versatur 3. — ut paret se ad discendum) aut paret se ad dicendum 1. 2. 3. — et probabiliter) *absunt haec ab* 3. — ut quid agatur) quid agatur 3. — eaque efficere) atque efficere 3. — consequens iis) consequens his 1. 2. 3. — ad quamque rem) ad quamcunque rem 3. — restinguentemve) restringuentemue 3. *conf. ad Livii.* 10, 13, 8. — difficile dictu est hoc loco) difficile dictum est loco 3. difficile dictum est hoc loco 2. — §. 123. quoniam autem) qm (*cum lineola super litera* m, *ut sit, opinor* quum) enim 3. — qui quid deceat videbit) qui quicque deceat uiderit 3. — personarumque) personarum 3. — nec apud omnes) apud omnes 3. — nec contra omnes... nec omnibus) *absunt ab* 3.

C. 36. §. 123. is erit ergo) is ergo 3. — sed erit rebus ipsis) egerit rebus ipsis 1. 3. — §. 124. verecunda) uereconda (*cum duabus lineolis subter litera* o) 2. — non elatis incensa verbis) nondum elatis intensa verbis 3. — historico) ystorie 3. — explicatae) explicitae 3. *conf. ad Livii* 6, 21, 7. *Tom.* 3. *P.* 2. *p.* 194 *sq.* — dein si tenues) dein (*cum lineola super litera* n *i. e.* deinde) 1. 2. *conf. ad Livii* 3, 3, 6. *Tom.* 2. *P.* 2. *p.* 28 *sq.* — tum etiam) etiam 3. — et in docendo) in docendo 1. 3. — §. 125.

[58]) Falso Schütz. ex 3. refert: *efficit mirabiliorem.*

expromi) exponi 1. *conf. ad Livii* 7, 31, 8. *Tom.* 4. *P.* 1. *p.* 256 *sq.* exprimi 2. 3. *conf. ad Livii* 34, 61, 8. *Tom.* 10. *p.* 257 *sq.* fundet) fondet 2. effundet et 3. *conf. ad Livii* 2, 33, 9. — id est) idem 3. — natura et ratio) natum et oro (*cum lineola super his tribus literis, ut sit* oratio) 2. — ornatus) conatus 3. — ascendit) descendit 3. — aut grave) an grave 3. *et sic deinceps* an, *non* aut, *errore vulgari.* — et quasi actuosae) et actuosae 2. — alteram in) alteram 3. *conf. ad Livii* 5, 23, 5. — quaestione) quaestionē 2. 3. quaestionem 1. [59]) — θέσιν) thesim 1. 2. 3. — augendis amplificandisque) agendis amplificandisue 3. *conf. ad Livii* 3, 3, 3. *et ad* 24, 10, 2. — §. 126. aequabiliter) aequaliter 1. 2. 3. — appellati quod) appellati eo quod 3. appellati sunt eo quod 1. 2. — iidem esse causarum) iidem causarum 3. eisdem esse causarum 2. — at vero) ac uero 2. — est controversiae) controuersiae est 2. — atque de universo) atque ut de uniuerso 1. 2. atque ut in uniuerso 3. — ambigetur) ambigatur 3. — §. 127. dicetur autem) dicetur enim 3. *ut fere aliis etiam locis.* — more) *abest ab* 3. — dicentur) edicentur 3. — proficere) perficere 2. 3. — quod et inter) quod inter 3. — minuendi) inueniendi 3.

C. 37. §. 128. duo sunt) due res sunt enim 3. *et deinceps* tractate. — quorum alterum est) quorum alterum 1. 3. — ad naturas) ad naturam 3. — iidem) idem 1. 2. 3. — come iucundum) cum ei dicundum! 3. — vehemens incensum) uehementius incensum 3. vehemens intensum 1. — quod cum) quod enim 3. — sustineri nullo pacto potest) sustineri nullo modo potest 3. nullo pacto retineri potest 1. — §. 129. deiecimus) deiciemus 3. — in senatu) *absunt haec ab* 2. — obmutuit) ommutuit 1. — §. 130. quid ego) quid enim 3. — eo sum usus) ego sum usus 1. eo sum (*cum ductu super litera* m, *qualis spiritus lenis linguae graecae, ut sit, ni fallor,* sumus) 3. — videres excellere) uiderer his excellere 3. *locus a correctore tentatus.* — me enim ipsum poenitet) me ipsum poenitet 3. me enim ipsum non poenitet 1. 2. — quanta sint) quanta sunt 1. — cum aguntur) que aguntur 3.

C. 38. §. 131. nec vero miseratione solum mens) nec uero ut solent miseratione mens 3. — complerimus forum) compleremus f. 1. 2. 3. spem (*cum lineola super litera* m) 3. [60]) — sed etiam est faciendum) sed est faciendum etiam 3. — invideat faveat contemnat) et inuideat faueat et contemnat 3. — satietate afficiatur) tedeat 3. — qua in varietate) in qua uar. 1. 2. —

---

[59]) Conf. supra var. lectt. in ed. Rom. princ. ad h. l. GOELL.
[60]) Hoc quo pertineat, nescio. GOELL.

§. 132. animus) *abest ab* 3. — in veritate) in uanitate 1. — extimescerem) pertimescerem 3. — nihil Antonii) nihil est c (*cum ductu super litera* c, *qualis est spiritus lenis in lingua graeca; quo quid significetur, me fugit, nec quidquam a Kleinio adnotatum est)* Antoni 1. — §. 133. suspicemur) suspicamur 1. 3. — et quidem perpetuae) equidem et perpetuae 3. — includi sic potest) includi potest sic 3. — non requiratur) ne requiratur 3.[61]).

C. 39. §. 134. forma ipsa) forma ista 2. forma 3. — ex ipsis) ex his 3., *unde* ex iis ipsis *Lambin.* a. 1565. — verborum) *abest ab* 3. — verbum ex ore) uerhis uit orū! 3. *locum sanum corrector indoctus tentauit.* uerborum ex ore 1. — translationes erunt) relationes sunt 3. — quod eae) quod et 1. quod 3. — cogitationis) cognitionis 3.[62]) — insignia) signa 2. — non quod sola.... sed quod) non quia sola.... sed quia 3. — §. 135. ponuntur) traduntur 1. — in idem conjicitur aut in utrumque) connititur in eodem qui initumque 3. aut utrumque 1. 2. — aut multis modis) aut cum sunt 3. — nosmet ipsi) nosmet ipses 1. 2. 3. — vel conquestionis) vel questionis 1. 2. 3. — §. 136. maiora) *abest ab* 3. — sunt qui putent) sunt qui putant 2. — eius eloquentiam) ei eloquentiam 3. — et vero) ea uero 3. et non 1. — ab eo locus) locus ab eo 1. — conformatione) formatione 3. — dicitur) edicitur 1. 2. — nec aliud quicquam est) nec quicquam est aliud 1. 2. 3. — nisi omnes) nisi quam aut omnes 1. 2. — aliqua specie) alias 1. — cum tu optime Brute teneas) cum optime Brute teneas 1. cum tu Brute tenes 3. — aut exemplis) an exemplis *(cum lineola super litera a)* 3. — tantum) tantum modo 3.

C. 40. §. 137. multis modis) multi modis 3. — eandem) eadem 1. — et unam rem .... commoreturque sententia) et unam in rem haereat et in eandem commoretur sententiam 1. 2. et unam rem..... in eadem commoretur sententia 3. — saepe etiam ut extenuet aliquid) *haec absunt ab* 3. saepe etiam ut extenuet illud aliquid 1. — saepe ut irrideat) saepe ut redeat 3. — proponat) preponat 1. — quasi ad interrogata sibi ipse respondeat) ad interrogata respondeat 3. — accipi et sentiri) accipiat sentiri 3. — ut addubitet) ut dubitet 1. — quid potius) eo quod (quod *per siglam* qd *cum signo apostrophi post literam* d) 3. — ac negligat) ut negligat 3. — §. 138. cum iis) cum his 1. 2. 3. — nonnumquam etiam) nonnunquam et 3. — loquentia) eloquentia 1. 2. — quod videat opponi) quod putat opponi 3. — ut utatur exemplis) utatur exemplis 1. 2. 3. — dispertiat) dispartiat 1. *conf. ad Livii*

[61]) ap. Schutz. in 3. est *ne requiratur quidem.*

[62]) ap. Schutz. in 3. est *ornamentum orationi* pro *ornatum or.*

3, 10, 9. *Tom.* 2. *P.* 1. *p.* 102. — reticere se) se reticere 1. — ut irascatur) quidem irascatur 3. — aliquantulum) aliquantum 2. 3. *conf. ad Livii* 1, 7, 9. — ut exsecretur) exsecretur 3. — iis) his 1. 2. 3. — dicet) dicat 3. — §. 139. atque alias etiam) atque in alias etiam 1. 2. — sequatur) sequetur 3. — saepe etiam rem) saepe etiam 1. — quam fieri possit) quam superius 3. — erit maior) res maior 3. — imitatio) mutatio 2.

C. 41. §. 140. viderem) uideretur 3. — etsi movebant iam me illa) etsi mouebant me iam illa 3. etsi non mouebant 2. etsi non mouebunt 1. — iis quae) his quae 1. 2. 3. — occurrebat) occurrebant 3. — tanta senatus iudicia) senatus tanta iudicia 3. — me M. Bruto) M. Bruto 3. — praestantissimo) peritissimo 3. — et recta et honesta petenti) et recta petenti et honesta 3. — §. 141. profiterer) profitear 2. 3. — proficiar 1. — dicendi) *abest ab* 1. — aestimator) existimator 2. — dubitavit) dubitat 3. — finesque) et fines 3. — §. 142. discipulis) disciplinis 1. 2. — floruerunt domus) domus floruerunt 3. — inventutem) iuuetur. ut est 3. — e civitate) ex ciuitate 3., *improbante correctore, qui puncto subter litera* x *posito damnavit hanc literam)* a ciuitate 2. — ornat penes) ornes 3. — sed etiam universam) iam iuuat eusam *(cum ductu qualis est spiritus lenis linguae graecae super litera* u) 3. — quod nosse) quod scire nosse 1. — non gloriosum) non gloriosum ē *i. e.* est 1. 2. 3. — factitatum est) factitatum 3.

C. 42. §. 143. ut ii qui docerent) et ut qui doceret 3. ut hi qui docerent 1. 2. — ipsi seponerent) seponeret 3. sibi seponerent 2. et discentibus satisfacerent) et discentibus idem (id est; *conf. ad Livii* 5, 4, 5.) studiosis ut satisfaceret 3. — componendisque) in componendisque 1. — forense in agendis) forensibus et agendis 3. — in se ipsis) in sese ipsis 3. — ingenio plus valuerint) contra atque nos ingenio plus valuerint 3. — §. 144. at dignitatem docere) at dignitatem melius docere 1. 2. — si percunctando si communicando) si percontando 3. *abiecto altero;* si percunctando si commemorando 1. 2., *nisi quod et* 2. percontando — nescio docendo etiam) nescio cur non dicendo etiam 2. 3. nescio cur dicendo *(cum litera* o *super litera* i) etiam 1. — si possis meliores facere) possis melius facere 1. 2. possis meliores facere 3. — docere)' *abest ab* 3. — ut est) *item absunt ab* 3.; *absunt et ea quae deinceps sequuntur:* quibus ipsa..... honestum est, *ab* 2., *errante librario.* — §. 145. eloquentia autem illi ipsi.... tamen se valere) eloquentiam enim ipsi... tamen ea se ualere 3. eloquentiam *etiam* 1. *non mutatis reliquis* — hominibus) omnibus 2. — aut id) an id 3. — in magna arte) magna arte 3. — turpe esse docere alios) turpe docere alios

esse 3. turpe est docere alios 1. — discere) dicere 2. — §. 146. at fortasse ceteri tectiores) at fortasse ceteri rectiores 3. *conf. ad Livii* 34, 60, 5. — cum et abfuissem adolescens) cum afuissem (abfuissem) domo adolescens 1. 2. 3. — mare) maria 3. — dissimularem me didicisse quid erat cur) dissimulare me dicis sed quid 3. dissimulare me *i. e.* dissimularem me *etiam* 2. — nisi quod) nisi quod que supra dicta sunt 1. *aliena inculcans ab hoc loco.*

C. 43. §. 147. loquemur) loquimur 1. 2. 3. — quae etiamsi sunt) que etiamsi sint 1. — sicuti mihi) sicut et mihi 3. sicut mihi 1. — sed proprie) ut proprie 3. — me autem) me enim 3. — vetat) *abest ab* 1. uel 2. — proloqui) loqui 3. — hoc a me volumen) a me hoc volumus 3. *sed super* volumus *scriptum est* uolnus. — tamen eis) tamen his 3. — aliquid reprehensuros) reprehensuros aliquid 3. — §. 148. se tam durum) tam durum se 3. — profecto forensibus nostris rebus etiam domesticae litterae respondebunt) profecto maximis rebus forensibus nostris et externis incluse et domesticae l. r. 3. maioribus forensibus 2. — sed ad institutam disputationem revertamur) sed ad institutum disputationum teneamus 3.

C. 44. §. 149. aptissime) amptissime 3. — quale sit quod vel maxime) qualis vel quod maxime 3. — ut fiat) est enim 1. 2. — nec tamen fiat operose) nec id tamen fiet operose 1. 2. — cum infinitus) tum infinitus 1. 2. — lepide) lapide 2. — lexeis) lexis) 1. 2. 3. — §. 150. tam minuta haec) haec tam minuta 3. — hanc viam) formulam 3. — nam ut in legendo) nam ut intelligendo 1. 2. — dicendo) docendo 2. — suaves gravesque) suaues granesue 1. graves suavesue 2. — inconditis) incondite positis 3. — offendent) offendunt 1. 2. — qui vocales nolit coniungere) quin vocalis nolit coniungere 3. — §. 151. in quo quidam) in quo quidem 2. 3. — etiam Theopompum) Theopompum etiam 1. 2. *ab* 3. *abest* etiam — tanto opere) tantopere 1. 2. 3. — etsi id) etsi idem 3. *conf. ad Livii* 10, 10, 7. — Isocrates) Isocrates fecerat 1. Isocrates ferebat 2. *conf. ad Livii* 6, 1, 11. — at non Thucydides) attamen Thucydides 3. — haud paullo) paullo 3. — dialogi) dialogos (? διάλογοι) 3. — id faciendum fuit) faciendum id fuit 3. — qua mos est) qua mos fuit (*et hoc punctulis sub* fuit *positis damnatum*) est 3. — in ea est) in ea ipa (*cum lineola super litera* p) est 2. — quam magna ex parte) quamquam m. ex p. 3.

C. 45. §. 152. illae ipsae .... omnes) *absunt ab* 3. — ut versum facerent.... et ibidem quam) *haec absunt ab* 3., *post illa* atque barbari *non suo loco posita in* 1. 2. — nunquam vobis Graii) tanquam nobis greci 1. — at Ennius semel) at Ennius

sepe 3. — Scipio invicte) Scipio quidem invicte 3. — radiantis) radianti 1. 2. — §. 153. vas' argenteis) et vas' argenti 3. tutias argentias! 2. — pass' et crinibus) palmet crinibus 3. palma et crinibus 1. 2. — et duis) duis 3. — devicit) devincit 2. — appellati essent semper Duellii) essent appellati D. 3. — quinetiam) quarent! 3. *quod quid sit codicem qui descripsit, homo non doctissimus, ait se „nescire.“* — quomodo enim vester Axilla) quomodo enim (*hoc abest ab* 3.) vester malla 1. — e maxillis) ex maxillis 2. 3. — et taxillis) e taxillis 1. 2. — et vexillo et paxillo) et paxillo et taxillo 3. e vexillo et pauxilo 1. et vexillo et paunillo 2. — §. 154. iam in uno.... pro aisne) *absunt ab* 3. — pro deinde et exinde) pro inde dicimus 3. pro deinde et pro exinde dicimus 1. 2. — cum me et cum te) cum te et cum me 3. — atque nobiscum) et nobiscum 3.

C. 46. §. 155. a quibusdam) a quibus 3. — deorum aiunt) pro deorum aiunt 1. 2. — ita credo) itaque credo 3. — hoc illi) huiusmodi (*scriptum* huimoi *cum ductu super priori litera* i, *qualis spiritus lenis linguae graecae et cum lineola super literis* oi) illi 3. — licentiam consuetudo) consuetudo licentiam 3. — contraxerat) contractarat 1. — aut in liberum) *absunt haec ab* 3. — loco) locum 3. — tuum) tu 1. 2. — Aesculapi) esculapii 2. excola 3. — consilium) [63]) consilium secum 3. consilium socii 1. 2. — extum) exitium 3. exitum 1. — pavos) pavor 1. 3. — neutris) neutique 3. — dixerim tam libenter) tam libenter dixerim 1. — nihilne ad te) nihil te 2. — de) *omissum in* 3. *et deinceps* annorum *in* 1. 3. — §. 156. iam) centuriam 1. 2. 3. — ut censoriae tabulae loquuntur fabrum et procum) fabrum (*i. e.* centurià fabrum) et procum ut censoriae tabulae loquuntur 3. — audeo dicere.... procorum) *absunt haec ab* 1. aut procorum 3. — planeque) plane 1. — duorum) q. 3. — dico nunquam) dico enim nuncquam 3. — at qui) et qui 1. 2. quid 3. — dua) a 3. — ut hoc vel) ut hoc 3. — ut necesse est) sicut necesse est 3. — non nummorum) *abest ab* 3.

C. 47. §. 157. nesciamus) *abest ab* 1. — in hoc genere et plenum) in hoc qum (*cum lineola ducta super his tribus literis*) plenum 3. — utrumque) utrisque 3. — post idem) post ibidem 3. — siet plenum est sit imminutum) siet plenum sit sin imminutum 3. siet plenum sive imm. 2. — sient) sciant 3. — sed consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor) sed consuetudine aurium i. l. obsector 3. — in templis isdem) in templis idem 1. 2. 3. — at eisdem) at isdem 1. at idem 2. — eisdem

[63]) *socii* exciderat in Gruteriana, unde vitium fluxit in edd. Ernestii et Schutzii, sublatum a Meyero. Goerl.

optimus) isdem ut optimus 1. iisdem ut optimus 2. conf. ad Liwi 38, 8, 8. — iisdem) eisdem 3. — et mehercule) mehercule 3. — mehercules) mehercules 3. — videtur) videatur 3. — medidiem) meridiem 3. — §. 158. abs eaque) ab quo 3. eaque 1. 2. — accepti tabulis) acceptis tabulis 1. 2. 3. — ne his quidem) eneis q. 3. — nam) abest ab 3. — abegit) abiecit 3. — anne verum) anne verum 1. 2. 3. — an abs) an abiis 1. an ais ab aliis 3. — abfugit) affugit 2. 3. afugit 1. — aufer) affer 3. afer 1. 2. — aufer maluerunt) haec absunt ab 3. — reperitur) reperietur 2. — et nari) et mari 3. et gnari 2. absunt ab 1. — quam ut veritas) quam veritas 1. — et e republica) e republica 3. et ex republica 1. 2. — ut exegit) exegit 3. ut exegit dixit 1. ut exegit edixit 2. — edixit effecit extulit edidit) pefecit retulit reddidit 1. 2. 3. — commutavit) mutat 3. — suffugit summutavit) subegit tum mutavit 3. subegit summutavit 1. 2.

C. 48. §. 159. non concaesum) et non concisum 3. — pertisum) pertesum 3. presertim 1. — inclitus) indoctus 3. — inhumanus) insanus 3. incipiens 2. inscipiens 2.[64]) — ene primae) primae 3. hec 1. et 2. — sapiente) sipiente 3. sano 1. 2. — atque felice) atque in felice 1. 2. — dicitur) dicuntur 1. 2. 3. — confecit) consuluit 3. — voluptati autem) voluntati enim 3. — §. 160. locutos esse) locutos 3. — loquebar sic) loquebar 3. — Cetegos) et cetegos 2. — lacrymas) abest ab 3. — semper licet) licet 3. — semper Ennius numquam Pyrrhum) absunt ab 2. — Bruges) fruges 1. 2. — graecam literam) litteram graecam 1. — nunc autem) nunc enim 3. — et cum Phrygibus) et Phr. 3. — aut tantum) aut ta (cum lineola propemodum puncto simili super litera a) im 1. aut tam in 2. — §. 161. olim autem) olim enim 3. — nisi vocalis) ubi vocalis 3. nisi ubi vocalis 1. — offensio) ea offensio 1. 2. 3. — ita enim) sic enim 3. — omnibus) omnium 1. 2. — digne?) digni 3. dignus 1. — §. 162. disputarem) postulata deputarem 3. — hic locus) locus hic 3. — longius autem) longius enim 3.

C. 49. §. 162. et numerorum) numerorum 3. — nobis fuit) fuit nobis 1. 2. 3. — volebamus) videbamus 3. — reperienda) repetenda 2. — §. 163. duae sunt igitur res) duae igitur res sunt 1. 2. 3. — permulceant) permulceant 3. — quaerimus) quaeramus 3. — sumta) sompta 2. — qua ponto ab Helles) qua ponto Helles 3. qua pontus eles 1. qua pontus helles 2. — modum) timolum 1. 2. — at auratos aries Colchorum) at aurecos locorum 1. 3. at taureos locorum 2. — Asiae tenet) tenet Asia 1. — §. 164. immo vero ista sequamur) absunt haec ab 2. — asperitatemque) asperita-

[illegible]

64) Inest error in numeris: alterutrum in 2. esse necesse est. GOERENZ.

tem' 3. — habeo istam ego posterricrepam) habeo ego istam terricrepam 3. — idemque) idem 3. — componentur) componantur 3. *et sic deinceps* finiantur — verba ratione) verba militie ratione 2. — alterum aurium) aurium alterum 3. — sed finiuntur aut compositione ipsa) et (*vid. ad Livii* 21, 26, 6.) finiantur aut ipsa compositione 3. — aut quodam genere verborum) aut quedam genera v. 1. 2. 3. — in quibus ipsis) quibus ipsa 3. — §. 165. connectatione) consectione 2. confectione 1. — sed nata lex) sed nata lex est 3. — accepimus legimus) sed accepimus non legimus 1. 2. acceepimus legimusve 3. — verum ex natura ipsa) verum ex natura ipsam 3. verum natura ipsa 1. 2. — sed imbuti) *absunt ab* 3. — haec enim talia) haec enim et alia 3. *conf. ad Livii* 5, 2, 13. — ad ea ad quae) ea quae 3. ad ea quae 1. 2. — sed secutum) et secutum 3. — §. 166. in contrariis referendis) in referundis contrariis 1. 2. — oratio) ratio 3. — diceret) dixisset 3. *et sic deinceps* noluisset *non* vellet. — autumas) autumas pro autimas 1. 2. — versum.... multum obest) *absunt haec ab* 3. *proclivi errore* — relatio) ratio 1. ro (*cum lineola ducta super his literis*) 2.

C. 50. §. 167. haec quae) hoc quod 3. — et eum) etiam 3. — et maxime) maxime 3. — plerumque) plurimumque 3 — huius praetoris.... exercitu invicto) *absunt ab* 3. — sint cogniti) sint cogniti a Latinis 1. sint cogniti etiam a Latinis 2. — §. 168. genus illud tertium) et genus illud tertium 1. 2. — quale sit) quales sunt 3. — orationis) orationes 3. — hominis simile) hominibus simile 3. — perfecto) profecto 1. *conf. ad Livii* 37, 6, 7. — et certa sentiunt nec amant) et cum ut nec amant 3. — colligentur sententiae) colligetur sententia 3. — eligebant) effingebant 3. — graves et suaves) grauis et suauis 1. 2. — sed eas.... explebant) *absunt ab* 2. — me ipsum) me 2. — §. 169. sit credo repetenda) sunt credo repetenda 2. — quod deest antiquitati) quod est antiquitatis 2. — cum ea maiora) cum maiora 3. — conclusione.... post inventa) *absunt ab* 2.

C. 51. §. 169. usurpata res esset) usurpata re essent 3. — omnes usos) omnis usos 2. — §. 170. numerus graece ῥ.) numerus latine gr. ῥ. 1. 3. numerus graece latine rythimos 2. — aures) auris 1. 2. — si etiam) cum etiam 3. — freti isti) freti ipi (*cum lineola super* ipi) 3. — et finita) et infinita 3. — numerus nihil affert aliud) si numerus n. a. aliud 3. numerus affert aliud 2. — plerumque) plurimumque 3. *conf.* §. 167. — saepe natum) saepe etiam natum 1. etiam saepe natum 2. — apud illos) apud eos 3. apud illos.... laudantur *absunt ab* 2. — §. 171. eodem modo) eo modo 3. — ante hunc) ante ho (*cum lineola super litera* o; *librarius Kleinio voluisse videtur* hc *cum lineola super litera* c,

ut esset, opinor, hunc). 3. — quod qui) qui quod 3. — non est eis satis) non est ei satis 2. non est his satis 3. — ego autem) ergo enim 3. — etsi in eis) etsi in his 1. 2. 3. — §. 172. movebit) moverit 3. — Naucratem) naucraten 2. — summi) summique 2. — esse debeant) debebant 3. — quis acutior quis) *absunt ab* 3. — impensius) infensius 1. 2. — iisdem de rebus) isdem mus (*cum lineola super litera* u) 3. et iisdem de rebus 1. et isdem de rebus 2. — omnino haec) omnino no (*cum lineola super litera* o; *Kleinio voluisse videtur* nc. *i. e.* nunc) 3. *conf. ad Livii* 32, 20, 17. — §. 173. quid?) quin 1. 2. — moventur) moneantur 3. — nihilne eis inane videtur) nihil his inane videtur 3. nihilne eis videtur inane 1. 2. — nihil inconditum nihil curtum) nihil inconditum nihil incultum 3. nihil iocundum nihil cultum 1. — in versu quidem) in uersu uo (*cum circumflexo super literis* uo, *ut sit, ni fallor,* vero) 1. — brevior aut longior) aut longior aut brevior 3. aut brevior aut longior 1. 2. — pedes novit) novit pedes 3. — quod offendit) aut offendit 3. — cur aut in quo offendat) *absunt ab* 3.

C. 52. §. 174. et haec et alia) haec et alia 3. et haec et illa 2. — possumus) possimus 1. — quaero velisne?) uellit 2. — si id vel maxime) te illud maxime 1. 2. — poetas autem) poetas licet 3. *conf. c.* 71. §. 235. — dicitur) ducitur 1. [65]) — §. 175. quod ab his vere) quod ab his nature 3. *scripturae compendio male intellecto.* — confitendum est) confitendum 3. — plerumque) plurimumque 3. — primus invenit) *absunt ab* 3. — sed his est usus) sed iis est usus 1. 2. — id autem est genus ut ante dictum est) id enim est genus ante dictum 3. idem autem est 1. *voluitne* id est autem? — §. 176. Gorgias autem) Gorgias enim 3. — cum tamen audivisset in Thessalia adolescens) tn (*cum lineola super litera* n, *ut sit, opinor,* tamen) cum audiuisset adolescens in Thessalia 3. — moderatius) moderatius etiam 2. moderantius etiam 1. *conf. ad Livii* 5, 48, 3. *Tom.* 3. *P.* 1. *p.* 391 *s.* — quin etiam se ipse) quin etiam sepe 3. — relaxarat a nimia) aia (*cum lineola super his literis*) 3. *abiectis reliquis.* — esset senex) senex 1.

C. 53. §. 177. quos diximus) quos dicimus 2. — et origo) origo 3. — commotos) coptos (*cum lineola super priori litera* o, *ut sit* comptos) 3. — ut fit) id fit 2. id fuit 1. *conf. ad Livii* 40, 15, 2. — effudisset) fudisset 3. effundisset 1. — aures enim) ipe (*cum lineola ducta super litera* p) enim 3. — ac moderata) et moderata 1. — §. 178. et quasi) quasi et 3. — offenditur) *abest ab* 3. — alia et quasi) aliqua quasi 3. — tum in hoc genere

---

[65]) *Ap.* Schutz. 3 habet: *in oratione uteretur pro in or. uteremur.*

nimium quod est offendit) tum offendit hoc genere nimiem quod est 3. — poetica et) poete 3. — prudentium) prudentum 3. — in oratione) in orationem 1. 2. — multo illud quidem) nullo id quidem 1. — certos) grecos! 3. *margo habet* gratos. — §. 179. causam quoque) causam quamque 3. — sermonis est) sermonis 3. — et natus ex quo) et natus e quo 2. et e quo 1. *omisso* natus. — quaquè ratione) quaque oratione 3. — §. 180. sed ut in plerisque) sed ut est in plerisque 1. sed ut inest in plerisque 2. — duplex est) duplex 2. — eadem etiam) et eadem etiam 1. 2.

C. 54. §. 180. est autem) est enim 3. — omnino ulla) omnino nulla 3. omnino illa 1. *conf. ad Livii* 28, 44, 18. *et* 25, 11, 3. — et quod ipsi qui affirment) quod illi qui affirmant 3. — eos esse) esse eos 1. 2. 3. — et e poeticisme) est e poeticisme 3. et poeticisme 1. — si e poeticis) si poeticis 3. si etiam e poeticis 1. — aut qui namque) an inquam: quia 3. — quicunque sint) quicunque sunt 1. 2. 3. — §. 181. omni generi orationis) omni generis orationi 3. — genus est narrandi) genus orom (*cum lineola super* orom) 3. — utrum numero solum) utrum solum numero 1. — an sit suum) an est suum 1. 2. 3. — §. 182. at non est unum) an non est unum 3. — quod voce) idem quod voce 3. — et quod) quod 1. 2. — quam[66]) id quidem finitimum) *haec absunt ab* 3. finitum *pro* finitimum *habet* 1. — numero .... perfectum est) *absunt ab* 1. *pro* plerumque 3. *habet illud suum* plurimumque, 2. plerumque finitimum.

C. 55. §. 183. in quo iniquum est) in quo est iniquum 3. — non cognoscere) non agnoscere 1. 3. — cur id accidat) cur accidat 1. — ipse versus) versus 2. *omisso pronomine*. — ratione) oratione 3. — qui λυρικοί) qui lirici 1. 3. qui lyrici 2. — quos cum) eos (eos *i. e.* quos: *conf. ad Livii* 9, 2, 15.) cum 3. — spoliaveris) spoliaris 1. — §. 184. apud nostros) apud illos 3. — tarda in senectute) tarda senectute 1. — sequuntur) secuntur 2. — orationi sunt) orationis sunt 2. 3. orationis quaedam sunt 1.[67]) — vix in his) vix in eis 3. — intelligi possit) possit intelligi 3. potest 1. *abiecto altero*. — quo est) quod est 3. — §. 185. in numero autem) in numero enim 3. — ceteris in rebus) in ceteris rebus 1. — ita et in hac.... excogitata) *haec item absunt ab* 1. 2. 3. — §. 186. numero caruit) numero placuit 3. — multa nobis reliquerunt) multa dederunt, nobis reliquerunt 1. reliquerunt 3. — semper) semel 3.

C. 56. §. 186. tralata) translata 1. 2. 3. — aut iuncta) aut coniuncta 3. — sumebantur e) summa dantur 3. — non domo) non modo 3. *conf. ad Livii* 39, 13. 3. *ab* 2. *absunt haec:* domo deprome-

---

[66]) imo: *quamquam*. [67]) ap. Schutz. in 3. est *ac comicorum* pro *at com.*

batur... necessitudinem. — quasi quandam palaestram) quasi quaedam palestra ē 3. — orationi) *abest ab* 3. — §. 187. collatata et diffusa) [68]) dilatata et fusa 3. collata et diffusa 1. 2. — longorum) longiorum 3. — quibus implicata) et quibus implicata 3. — permista) permixta 1. — eiusmodi naturam) eiusdem (? eiusdemmodi) naturam 1. eiusmodi ut naturam 3. — §. 188. sed hi numeri) sed ei numeri 1. 2. — poeticine... extra poeticos) *absunt haec ab* 3. — partitur in tria) partitur 3. — aut aequalem alteri) aut aequalem esse alteri 1. 2. 3. — aut sesqui) aut sese sesqui 3. aut sese secuteque 1. — dactylus) dactyli 1. — sesqui paeon) sesquēs pean 3. sequens pean 1. 2. — in orationem) in oratione 3. — §. 189. quod vehementer est vitiosum) est id vehementer vitiosum 3. — Hipponacteos) hipponacteon 3. — magnam enim partem) magna enim parte 1. 2. 3. — agnoscit) cognoscit 1. 2. — inculcamus autem) inculcamus enim 3. — vitiosum genus) vitiosum 1. — §. 190. sed etiam anapaesta) sed etiam anapestus (*syllaba tamen* us *suppositis punctulis damnata est.*) 3. anapesticos 1. — prima enim syllaba demta) prima enim demta 1. malitiosa enim syllaba d. 13. — in primo verbo sententiae) ex primo verbo sententiae 3. in primo verbo sine 1. *scripturae compendio perperam accepto.* — insequentis) insequentem sun (*cum lineola ducta super literis* un) 3. [69]). — nec necesse est) nec necesse 3. — animadversum) animum aduersum 3. — oratorios) oratoris 2.

C. 57. §. 191. sunt enim) et sunt enim 1. 2. *volueruntne illi* etenim sunt? — iambicum) ambiguum 3. — quod sit orationi simillimum) quid... simillimum 3. — fieri ut (?) roe (*cum lineola ducta insuper*) 3. — veritatis) *abest ab* 3. varietatis 1. — Ephorus autem) Ephorus enim 3. — levis ipse orator) levis ipse orator 1. 2. levis perorator 3. — sed profectus) et profectus 3. — fugit autem) fugit enim 3. — paeon habeat tres) *haec et quae deinceps sequuntur absunt ab* 3., *qui est Gud.* 2., *valde lacero, usque ad illa c.* 79. §. 231. in eodem semper *etc.* — habeat tres) hi (*cum lineola super* i) tris 1. habeant tris 2. — longis constaret) e longis constaret 1. 2. — §. 192. sed et illi) sed illi 1. — mollissimum) mobillissimum 2. — eundemque) et eundemque 1. — §. 193. cordacem) eroducem 1. — eos pedes esse) pedes esse 1. — §. 197. fugimus) fugiamus 1. — evitandi) uitandi 1. — continuati) continuandi (continuādi s. continuāti) 2. — quam illa versibus) quam versibus 1. — quo libentius) quo melius 2. — quem fugit) quem fecit 1. 2. *voluerunt illi* fuit. *Sed fere ista confunduntur.* fugit, fuit, suit *conf. ad Livii* 31, 45, 2.

---

[68]) corr. *diffusa*. [69]) sub hoc quid lateat, intelligi potest ex scriptura Vet. *syllabam adiunxit in sequentem sententiam ita.* Illud *suu* cum lineola fuisse videtur *sun* cum eadem. GOELL.

et 8, 36, 8. — sed eo vitiosus) sed eo uitiosius 1. 2. — §. 195. omnes) omnis 1. — permistos) permixtos 1. 2. — effugere) fugere 1. — quia neque numerosa) quia nec numerosa 1. 2. — esse debet) est debet 1. 2. — alterum nimis.... appareat) *haec absunt ab* 1. *proclivi eorum qui descripserunt codices errore.* — §. 96. permista) permixta 1. — auctor ita) aucteritate 1. 2.

C. 58. §. 196) misceri) miscere 1. — in iis) in his 1. 2. — §. 197. hi sunt inter se) hii sunt inter 1. *et ab* 2. *abest personae pronomen.* — §. 198. nec vero nimius) nec uero minus 1. 2. *conf. ad Livii* 36, 9, 7. — constat e numeris) constat numeris 1. — quod illis) quod in illis 1. 2.

C. 59. §. 200. scripserint) scripserunt 1. — descriptus ordo) adscriptus ordo 1.

C. 60. §. 202. eas quas diximus) esse e quas diximus 1. — neque ullo modo) nec ullo mō *i. e.* modo 1. — §. 203. si unde ortus sit) unde ortus sit 1. — dicetur alio.... ad usum) *absunt ab* 2. — tacito) tam (tā) cito 1. 2. — sensu) sensum 1. 2.

C. 61. §. 204. circuitu illo) illo circuitu 2. — quem Graeci περίοδον) quam Graeci perihodum 1. quem greci perihodum 2. — videatur) videtur 2. — §. 206. explicandum etiam est) explicandum est 1. — particulis) partibus 1. 2. et si plures) *absunt haec ab* 1. — §. 207. ac licet) at licet 2. ac aliter 1. — respondentem) respondendum 1. — ἐπιδ.) epidicticos 1. 2. — §. 208. aliquo esset in numero) aliquo est in numero 2. — omnes fere) omnis fere 2. — habet oratori) habent oratori 1.

C. 62. §. 209. cum satietatem affert) tum satietatem affert 1. — §. 210. numerose et volubiliter) numerose volubiliter 1. *siccine* volubiliter? ? *i. e.* volubiliterque. — processumque vult) processumque uolet 1. — non inquirit quod reprehendat) non acquirit quid prendat 1. 2. — §. 211. includit) concludit 1. — in omnibus hoc fit) in hominibus hoc fit 1. — cogat) cogit 1. 2.

C. 63. §. 212. quod ab aliis) quod ab illis 1. 2. — aliis nominantur vocabulis) aliis uocabulis nominantur 1. 2. — §. 214. persolutas) persoluendas 2.

C. 64. §. 215. nam aut e longa) nam e longa est 2. nam aut e longa est 1. — aut e totidem brevibus) aut totidem breuibus 1. 2. — §. 216. funditus) fonditus 2. — stabilem quemdam) quendam stabilem 1. — §. 217. si est proximus) si est. Nu proximus! 2.[70]) — §. 218. in quo esset) in quo est 1. — postrema an longa sit) postrema quam longa sit 2. postrema quam longa est 1. — Aristotelem) s. Aristotelem 1.

C. 65. §. 219. numero solum) *absunt ab* 1. 2. — sed et

---

70) Dr. *si est enim proximus.*

compositione) sed compositione 2. — fit et genere.... compositione) haec absunt ab 1., ab 2. abest fit. — structa verba sunt) structa verba sint 1. — ea non numero) ea si non numero 1. — §. 220. concinnitas inest) concinnitas est 1. — arcta) arta 1. — alterum si fit) alterum fit 2.

C. 66. §. 221. sequi videtur) sed qui uidetur 1. — e quattuor fere) et quattuor fere 2. *id est* ex quattuor. *conf. ad Livii* 26, 45, 1. — et ne brevior) et neue brevior 2. — quam satis sit) quam satis est 1. — §. 222. disiungimus) diiungimus 1. 2. — effugisse senarium) senarium 1. *omisso altero.* — §. 223. de perfugis) de profugis 1. — in spondeos) in spondios 2.

C. 67. §. 224. quam te et quam fortunas tuas) quam te et fortunas tuas 1. — at dispondeo) spondeus 1. spondius 2. — in iis quibus ut pugiunculis) in his quibus ut pinguiculis 1. in his quibus pugiunculis 2. — facit ipsa) ipsa facit 1. — §. 225. tracta) tractata 1. — o callidos) com callidos 1. — testes) testis 1. 2. — §. 226. inter quae) inter quas 1. 2. — quem appellet) quem heret (*cum lineola ducta super syllaba er i. e. haberet*) appellet 2.

C. 68. §. 227. quam quisquam ante nos) *omittit pronomen* 1. — lectissimis) lectissime 2. — absolute) absoluta 1. — illustrat) illustret 1. 2. — non quin iidem sint) non quidem sunt 2. non quin sint 1. — omnino) omnium 2. — §. 228. ne infinite) nec infinite 2. *conf. ad Livii* 2, 45, 16. — librarii) librari 2. — nec satis recte) nec satis tecti 1. 2. *id est* tecte. — §. 229. ἀπ.) apalestros 1. 2. — talis horum) talis eorum 1. — ut quod ii) ut quod hi 2.

C. 69. §. 230. celet) celat 1. 2. — putet) putat 2. — nihil est enim necesse) nihil enim necesse 2. — §. 231. ut neque verbum ita) ut neque ita 1. — per versetur genere) *pergit* 3. *fol.* 80. B.[71] — perspicua vitia) vitia perspicue 3. perspicue vitia 1.

C. 70. §. 232. apte) aperte 2. *conf. ad Livii* 1, 34, 8. — corrumpatur) corrumpetur 1. — ut haec nostra) ut et haec nostra 2. — omnes) omnis 3. — mercatoresque superarunt) que mercatores superauerunt 1. — immuta.... superarunt) *absunt ab* 3. — paullum) paululum 1. 2. — aut caelatum) et caelatum 3. — ut sit) ut 3. *abiecto altero.* — qui rebus his) qui rebus iis 1. — omnem) *abest ab* 1. — perfacile) facile 1. 3. — fac ita) fac etiam 1. 3. — superari ab aliquo) *absunt ab* 3. ab aliquo 1. *abiecto altero.* — §. 233. paullum) paululum 1. 3. — iisdem verbis) hisdem tn (*cum lineola super litera* n) uerbis 3. isdem tamen uerbis 1. — cum sint ex aptis) con sint ex aptis 1. —

[71]) v. paulo superius ad §. 401.

dissipatam aliquam sententiam) dissipatam aliquam licet senten-tiam 2. sententiam licet 1. — paullum) paululum 1. 3. — in quadrum) in quadrarium 1. — antea diffuens) addiffuens 3. *id est ante diffuens. conf. ad Livii* 5, 18, 5. — de Gracchi) de Gracchi oratione 1. 2. — sit qui improbos) *absunt ab* 2. — probos) *abest ab* 1. — §. 234. ita facti sunt) ita sunt facti 1. — fulmina) flumina 1. 3. *conf. c.* 6. §. 21.

C. 71. §. 234. sed si quos) sed si quem 1. *et sic dedit correctar codicis* 3. que *i. e.* quem. — sequantur) sequatur 1. — modo sic ut quis) modo si quis 1. 2. — §. 235. isti autem) isti licet 3. *conf. c.* 52. — §. 174. — etsi humilius . . . consimile est) *haec absunt ab* 1. tamen consimile est *non habet* 3. *tenuit utrumque* 2. *sed ita ut simile maluerit quam compositum.* — quod ego laudo) *absunt ab* 3. — tum illos existimabo non) tuc (*cum lineola ducta super litera* u) illos existimabo nuc (*cum lineola ducta super* u) 3. — aut dicat) *absunt ab* 1. — utra volet) utra woles 2. 3. uole 1. — volunt) uolent 3. — facilius est enim) facilius est 3. — §. 236. res autem se sic habet) res se autem sic habet 3. res autem sic se habet 2. — quod sentio) quid sentio 1. — composite et apte) apte 3. *abiectis reliquis.* — sententiose autem) sententiose enim 3. — sed eiusmodi tamen) *absunt ab* 3. — qui non approbationes) qui nisi approbationes 1. — oportet ita) oportet 2. — spectari aut audiri) expectare aut audire 2. — §. 237. [72]) si aliud quoddam) si aliud quiddam 1. — tantopere) tanto opere 1. [73]) — mihi ac tibi sed) *haec absunt ab* 1. — mihi ipsi aliud alias) mihimet ipsi alias aliud 3. [74]) — quae ad vulgi assensum spectat) quae uulgi ad assensum spectet 3. *unde* 2. sensum spectet *proclivi errore.* 1. spectet. [75]) — novissima) nouissima 3. — aut quo iudicium) aut iudicium 2. — videretur) uidetur 3. — verum in occulto) uerum tam (*cum lineola super* am *i. e. tamen*) in occulto 3. — §. 238. tu autem velim) tu autem multo uelim 3. — imprudentiam) improuidentiam 3.

[72]) iuditium quod ait si qua ere 3. iuditium quod aut sequere si prob. 1. *Mox* aut tu obstabis si aliud 1. quidam est tuum 1. quodam 2. *Sic Schuetz. ap. Orell. p.* 193. [73]) *ap. Schuetz.* de quo tanto tempore 1.

[74]) *ibidem* Potest enim n. sol. aliud michi ac tibi sed michi met ipsi alias aliud videri 3. Pot. en. n. sol. aliud mihi ipsi aliud alias videri 1. Pot. en. n. sol. aliud mihi ac tibi, sed mihi ipsi aliud alias videri 2.

[75]) re que vulgi ad sensum spectet 3. re que ad vulgi assensum spectet 1. que ad vulgi sensum spectet 2. *Sic apud Schoenemannum enotatum est. Mox* tum ipsum illud uerum 1.

26. m. Apr. a. 1819. Vratislaviae Silesiorum, retractabam Confluentibus vere primo a. 1838. KLEIN.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. IV. lin. 11. l.: *literis C. P. C. Schoenemanni.* Pag. V. lin. 18. l.: *partim propter.* Non constat, omnes libros, qui sub nr. II, 1 — 26 afferuntur, integros fuisse. — Pag. VI. adn. lin. 1. l.: *Hic et sqq. duo.* Pag. IX. lin. 13. l.: *aetatis* 15 pro *aetatis* 16. Congruunt anni; notum enim est, anno quarto decimo exacto togam virilem a Romanis sumtam esse, idque docent pluribus interpp. ad Tacit. Annal. 12, 41. *ibidem* lin. 15. l.: *Proximo anno* pro *Eodem anno.* Pag. XIX. adn. 86. lin. 12. l.: *Caecina tum.* *ibidem* lin. 4. ab imo l. 648 (647). Pag. XX. adn. 91. l.: *Reusobium.* *ibidem* adn. 92. Tum Catonem tum Oratorem paulo aetate posteriorem necesse est aliquanto prius perscriptum fuisse, quam statui (etiamsi non ante tempus a me proditum editi sint). Nam in Orat. §. 34. scriptor de M. Bruto ita loquitur, quasi tum usque in provincia versatus sit. Constat autem, eum provincia decessisse a. U. 708 (46) m. Februario. Pag. 1. in inscriptione l.: *Tulli.* — Pag. 15. lin. 8. ab im. l.: *brachi.* P. 40. lin. 6. *pro* exprimendum erat typis diversis ab illis vocabulis, quae proxime sequuntur. p. 41. lin. 5. l.: *proh* p. 62. lin. 2. l.: *librari.* p. 72. lin. 14. *bis utitur.* *ibid.* lin. 22. l.: *unam rem.* p. 77. lin. 20. ab im. l.: *utique.* p. 82. ab in. verbis: *et sententiarum gravitate* novum lemma incipit. p. 85. lin. 9. ab imo ad verba: *Huc accedit quod* etc. observandum est: non videri verbum *faceti* deesse in cod. Eins. Sed Orellii errore excidit. In enotat. discrepantiae scripturae codicis illius ad calcem Oratoris non narratur, vocem *faceti* in Eins. deesse, sed tantum *etiam* in eo requiri. Nunc mihi probabile videtur, eo loco Oratoris ex ed. Rom. princ. legendum esse *iidem faceti*, quam scripturam in edit. minori commendavi, neque tamen ea una auctoritate in verba scriptoris recipere ausus sum. p. 92. lin. 15. l.: *uno nostrorum.* *ib.* lin. 14. ab im.: novum lemma incipit verbo *repudiaverunt.* p. 93. lin. 7. ab im. novum lemma incipit verbo: *incendens.* p. 98. lin. 17. l.: *Iunti.* p. 100. lin. 15. dele signum: " post numerum paginae 216. p. 101. lin. 15. ab im. l.: 4, 6, 9. p. 102. lin. 21. ab im. dele virgulam post *faciem.* p. 104. lin. 8. ab im. dele §. 35. p. 105. adn. 5. l.: *duabus.* p. 107. lin. 11. ab im. dele virgulam post *canones suos.* p. 109. lin. 13. ab im. verba proxime praecedentia: Orat. 24, 80. continuanda sine intermissione sunt verbis: *ornatus — verborum duplex* etc.; non enim novum lemma incipit. p. 123. lin. 12. pone virgulam post *delectet.* *ibid.* lin. 15. l. *artificum.*

p. 133. lin. 10. ab im. dele verba: *quibus — de ludo*. p. 136. lin. 6. l.: *a scripto*. *ibid*. l.: *M.' Curii*. *ibid*. lin. 8. l.: *Idem exemplum*. p. 143. l. 10. ab. im. l.: *de Orat*. 1, 57, 245. p. 147. lin. 5. l.: *Pearce*. p. 157. lin. 4. dele alterum: *haec*. p. 161. lin. 12. l.: *v. Cicer*. p. 167. lin. 14. adde: etiam *de* abest ab Gu. 1., ut licet nunc videre certius ex discr. script. in tribus Mss. Guelff. ad h. l. At Eins. fert *incitare fide rebus* omisso *et*, quam particulam Orellius de coniectura dedit. Itaque ne in Mon. et Ven. 2. quidem *rebus* deesse videtur. p. 170. lin. 7. ab im. l.: *Democritum*. p. 172. lin. 17. l.: *Eius rei argumentum hoc breve* etc. p. 179. lin. 2. inde a verbis: *verbo etsi sine re ulla* etc. novum lemma incipit. p. 187. lin. 15. voce *calamistri* novum lemma incipit. p. 203. lin. 4. *in quo*, ut proposueram, habet Gu. 1. ex enotatione Schoenemanni apud Orellium p. 193. col. b. sub §. 92. p. 205. lin. 14. l.: *vel minimum habere*. p. 211. lin. 12. l.: *ex codicibus Regiis*. p. 219. lin. 14. l.: *recepta fusae*. p. 228. lin. 11. l.: *P. Sulpicius*. p. 254. lin. ult. a verbis *sed apparent in orationibus* novum lemma incipit. p. 260. lin. 16. verbis *et paulum deflexum* non incipit novum lemma. p. 268. lin. 9. a verbis: *ut proponat* etc. novum lemma incipit. itid. *ibid*. lin. 10. a verbis: *ut quum transegerit iam aliquid* etc. itidemque a verbis: *ut se ipse revocet* et a verbis: *ut quod dixerit iteret* et a verbis: *ut argumentum ratione concludat* et paulo inferius a verbis: *ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat*. p. 272. lin. 21. verba: *ad hilaritatem impulsio* non sunt novum lemma. p. 273. lin. 18. non incipit novum lemma a verbis: *tum distributio*. p. 284. lin. 23. l.: *ut ne*. p. 292. lin. 15. ab im. l.: *angustiora*. p. 304. lin. ultim. l.: *orationis*. p. 307. lin. 21. l.: *Ephorus*. p. 326. lin. 1. dele verba: *v. Buttm. l. c. §. 29*. p. 333. lin. paen. l.: *si vere*. p. 334. lin. 13. ab im.: ad *idem poeta* adde *Ennii*, non *Attii*; omnes hos versus esse usque ad verba: *ut ille alter* satis ipsa oratio auctoris indicat. Erravit Meyerus. p. 335. lin. 8. ab im. Ernestius ipse in praef. ad Opp. Cic. p. 31. (in Nott. et in Praeff. etc. Hal. 1806. 8. P. I.) narrat se Grutero-Gronoviana usum esse, quam operis daret in paranda sua editione. p. 348. lin. 4. ab im.: *immo ad Tusc. Disp. I. 1. p. 236. ed. Orell.* p. 369. lin. 9. pone virgulam post *Athenis*. p. 373. lin. 7. excidit: *OR*. p. 378. lin. 9. l.: *die langsamere oder flüchtigere Bewegung*. p. 384. l. 15. ab im. l.: *proposuit*. p. 388. §. 197. lin. 8. l.: *codd. Regiis*. p. 458. lin. 1. l.: *In dem Bönnischen Exemplare*. *ibid*. lin. 14. l.: *Ernm*.

Expressit B. Tauchnitz jun.